This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

B. 16. 1. c. 3.

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.


RACCOLTA
VILLAROSA
A
44
NAPOLI

Digitized by Google

Racc. Villarosa A. 44

Digitized by Google

Digitized by Google



VITTORIO EMANUELE III - BIBLIOTECA NAZIONALE
NAPOLI
Digitized by Google

Digitized by Google

B. BALDUINI CALCEUS ANTIQUUS ET MYSTICUS, ET JUL. NIGRONUS DE CALIGA VETERUM.

Acceſſerunt ex CL. SALMASII notis ad librum Tertulliani *de Pallio* & ALB. RUBENII libris *de Re Veſtiaria* Excerpta ejuſdem argumenti.

Omnia figuris aucta & illuſtrata obſervationibus JOH. FREDERICI NILANT.



LABORE ET COELI FAVORE,

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

LUGDUNI BATAVORUM
Apud THEODORUM HAAK,
MDCCXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO

FRIDERICO,

BORUSSIÆ REGI;

BRANDENBURGENSI MARCHIONI;

S. R. I. ARCHICAMERARIO ET ELECTORI;

ARAUSIONIS ET NEOCOMI SUMMO PRINCIPI;

MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIACI, MONTIUM, STETTINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM, VINIDORUM ET MEGALOPOLIS, A[illegible]N SILESIA, ET CROSN[illegible] DUCI;

NORIMBERGÆ BURGGRAVIO;

HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI, VANDALIÆ, SUERINI, RAZEBURGI ET MEURSÆ PRINCIPI;

Digitized by Google

HOHENZOLLERIÆ,
RUPINI, MARCÆ,
RAVENSBERGÆ,
HOHENSTEINII,
TECLENBURGI, LINGÆ,
SUERINI, BURÆ
ET LEERDAMI
COMITI;

VEERÆ ET VLISSINGÆ
MARCHIONI;

RAVENSTEINII,
ROSTOCHII, STARGARDIÆ,
LAUENBURGI, BUTOVIÆ,
ARLAIÆ, BREDÆQUE
DYNASTÆ,

ETC. ETC. ETC.

SE-

Digitized by Google

SERENISSIME ET POTENTISSIME REX, CLEMENTISSIME DOMINE.

SIcut ubique ingenioſa fuiſſe celebratur veterum pictura tam in partium, quas argumentum comprehendebat, decenti collocatione, quam ut apta colorum

varietate, eorumque leni mixtura & concurſu ſingulas res delinearet: ita præcipue, ut artis ſubtilitatem in tectis quibuſdam ænigmatibus ſimul oſtentaret, & utile miſceret dulci, incubuit; qualem elegantiam in Charitum imagine exprimenda ejus penicilli diligenter obſervare voluerunt. Hanc ſororum triadem non fucato & adſcititio cultu ad mentiendam pulchritudinis formam ambitioſe exornatam pictorum tabulæ exhibere ſolebant, ſed eas vel plane nudas, vel ſic pellucida ſaltem veſte, cujus rara filamenta totum corporis decorem non prorſus negabant oculis, tectas

Digitized by Google

ctas diſcinctaſque. Ejus fictionis rationem quum alii aliam commenti ſint, etiam forſan in ea ſpectare licet illam opinionem, quæ humano corpore nihil pulchrius a natura factum eſſe credebat, propter cujus egregiam formam & hilarem pectoris amabilitatem, qua præditas etiam Gratias putabant, eas omnis externi ornatus fingebant expertes. Etſi autem nativo ſuo decore ſatis pulchras illas virgines opinarentur veteres, non tamen plerique fuerunt adeo auſteri Catones, ut a ſuis fæminis pariter muliebrem mundum, qui formam poſſet juvare, leges Oppias ſuaden-

do ſuſtulerint. Indulſerunt enim mitiores neceſſaria quædam ornamenta, quorum liberali ſimplicique cultu excellere poſſet naturæ artificium, & formæ dotes eſſent magis conſpicuæ.

Eandem prærogativam in Muſarum naturali habitu maxime propriam eſſe ex ſummorum virorum, qui illarum orgia attentiore religione celebraverunt, teſtimoniis apparet. Quas enim illæ cum hominibus communicaverunt artes, eæ non ut reliquæ, quibus pace belloque humana induſtria exerceri ſolet, aliunde incrementa, ornamenta, lenociniave, ut ſpecio-

ſiores

Digitized by Google

ſiores appareant, & ſectatorum frequentiam ad ſe alliciant, neceſſe habent adſciſcere; ſed abſque ulla reprehenſione placent ſua venuſtate, quam naturalium bonorũm mira ubertate ſponte ſuſtentant. Idcirco quamquam alieni ornatus ineptia ſupervacanea videatur ab iis repelli debere, eam tamen ſeveritatis legem ſibi nequaquam dixerunt, ut temere recuſent modica ornamenta, quæ ad evehendum ipſarum honorem ſunt apprime commoda. Prout etiam ſolis lucidus fulgor ſibi quidem ſimilis idemque eſt, ſed terræ incolis mutationem pati videtur, quia

ſuos radios non pari hilaritate omnibus diebus ad eos demittit, ideoque ut quaſi recuperet eiſque priſtinum ſplendorem oſtendat, neceſſe eſt prius diſſipari nubes, aliaſque vaporum nebulas evaneſcere: ita & illæ libentes ea aſſumunt, quæ ad honorandam ipſarum diligentiam queunt inſervire. Adeo humanæ imbecillitati ſubvenire ſtudent, quæ circa externam ſpeciem ut plurimum hæret obnoxia, ne vel in initio ſtadii deterreamur ſtatim, vel in curſus medio deficiamus languidi.

In illo autem genere præcipua ipſis cura eſt Illuſtrium Mæce-

Digitized by Google

ALLOCUTIO.

Mæcenatum beneficam tutelam ſibi conciliandi, quo eximio fulcro innixæ ad honeſta ſua exercitia ſtudioſos amatores invitant innocuæ Sirenes, & ad egregios progreſſus acerrime exſtimulant. Cujus rei exempla, quoniam in omnium ſæculorum hiſtoria, quibus Principes litterarum amatores floruerunt, frequentia ſunt & clariſſima, enumerare ſuperſedeo. Quippe ad noſtra quoque tempora perpetuum & ſaluberrimum hunc morem propagatum eſſe quotidiana documenta teſtantur, ut, ubi quam maxime id contingat, eo etiam confluant, quicunque ſe in litte-

ris aliquid profeciſſe putent, vel ſaltem mediocri amore ducantur.

Ejus autem moris conſideratio, quæ nemini non ante oculos verſari continuo debet, etiam nunc potiſſimum mentem meam exercuit. Et quum priori iſti choro me adhuc timide inſeruerim, ſecundo autem generi prompte adſcribi cupiam, ejuſmodi præfationem quanquam tralatitiam, mihi nunc maxime accomodatam, SERENISSIME REX, putavi, dum me inter illos ad Majeſtatis Tuæ Regale Solium cum parvo induſtriæ & officii ſpecimine confero. Ad quem auguſtum

con-

Digitized by Google

conſpectum libellum meum paranti ſubiit aliquoties non ſine voluptate iſta variæ viciſſitudinis, quæ interdum in vitæ noſtræ curſum incidit, cogitatio, poſtquam adeo beatæ ſortis repentinus nuntius ad me eſſet allatus.

Etenim ex quo hæc antiquitatis lacinia, ut denuo nova ſpecie exiret, mihi commiſſa eſt, conatus quidem ſum ex ſpatioſo antiquæ elegantiæ arvo huc transferre tenue ſpicilegium, quod, qui in hujus materiæ illuſtrationem operas ſuas impenderant, mihi reliquiſſe videbantur; atque id conatus ſum, ut vel ſic juvenilis otii

ratio

ratio conſtaret: at longe a me aberat tam vana (& quidni improba?) ſpes tanti aliquando id fore, ut ad Regia Palatia introitum cogitaret. Quippe quia adhuc in herba eſt mea meſſis, nondum ejuſmodi acervos collectos habeo, ex quorum copia ſeligere queam fruges tanto faſtigio ſatis dignas. Nec eo tumore inflati fuerunt hi duumviri, ut unquam talem laboris ſui mercedem ſperaverint. Sed ne aliena cauſa meam oneroſius aggravet, clementem veniam, Serenissime Rex, expeto, dum quamcunque gratiarum actionem inſtituere contendo, id vel

Digitized by Google

vel hoc pacto mihi concedatur, ut ſimul paulo prolixius felix hoc auſpicium læter, meque ab temeritate ſuſpecta defendam.

Scilicet dum animum litteraria dape paſco, dum hanc antiquitatem inſtaurare amplius laboro, ideoque me inter chartulas meas abſconditum ſervo, hoc mihi in fatis fuit, ut ejus quicquid in hoc ſtudii genere poſſideo notitia excurrere ac ſe proripere deberet ad ea humani generis faſtigia, quo vel votis aſcendere voluiſſe cum difficile, tum temerarium erat? Deinde quaſi non ſufficeret tam glorioſus felicitatis gradus, id jam nunc me-

Digitized by Google

mereri potuit inchoata diligentia mea, ut tot Illuſtrium Virorum ſuffragiis honorificis commendata Tuæ Majeſtati etiam digna habita fuerit, quæ ad munus aliquod admoveri poſſet? Enimvero ſufficit in tempore eximium ejuſmodi judicium, cujus gaudii fidem mea mens vix capit, ſed quod animo penitus infixum & intimis medullis conditum alacrem admodum fiduciam excitat ad intentiores in poſterum labores.

Quum vero, SERENISSIME REX, inopinatam ſortem ſerio triumphare, ejuſque lætitiam tantopere explicare geſtio, non tam levis eſſe ve-

lim,

Digitized by Google

lim, quaſi tantas in me repoſitarum opum facultates ſentirem aut venditarem. Sola Tuæ Clementiæ eſt numeroſa gloria, & perpetuo inter hominum famam perennatura laus, quod Muſarum dulcia commercia leniter nutris foveſque, & cum publicis Regiiſque curis ad Palatium Regale facilem introitum, & jucundum magnificumque velut domicilium præbes. Quo enim ore alioquin peregrinus, & ejuſmodi ſplendoris inſolens auguſta illa templa vel adſpicere conſtanti animo poſſem? Caderet profecto quicquid eſt in me ingenii, & ſubſiderent vires, niſi tam

no-

Digitized by Google

nobile experimentum Regiæ magnanimitatis intra hos ipſos dies mihi obveniſſet.

Itaque non abſurda jactantia' ablatus vel hoc meæ felicitatis præconium exaggerare incepi, vel temerario auſu ad ſublime Tuum Palatium admiſſionem petere; ſed tam inſigni lenitate inductus, ſed domeſticis etiam exemplis commotus. Recordor enim Avum maternum ſummo mentis ardore incredibile ſuum gaudium proferre & exprimere, quo poſteritati pulcherrimum exemplum commendabat, ipſum peregrinum hominem ſumpſiſſe animum ſe ſuoſque labores Regiis Sce-

ptris

Digitized by Google

ptris dedicandi, non alia fiducia aut commendatione, quam quod iis per ſtudia innotuiſſet. Quod etſi mihi nunquam non, & nunc præſertim animo obverſaretur, interim maximam cauſæ differentiam animadvertebam. Nam Tuæ Majeſtati commendatione innotui, ſed ſplendida, & cujus juſtam æſtimationem nunquam apud me perpendere vel proloqui potero. Et quum me generis propinquitas de Avi ſtudiis plura dicere vetet, cujus mihi probe conſcius ſum, id fateri non erubeſco, nimis me infirmum ad æquanda ejus veſtigia, quæ tamen imitari

mei

Digitized by Google

mei conatus flagranter deſiderant. Studiis tamen debetur & mea felicitas; ideoque quum aliquatenus parem ejus fortunam mihi vindico, & familiæ decora repeto, qui mihi id vitio vertat neminem fore arbitror. Detur hæc venia J. F. Gronovii filiæ filio, ut non inſulſe aliquid ex majorum ſuorum laudibus ad ſe transferre videatur, quando illorum exempla imitanda conſtanter ſibi propoſuit, & quid generi ſuo debeat ſe non immemorem probet.

Hoc igitur viatico inſtructus, Serenissime Rex, qua decet verecundia Clementiæ Tuæ tribunal adeo, ibique exi-

Digitized by Google

exigua hæc opuſcula ad pedes Tuos venerabundus depono. Levem fateor materiam, ſed pedum tutelæ neceſſariam, & quod antiquitatis ſegmentum tanti momenti duxerunt iſti aliique viri eruditione celebres, ut non perfunctoriam operam in eo nobis reliquerint. Quin immo vel propterea non ſpernendum, quoniam non ubique vulgaria pedum integumenta depingens in humilibus ſoccis humi repit, ſed quandoque cothurnata gravitate ſublimius ſe elevans de antiquis Regii faſtigii ornamentis diligens proponit examen.

Ve-

Digitized by Google

Verum quid libelli mei dotes commemoro, quæ certe, quicquid ſint, mole ſua ſuſpicionem vix effugiunt, qua auguſto Nomini aliquod detrimentum tam tenui commiſſione videatur inferri? Proinde id ſolummodo Tuam Majeſtatem obnixe rogo, ut quodcunque mea ſolertia hic effecerit, velut teſtimonium grati & obſtricti animi, qui mihi nunc unicus ſcopus eſt, clementer accipere dignetur. Quas partes ut juſte peragerem, potius ſtatui juventutis meæ verecundiam modeſtiamque hoc pacto claudicare, quam inſperatum illud gaudium omiſſa gratia-

rum

Digitized by Google

rum teſtificatione timido ſilentio involvere. Nam ſi maximos quondam Reges aquæ hauſtum ex mediocri fluvio manu exceptum ab conſternato cive non faſtidioſe accepiſſe legimus, nonne & mihi aliquam favoris ſpem promittere & amplius quid ſpondere auſim de tenui hoc rivulo, quem ex immenſo antiquitatis cum Græcæ, tum Latinæ Oceano derivatum Tuæ Majeſtati propino extraneus, nec repentino adventu oppreſſus, ſed provocatus & invitatus? Quapropter dum vere Regiæ Tuæ erga me Clementiæ fauſtam & bene-

Digitized by Google

ficam memoriam perpetuitati conſecrare intendo, ideoque in celebratiſſimo nobiliter excultæ Tuæ Palladis ſacrario votivam tabellam ſuſpendo, eam ſimul gratiam clementer mihi datum iri ſperabo, ut quoad vitali aura fruar, me ſemper talem per ſtudia, qualiacunque meo ingenio divini Numinis favore permittentur, probare poſſim, in quem non fruſtra tam honorati beneficii cumulus collatus ſit. Quod dum enitor, Deum ter Opt. Max. ardentiſſimis precibus expoſcere non deſinam, ut in longam annorum ſeriem Tuam Majeſtatem

tem

Digitized by Google

ALLOCUTIO.

tem benigna proſperitate proſequatur, lætamque populo ſuo intereſſe ſinat, quo in voto perſeverabo

SERENISSIME REX,

SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ

Lugd. in Bat.
a. d v. Kal. Sept.
cIↄIↄccx.

devotiſſimus Cliens.

JOHANNES FREDERICUS NILANT.

** 2 L E-

LECTORI
BENEVOLO.

QUo magis innotuit horum libellorum præſtantia, eo paucioribus verbis opus erit ad totius conſilii rationem aperiendam, quæ ad eorum repetitam editionem nos præſertim impulerit. Hanc enim nunc flagitabat iterum exemplorum inopia, quæ quo major indies accrevit, eo vehementius teſtabatur, quantopere noſtrorum auctorum labor iis placuerit, qui antiquitatis notitiam rimari amant. Quorum commoda ut ſic quoque adjuvarentur, ſtatuit librarius hanc editionem denuo procudere, etiam propterea neceſſariam, quoniam hæc commentaria in præclaris Theſauris, quibus utriuſque antiquitatis conſpectus illuſtratus eſt, quocunque impedimento ſuum locum invenire nequiverunt. Nec tamen adeo vilem

eſſe

eſſe hujus partis notitiam, quanquam inter humanas neceſſitates deſpicatiſſimi uſus, docet aſſidua veterum ſcriptorum lectio, quæ ſine hujus materiæ intellectu eſt valde imperfecta. Quod reputantes etiam alii eruditi viri ſæpius ampla promiſſione ſpem noſtram auxerunt, quæ nihilominus iniquo fato nobis eſt ſubtracta, & non ſine dolore præciſa. Nam quid illos commemorem, qui nimis vaga opera majoris molis opus aggreſſi ſunt, cujus hæc minima erat portio? Conſtat enim iis idem contigiſſe, quod popularium ſuorum Diis impii urbani exprobrare ſoliti erant, ut univerſis humani generis negotiis intenti ſingula minus æquabiliter adminiſtrarent. Nec immerito, quoniam ad omnia non apti nati ſumus omnes, quin multiplici diverſarum rerum inquiſitione non ſatis ſollicita feſtinans mentis vigor aliquando ſit minus vegetus & ſæpe fallat. Inde eſt quod ſemper

meliore favoris omine excepti ſint iſti labores, qui particularem alicui rei impenderant diligentiam. Cui ſimile documentum quum non obſcure præbuerint hæc duo opuſcula, etiam doctrina illorum accuratiſſima idem fatum ſubire cum reliquis debuit, quo nemo non hinc fruſta quædam quaſi ex communi præda delibaret & carperet. Iſti vero audaciæ quam periculoſa ſit fides etſi ſatis compertum ſit, ut quodammodo ei temerariæ pennæ amputarentur, & noſtris auctoribus inviolata conſervaretur ſua laus, hac editione provideri debuit. Quamobrem quum conſtituiſſet librarius exacte imitari Friſianæ editionis nitorem, ſervatis figuris & quæ ad eas ſpectant annotationibus, & in hoc quoque ſuperare, ut dedicationem & carmina in Balduinum compoſita, quæ iniquo tunc temporis more Amſtelodamenſis ei ſubduxerat, ex prima editione reſtitueret; nec tamen jeju-

Digitized by Google

jejuna æmulatio ipſi ſufficeret, me ſollicitare cœpit, ut ſi quid ad inſtruendam hanc renovatam operam haberem, ei concederem.

Quod poſtquam in me recepi, initio colligere & digerere cœpi, quod ab aliis poſt hos obſervatum ſciebam, vel perperam erat intellectum; eoque augmento me ſatis gratiæ initurum apud meos putabam, quippe quibus integra manente ſuæ operæ induſtria, ipſius tamen materiæ illuſtratio inſigne incrementum lucraretur. Verumtamen dum ſic collectas ſententias inter ſe componerem, & tam diverſa ſentientium turba obruerer, commodiorem viam, qua me ex his tricis expedirem, circumſpiciens a me impetrare non potui, ut vulgarem ſocordiam tantum foverem, & ſterili excerptorum farragine defungerer. Potius ſtatui hic periclitari ingenii vires, & tentare quatenus materiæ, quam hi duo libelli compre-

hendunt, intellectum elucidare poſſem. Itaque poſt recoctas ſæpius virorum doctorum opiniones & maturum examen, quæ maxime veriſimiles apparebant, nec ſolis conjecturis fultæ, ſed ſolido ex veterum teſtimoniis petito fundamento nixæ, eas ſeparatim elegi. Hinc futili religione in aliorum verba non adeo obſtrictus eſſe potui, ut non quandoque ab iis diſcederem, & perperam ſcripta notarem. Illo Catone contenti ſint, quibus ſine ſapore eſt palatum, quique propterea ſtudiorum amœnam libertatem nefarie ſupprimunt. Interim non eo impudentiæ prorupi, ut ex aliorum infami detrimento gloriolam captarem, vel fallaci diſſimulatione ejus, quod hic ſecus quam oportebat expoſitum legebatur, hos venditarem, tibi vero fraudulenter imponerem. Sed illorum aliorumque doctrinam cum veneratione ſuſpiciens, nec ab ea temere digrediens de meo parce adjunxi,

Digitized by Google

junxi, ne noctuas Athenas, ut ajunt. Proinde id præcipue cavi, ne verecundiæ fines violarem, quum ipſa rei veritas inſinuare apud æquos rerum arbitros debeat. Quod moderationis officium ſi ſine verioris doctrinæ diſpendio obſervaſſe qua decet videar, id mihi tanto gratius erit, quanto acriorem moleſtiam creavit hujuſmodi examinis genus, quod intra certos alienarum cogitationum cancellos ſtylum coarctat. Ut taceam typothetarum vitia, quæ quidem in Balduino facilem emendationem ex prima editione nacti ſunt; in Nigrono vero multo difficiliorem, quia Friſiano exemplari contenti eſſe debuimus, nec aliam inſpicere licuit quacunque adhibita diligentia, licet ipſe Nigronus c. 4. §. 15. quater typis renovatum libellum tradat: atque etiam indices ſuo ordini reſtitutos auctoſque ex notis. Quo opere abſoluto, ſi eum labo-

rem tibi non diſplicuiſſe intellexero, habebo quod his ſcriptoribus gratuler, & mihi ſatis grande operæ pretium nunc contingere tacite applaudam. Vale.

REVE-

Digitized by Google

Reverendiſſimo in Chriſto Patri

D. D. GEOFFRIDO DE LA MARTONIE

Inſignis Eccleſiæ Ambianenſis Epiſcopo

BENEDICTUS BALDUINUS AMBIANUS

S. P. D.

QUod ſummos hominum apices adeuntibus evenire ſolet (Antiſtes Reverendiſſ.) ut quam decorè verba geſtumque componant, admodum ſint anxiè ſolliciti, id mihi nunc contingere ſentio, dum te ſacro pontificatus apice inſignem adire pauciſque alloqui meditor. Quid enim ego non movear nubecula lucidiſſimo ſplendidiſſimæ tuæ dignitatis Soli oppoſita? Quidni meæ tenuitatis conſcius graviſſimis maximéque ſeriis tuis occupationibus importunus eſſe verear? Sed ecce ſtatim anxium illum ſolliciti animi æſtum temperat opportunè ſuccurrens haud inepta

Digitized by Google

cogitatio mihi cum amantiſſimo matris meæ Ambianenſis Eccleſiæ parente alloquium incumbere. Unde facilis ſit exſpectanda venia, ſi quid minus cautè mihi per imprudentiam exciderit. Nolim tamen hinc inſolentius exultandi anſam arripere. Scio patris nomen ſanctum eſſe; Ideoque ſingulari cultu venerandum. Neque velim quiſquam exiſtimet hac, quam aliis titulis præfero, patris indigitatione, quidquam auguſtæ ſacri tui præſulatus amplitudini detrahi. Nam ſi quis unquam honos à nominibus ſtudiosè ad laudem conquiſitis cuiquam acceſſit, eum credo totum ſibi patris appellatio vindicat. Unde quos olim honorificentiſſimis ornare titulis veteres voluerunt, eos Patres patriæ ſapienter appellaverunt. Et noſtri jam Epiſcopi nonne, dum ſuorum ſaluti ſtudioſiſſime invigilant, eorum ſe veros eſſe patres profitentur? Vere profecto Patres. Et eam etiam ob rem D. Auguſtini aliorumque ſuperioris & inferioris ævi Patrum temporibus Epiſcopi communi nuncupatione Papæ dicebantur. Sed abierit in deſuetudinem honorifica hæc Epiſcoporum appellatio, atque ad ſummum totius Eccleſiæ Principem peculiari quodam titulo tranſlata ſit, nunquam tamen fiet,

quin

Digitized by Google

quin tu (A. R.) Ambianenſium vere parens, atque ut ita dicam Papa ſemper audias: ubi omnis retrò poſteritas agnoſcet te erga tuos ſtudio, amore, cura & pertinaci quadam in vigilando reſidendoque perſeverantia nulli unquam paterno affectui conceſſiſſe. Hac ego cogitatione inſtructus ecce tandem ad auguſtam tuæ illius paternæ dignitatis Cathedram confidentius accedo: ſed tamen ita venerabundus, ut ad pedes tuos proſtratus iis donum apponam, non ut olim ante pedes Apoſtolorum primi Chriſtiani domorum aut agrorum pretia: ſed par calceorum impar, libellum inquam hunc meum, quem ab ea re in qua totus eſt, Calceum Antiquum & Myſticum inſcripſi. Aptum credo, & gratum ſpero donum, ſi mihi mens læva non eſt. Quid enim pedi aptius quam calceus? Quid antiquitatis & rerum ſacrarum mirè ſtudioſo gratius, quam ex utriſque conflatum litterarium opus? Quod ſi pedibus Epiſcopi calceos offero, & calcei ſuum inter Epiſcoporum inſignia ſibi locum vindicant; ipſo etiam teſte D. Bernardo, qui mitram, annulum, & ſandalia, tamquam præcipua Pontificum inſignia recenſet. Unde S. Celeſtinus, ut Platina refert, cùm rebus

Digitized by Google

agendis parum idoneus haberetur, perſuaſus ut pontificatu cederet, coram omnibus in conſiſtorio mitram, annulum, & ſandalia deponens eo ſe liberè abdicavit. Cùm verò donum, quod Epiſcopi pedibus addicitur, conjunctam in ſe habeat rerum profanarum & ſacrarum ſpeculationem, in neminem potius debuit illud decurrere, quàm in te (A. R.) de quo verè poſſum illud ingenioſi Poëtæ jactare:

Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus artes,
Ingenii currant flumina quanta tui.

Sive politioris litteraturæ atque antiquitatis ſtudium ſpecto, ſive accuratam myſteriorum in Sacris Litteris abſtruſorum explicationem conſidero. Nam ut omittam eruditas illas totiſque rerum medullis refertas conciones, quas olim te magna frequentis populi circumſtante corona è ſublimi illo Ambianenſis Eccleſiæ ſuggeſtu habuiſſe memini: Quis eorum qui politiorem litteraturam ſunt aliquando profeſſi tuam illam in rebus antiquis eruditionem non exoſculetur? Neque verò ſatis unquam prædicabitur tuum erga litteras earumque cultores & alumnos ſtudium ſingulare; quod ego quidem tale ſum expertus, cùm ſuperioribus annis in Ambianenſi

nenſi juventute erudienda primos ordines ducerem, ut quoties mearum declamationum aliquid publicè fuit ſive meo, ſive meorum diſcipulorum ore pronunciatum, te toties nobis attentiſſimum auditorem, & honorificentiſſimum præſidem & æquiſſimum arbitrum benigniſſimè lubentiſſimeque præſtiteris. Hinc profectò nata mihi ſpes, quam animo concepi, munuſculum hoc meum, quod cum ſtudiis humanioribus aliquam etiam rerum ſacrarum meditationem habet adjunctam, tibi non fore ingratum. Quod ſi audentius fortè quàm æquum ſit eò ſpes mea feratur, hoc unico me ſaltem umbone tandem protegam, quòd non cum grati animi affectum ambiam, qui calceum oblatum in medio ſinu geſtet, atque in deliciis habeat; quo modo Vitellius olim Meſſalinæ ſocculum dextrum inter togam tunicaſque aſſiduè geſtaſſe commemoratur: Sed eum tantùm qui ad pedes abjectum pedibus ita inducat, ut eo, dum animus ab iis quæ magis ſeria peregrinari volet, lubens utatur. Hæc mea non altum ſapiens ambitio quidquid à me fuerit imprudenter in hoc negotio peccatum facilè credo excuſabit. Intereà ut voto tandem concludam, ne plura congerendo velut crambe recocta faſti-

faſtidium pariam; faxit ille Supremus rerum omnium Arbiter, in cujus manu omnium noſtrûm ſortes verſantur, ut qui jam triginta ſeptem per annos utiliſſimus gratiſſimuſque populo Cleróque Ambianenſi cum laude & gloria præfuiſti, totidem etiam ſic incolumis ſanuſque perſeveres. Quod ex animo precor lubenſque voveo

Sac. TUÆ REVER.

obſequio addictiſſ.

B. BALDUINUS.

Digitized by Google

IN BENEDICTI BALDUINI LAUDEM

Pro ſelecta CALCEI ſcriptione.

EPIGRAMMA.

Magnificos Regum videas celebrare triumphos,
Quorum ſublimis pectora tangit honos.
Sed dum celſa petunt audaci nomina penna,
Sæpe cadunt humiles, & ſine laude jacent.
Aſt aliam BENEDICTE viam ſapientior urges,
Dum tractas hominum planta quod ima terit.
Quantùm namque tui celſum demittis honorem
Ingenii, tantùm laus tua celſa petit.

L. ROCHE A.
S. TH. BAC.

IN LITTERARIUM B. BALDUINI Calceum.

EPIGRAMMA.

Mirabar pedibus nudis incedere Muſas;
Nulla per ora tuum ſed volitabat opus.
Nunc plantis nectit Soleas, aptatque Cothurnos,
Nunc decorat Soccis Calliopea pedes.
Si quando pereat Muſarum docta caterva:
BALDUINE tibi Calceus eccè perit.

I. DU FOUR I. C.
GYMN. BLÆS.

Ad

Digitized by Google

Ad Eruditum Virum B. BALDUINUM
Calcei Antiqui & Myſtici
Auctorem

CARMEN.

Sutores alii parum decoram,
Dum ſuunt ſoleas, colunt Minervam,
Subulam aſſidua manu movendo:
Quò victum ſibi liberiſque quærant.
Sed tu Palladiæ decus coronæ
BALDUINE, aliam moves honeſto
Subulam ſtudio, magiſque pulcram:
Nomen unde tibi paras decorum.
En tibi ſiquidem notata dudum,
Dum benè aſſiduus libros volutas,
Hîc collecta refers, graves Cothurnos;
Argutas Soleas, leveſque Soccos,
Mulleos, Caligas, Pedila, Tzangas,
Et quicquid pedibus valens tegendis
Obſcuro veteres ſinu recondunt;
Et quæ Symbolicωs reducta vulgo
Calceus potis eſt ſacer notare:
Singula ingenio, ſtyloque & arte
Tam felicibus explicata, ut auſim
Fere, Nil melius magiſque pulchrum.

I. OBRI A.

I N-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
Calcei Antiqui & Myſtici.

CAPUT I.

Calceorum origo. Adamus primus ſutor; imo ipſe Deus.

CAPUT II.

Calceorum materia multiplex, & primum pellicea, ejuſdemque concinnatores urbibus olim excluſi.

CAPUT III.

Calcei Papyracei, Spartei, Juncei.

CAPUT IV.

Calcei Lintei, Serici ſeu Velutei.

CAPUT V.

Calcei Lignei, Ferrei, Ærei.

CAPUT VI.

Calcei Argentei, Aurei, Gemmati.

C A-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Calceorum forma ſuæ materia addita; ſpecies variæ ſtrictim edita; Opifices ſuo domicilio addicti.

CAPUT VIII.

Calcei Romani vetus forma expreſſa; color varius pro vario temporum & perſonarum diſcrimine.

CAPUT IX.

Calcei Patriciorum Lunati, cur, quomodo, & ubi.

CAPUT X.

Mullei unde dicti. Quales, Regibus, Patriciis, Imperatoribus & mulieribus uſurpati.

CAPUT XI.

Soleæ quid. Earum à Crepidis leve diſcrimen; uſus quibus, quando & ubi familiaris.

CA-

INDEX CAPITUM.

CAPUT XII.

De Sandaliis adverſaria ex auctoribus prolata, eademque conciliata.

CAPUT XIII.

Caliga militum, Clavatæ, Speculatoriæ, unde dictæ, & quî a Gallicis diſtinctæ.

CAPUT XIV.

Accurata Gallicarum & Crepidarum, cum veterum tum recentium deſcriptio.

CAPUT XV.

Cothurnorum ſtructura, uſus, color, figura & figurata ſignificatio.

CAPUT XVI.

De Soccis. Quis eorum uſus, color, & quæ forma.

CAPUT XVII.

De Peronibus, qui Ruſticis, Militibus, Præfectis Vigilum, Plebejis, Peregrinis & Mulieribus olim uſurpati.

INDEX CAPITUM.

CAPUT XVIII.

De Campagis & Tzangis, quæ fuerunt Imperatorum calceamenta.

CAPUT XIX.

De Phæcaſiis & Sicyoniis, quorum alia Philoſophis & Sacerdotibus, alia Mulieribus uſurpata fuerunt.

CAPUT XX.

Reliqua calceorum ſpecies ſimul congeſta.

CAPUT XXI.

Calceandi modus, & ad eum ſingularia quædam obſervata.

CAPUT XXII.

In calceatu vana & varia veterum Religio.

CAPUT XXIII.

Nudipedalium varius & multiplex uſus.

CA.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAPUT XXIV.

Ignominioſa Calceorum ſolutio, eademque ceſſionis, alia fidei firmive propoſiti ſignum.

CAPUT XXV.

Prolegomenon ad Myſticam Calceorum interpretationem.

CAPUT XXVI.

Utrum Chriſtus Dominus pro more Calceatus inceſſerit.

CAPUT XXVII.

Romani Pontificis Calceamenta quæ, quo potiſſimum inſignita ornatu, ejuſdemque rationes variæ.

CAPUT XXVIII.

Allegoricè ſignificata per Calceamentum Chriſti Domini incarnatio.

CAPUT XXIX.

Tropologicè ſignificata per Calceamentum Evangelii prædicatio.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Tropologicè ſignificata per Calceamenta ſanctorum Patrum exempla.

CAPUT XXXI.

Tropologicè ſignificata per Calceum Mortis meditatio.

CAPUT XXXII.

Tropologicè ſignificata per Calceamenta peccatorum ſordes.

CAPUT XXXIII.

Tropologicè ſignificatum per Calceamentum Corpus mortale.

CAPUT XXXIV.

Tropologicè ſignificata per Calceamentum veniæ peccatorum Spes.

CAPUT XXXV.

Anagogicè ſignificata per Calceamentum æternæ beatitudinis ſpes.

BENE-

BENEDICTI BALDUINI AMBIANI

CALCEUS ANTIQUUS ET MYSTICUS.

PRAEFATIO.

Ad Lectorem benevolum.

Tantus, tamque latè diffuſus eſt litterarum campus, ut etiamſi nihil dici poſſe videatur, quod non dictum ſit prius: tamen ſemper abundè ſatis aliquid ſuperet, in quo litteratorum induſtria queat exſpatiari. Quò fit, ut dum plerique, pro ſuo quiſque ingenio, in diverſis hujuſce litterarii campi partibus excolendis operam ſuam ſtudioſè conferunt, non omnino aliis Spar-

Digitized by Google

Spartam, ſi quam nacti ſint, adornandi occaſio præcepta videatur. Quamobrem, etſi non is ſim, qui ullum dignitatis locum inter eruditos auſim ambire: nemini tamen, credo, videbor injurius, ſi ex iis, quæ olim inter legendum collegi, quædam hic ſelecta in medium proferam; quæ ſi nihil exquiſitius ſpirent, me ſaltem aliquando in litterarum ſtudiis operam aliquam poſuiſſe teſtentur. Quis enim in ampla & celebri urbe (ut ab ea re petam exemplum, unde nobis ſcribendi argumentum petitum eſt) calceorum opifices jure reprehendat, quòd eam artem amplexi, in qua multum operæ, lucri parum atque honoris reperitur, urbem ipſam minus honeſtent, quàm qui ſe nobilioribus addixerunt? Quis etiam in ipſo calceorum opificio ſutores illos jure cenſeat explodendos, qui craſſos ruſticorum perones conſarcinant; eoſque tantum retinendos, qui in conſuendis elegantioribus nobilium ſocculis honeſtius operam ſuam ponunt? Omnes certè Reipublicæ utiles, atque adeò viliores ornatioribus decus & laudem ampliorem conciliant, dum ſimul oppoſiti facilè deprehenditur, quantum alii aliis antecellant. Ita dum *De Calceis veterum, deque myſtica Calceorum ſignificatione* ſcribere

bere inſtituo, hinc à me juſtam reprehenſionem amolior, quod cùm alii triumphos, & magnarum rerum ſpectacula, altè volante penna, per ævum & gentes evehant; ego abjecto trepidantium pedum veſtigio, in vili Calceo conſiſtam, ſtatuamque non altius eo conſcendere; ne fortè quis ſtatim jure monitum illud objiciat, *Ne ſutor ultra crepidam.*

Quod ſi pleroſque certum ſit hunc calceum, quem rudi ſubula compactum imus, elegantius concinniuſque adornaturos, ſi manum operi admoviſſent; ut non invideo, ita mihi non invidioſum fore facilè ſpero. Iis enim,

[a] *Queis meliore luto finxit præcordia Titan.*

—— [b] *Quorumque Imagines lambunt Hederæ ſequaces,*

ſuam laudem intactam relinquo; Imo amplius adorno, ſi qua ex mearum nugarum objectu illorum gloriæ fieri poſſit ſplendoris acceſſio. Mihi certè, quod ſciam, quam levis armaturæ ſim, nullam prorſus laudem arrogo. Neque animus eſt aut ambitio, quod natura pedibus ſubſtravit, id ſinu geſtari; Calceum dico, quem non alio fine compegi, quàm ut calcetur. Id ſi

a. *Juven. Sat.* 14. v. 36. b *Perſius Prolog. Satyr.*

ſi bonus faciliſque lector præſtiterit, non in meam contumeliam, at in uſos ſuos, donec alium elegantiorem, pedique ſuo aptiorem nactus ſit, egregiè mecum actum eſſe putabo.

CAPUT I.

Calceorum origo. Adamus primus ſutor; Imò ipſe Deus.

INter ea, quæ ad calceorum tractatum pertinent, primùm eorum origo, præſtricto vocis etymo, ducat ordinem. Non equidem difficili opus indagine, ubi fons, unde *Calcei* vox eſt derivata, quæritur. A *calcibus* ènim, qui poſteriores & imæ pedum partes ſunt, pedum integumenta *Calceorum* ſumpſerunt appellationem: vel quod *calcibus* premantur, vel quod eoſdem contra itinerum offendicula muniant. Hinc etiam deductum *calcandi* verbum, quod eſt pedibus premere, ut & *Calcarium* nomen, quod ea *calcibus* ſive *calcaneis* applicati ſoleant. Atque ut à *calcibus calcei*, ſic ab his *calceoli*, *calceamina*, & *calceamenta*; ſic & *calceatus*, *calcearium*, & *calceolarii* ſuam vocem mutuântur. Sed ubi certò dignoſcenda Calceorum origo?

Cer-

Certè ſi expreſſa veterum monumenta conſulimus, non tantum obſcura illa eſt, verùm etiam penitus incognita. Nihilominus in ea lucem aliquam dabitur aſſequi, ſi conjecturam ducem ſequi velimus: hæc enim, licèt in multis plerumque fallax, nos, ut opinor, indubio pede ad Adami protoparentis noſtri tempora deducet. Scio, nonnullos, ex [a] Plinio, primum conſuendorum Calceorum artificium cuidam [1] Boëthio tribuere. Sed quandonam ille vixerit, aut ubi, non docent. Unde præſtat aliò, nem-

a *Lib. 7. c. 56:*

1 Sive ut in aliis Codicibus eſt, Tibo Bœotio, de cujus ætate certum quid proferre etſi difficile eſt, tamen ex hac lectione illud lucrifacimus, ut inde cognoſcamus, unde Tibus originem trahat, quam interpolata vulgatarum antea editionum lectio Balduinum celabat. Nam meliorem eſſe lectionem innuit præcedens membrum, quo fulloniam artem reperiſſe dicitur Nicias Megarenſis, & patriæ adjectionem flagitat Græcorum conſuetudo, ut ex eodem Plinii capite conſtat. Illius autem Tibi Bœotii ſutrinam bene concipit noſter in conſuendorum calceorum artificio conſtitiſſe, prout, quaſi certos quoſdam iſtius artis inventores cognitos habuiſſet, loquitur Cyrillus *lib. 5. Adverſus Julianum pag. 155,* πρῶτοί τινες τῶν τεχνῶν εὑρεταὶ καὶ ἐπιστημῶν γεγόνασι τοῖς ἀνὰ τόνδε τὸν βίον. οἱ μὲν γὰρ ὑφαντικὴν, οἱ δὲ τὴν χαλκευργικὴν, ἕτεροι δὲ σκυτοτομικὴν, ἰατρικὴν δὲ πρὸς τούτοις; ἕτερά τε πλεῖστα τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν πολλοῖς προσεπενοήθη: *Primi quidam artium & ſcientiarum inventores humano generi fuerunt, ſiquidem alii textoriam, alii Sutoriam, alii præterea medicam, plurimaſque alias neceſſarias artes ad hominum utilitatem excogitaverunt.* Sed tamen is non videtur in tantam antiquitatem incidere, ut, ubi de calceorum origine diſquiſitio inſtituitur, ſutrinæ inventor locum habere debeat, maxime ſi fuit hic

Digitized by Google

nempe ad ipſa mundi primordia, confugere. Nam ecce, ſtatim poſt admiſſum ab ipſo primo parente peccatum, juſtus peccati vindex Deus in eum verba illa, non quæ in ventos illico evolarent, ſed quæ mulctam conceptam ſecum ferrent, efficaci voce diſtringit: [b] *Maledicta terra ſpinas & tribulos germinabit tibi.* Quid tum ille miſer? An inops omnino conſilii nudis pedibus paſſim, dum vitæ neceſſaria huc & illuc incedendo procurat, ingredietur? An teneras pedum plantas ſpinis & tribulis miſerè lancinari, diffindi, diſcerpique nullo ſuppetente remedio patietur? Equidem ſi omni animantium generi hoc eſt à natura tributum, ut ſe, vitam, corpuſque tueantur, fugiantque ea quæ nocitura videntur; nemo tam ſtupidum hebetemque primum illum hominem dixerit, quin ei ſtatim in mentem venerit, quomodo ſe pedeſque ſuos incedendo poſſet à ſpinarum tribulorumque injuria defendere.

Quæ

b *Geneſ. 3. v. 18. & 19.*

hic Bœotius, quæ gens, prout ſtupidum ejus ingenium in proverbiis innotuit, primo videtur ſimpliciore & rudi calceatu contenta fuiſſe, &, quum ille poſteà etiam in uſu maneret, hinc ab Cratino Bœoti κρυπεζοφόροι dicti, quos pro ligneo calceatu Tibus ille primus ex corio conſutis calceis calceavit.

a Al

Quæ mens igitur illi primùm, poſt vetiti fructus eſum, conſuendorum è ficuum foliis perizomatum rationem ſuggeſſerat, quo pudendorum velaret turpitudinem; eadem & illum artem edocuit, qua ſibi uxorique ſuæ Calceos, è cæſorum animalium pellibus, aptè commodèque conſarcinaret. Quid? An non & Deus ipſe illi præivit exemplo? *Fecit Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos:* inquit in ſacra pagina Moſes. Utcumque prius per perizomata illa videbatur verecundiæ conſultum: Sed non ſatis ea erant corpori adverſus aëris injurias protegendo. [2] Eam ob rém (rationes alias, quæ multæ poſſent afferri, ſciens omitto) cæſis animalibus ſuas pelles Deus detraxit, iiſque in veſtes aptatis, nuda protoparentum membra contexit. Hoc edoctus exemplo Adamus eadem ratione pedum nuditati non conſuleret? Id facilè quivis in animum ſuum poteſt inducere.

Sed

2 At vel ſine veſtibus in Orientali plaga homo vitam pati poterat, quapropter nequaquam hanc rationem in animum ſuum inducere potuit doctiſſimus vir Antonius Bynæus, & imbecillitatem hujus concluſionis optime demonſtrat in elegantiſſimi operis *de Calceis Hebræorum* initio, ad cujus eruditionem ut hic te dimittimus, ita quoniam non ſolam Hebraici calcei antiquitatem in eo tractat, deinceps ſæpius illum commentarium ad partes vocabimus.

† Cujus

Sed malim ego nihilominus Deum ipſum primum & proprium calceorum auctorem agnoſcere. Quod ut credam multa mentem inclinant. At unum hoc præ cæteris, quod cùm per tunicam pelliceam Adami nuditati voluerit Deus eſſe conſultum; ne gravior aëris inclementia illi nocumento eſſet; ut non eſt parcus, aut imprudens, aut invidus, aut inops bonorum largitor; ita cenſendus eſt illi Calceos eadem ratione conſuiſſe, quo in neceſſariis ad vitam comparandis, minaces ſpinarum tribulorumque aculeos tutius evitaret.

At in delicti vindictam terra juſſa eſt illi ſpinas & tribulos germinare, ſubjiciet fortè aliquis: Fruſtra verò pœna indicitur, ubi ſtatim id ſuccurrit, quo illius ſenſus eludatur: atque adeò non eſt quod Calceorum, quibus ſentium hebetantur aculei, Deo, qui pœnam illam eſt interminatus, tribuatur inventio. Huic nodo cuneus hic in promptu eſſe poteſt, quod non eo fine potiſſimum voluit Deus Adamo terram ſpinas & tribulos germinare, ut incedentem illum paſſim ſuis punctionibus infeſtarent: verùm ut infelicium ejuſmodi plantarum feracem terram ipſe cogeretur multo labore ſubigere atque excole-

re,

re, ſi quam ex ea vellet utilium vitæ frugum atque fructuum meſſem colligere: Cùm prius, ut loquitur ingenioſus c Poëta,

—— *immunis raſtroque intacta, nec ullis*
Saucia vomeribus per ſe daret omnia tellus.

Sed eſto, in pedum Adami cruciatum divino juſſu terra ſpinas & tribulos ediderit. An non & in delicti vindictam aëris intemperies, quam non ſine doloris ſenſu nuda membra patiuntur? & tamen ad propulſandam illius injuriam è cæſorum animalium pellibus Adamo Deus veſtes contexuit. Quidni etiam ad evitandos ſpinarum tribulorumque aculeos eidem calceos compingeret?

Quod ſi altiore quodam conſilio, Deum pelliceis illis veſtibus Adamum induiſſe quis contendat, ut nimirum ſic indutus Adamus figura eſſet Adami Secundi, Chriſti nempe Domini, qui cùm eſſet innocens, mortuorum tamen animalium pellibus, id eſt peccatis noſtris, indui voluerit: Arcanum etiam æterni verbi, aliquando humana carne induendi myſterium, per pellicea, illa pedum integumenta tum inſinuaſſe, non inferiori jure dicemus. *Divinitatis enim*, inquit d D. Baſilius, *Calceamentum eſt caro Deum ferens, per quam ad homines deſcen-*

c *Lib. 1. Metam. Fab. 3.* d *In Pſal. 59.*

deſcendit. Sed in ea myſteria non eſt animus aut inſtitutum hîc ingredi. [c]Suus poſtea locus dabitur, in quo quæ ad myſticam Calceamentorum, quæ in ſacra pagina occurrunt, interpretationem pertinent accuratiùs exponemus. Jam ad Calceorum materiam inſtituti noſtri ſeries progrediatur.

CAPUT II.

Calceorum materia multiplex, & primum pellicea, ejuſdémque concinnatores urbibus olim excluſi.

UT *ſtudium non omnibus idem,*
Neque omnis fert omnia tellus;
Ita pro vario gentium ritu, varia perſonarum conditione, vario temporum & locorum uſu, vària olim fuiſſe reperitur Calceorum materia: Alii enim fuere *pellicei*, ſive *coriacei*; alii *papyracei*; alii *ſpartei*; alii *juncei*; alii *lintei*; alii *ſerici*; alii *lignei*; alii *ferrei*; alii *ærei*, alii denique *argentei*, atque *aurei*. De ſingulis ſuo dicendum ordine, ſingulaque ſigillatim ſuis auctoribus firmanda.

Primùm igitur, ut à pelliceis ſive coriaceis

c *A cap.* 25. *ad finem.*

riaceis tractationis noſtræ ſeries initium ducat, Pelles primùm, & ut plurimum, conſuendis Calceis materiam præbuiſſe, nemo, arbitror, poteſt ſeriò dubitare. Si enim è cæſorum animalium pellibus confectæ veſtes [a] plerisque olim in uſu fuerunt, ut primis parentibus, Indorum Philoſophis, Scythiæ populis, Perſis; imo etiam primis Romanæ Curiæ Senatoribus: Quis ex eiſdem etiam confectos primùm Calceos refragetur? Si obvia paſſim animalia, quibus pelles detrahi, atque ex iis pedum integumenta compingi facilè queant; Quis earum uſum cæteris neget frequentiorem? At ne verbis tantum conjecturiſve videamur agere, apud Romanos certè pelliceos fuiſſe

[a] *Geneſ. 3. v. 21. Plato in Protag. Cic. 1. Tuſcul.* † *Strabo lib. 15. Herod. lib. 1. Prop. el. 1. lib. 4.*

† Cujus ſi verba *in cap. 28.* reſpicit, ubi ait, *tum multitudinem pecudum, partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora veſtienda*, parum cautus eſt, quoniam illud poſterius ita poſitum eſt, ut magis conſideret pecudes in vita manentes, quam mactatas, ſicut etiam proximum de vehendo, item de cultu agrorum; quum remotiſſimum de veſcendo reſpiciat mortuas. Itaque dicas merito illum veſtitum non tam in pellibus, quam lana, ex qua tunc veſtes politioribus populis maxime placebant, conſtitiſſe Ciceronem innuere, quod in ovibus ſemper conſiderant poëtæ, unde Ovidius *l. xv. Metam. v. 118.*

Mollia quæ nobis veſtras velamina lanas
Præbetis: vitaque magis quam morte juvatis.

Si plura deſideras, adde Juſtinum *l. 2. c. 2.* & Pomp. Feſt. in *In pelle*, tum *l. 23. §. ult. l. 24. & 25. D. de aur. arg. leg.*

fuiſſe Calceos non obſcurè inſinuant hæc b Martialis,

Lunata nuſquam Pellis & nuſquam toga.

Ubi *lunata pellis* pro Calceo Senatorio, ut * poſtea clarius oſtendetur. Item c Juvenalis,

——— *Nobilis & generoſius*
Appoſitam nigra lunam ſubtexit aluta.

Quibus certè verbis non aliud ſignificatur, quàm Senatorem in ſuæ nobilitatis argumentum lunam nigris Calceis annectere. *Aluta* enim pellis mollior eſt, ad compingendos Calceos concinnata. His adde & hæc d Horatii magis aperta,

Ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, &c.

Ubi *nigra pelles* idem omnino, quod proximè *nigra aluta*, deſignant. [1]

Sed in hoc pelliceorum Calceorum negotio diſcrimen occurrit obſervandum, quod primùm ævo rudiore crudæ pelles conficiendis Calceis materiam ſubminiſtrarent.

b *Lib.* 2. *epigr.* 49. * *Cap.* 9. c *Sat.* 7. *v.* 190. d *Sat,* 6. *lib.* 1.

1 Vide Feſtum in *Mortua*, & ibi inanem Flaminicarum ſuperſtitionem nota. Sed inepta περιεργία quid opus? quum pellicearum veſtium appellationes collectas cuivis videre liceat apud Pollucem *l.* 7. *Onom. c.* 15, & ſimiliter coria ad calceos adhibita ab Græcis pateat ex *capp.* 20. 21. & 22. *ejuſdem libri.*

Digitized by Google

rent. [e] Xenophon, ut refert [f] Angelus Politianus, *Cum defeciſſent veteres calcei, habebant ex recentibus coriis bubulis Carbatinas confectas*: [2] & de his, ut omittam [g] Ariſtotelem & [h] Lucianum, [i] Catullus:

Tu

e *Lib.* 3. *Anabaſ.* f *Cap.* 2. *Miſcel.* g *L.* 2. *de anim.* h *In Pſeudom.* i *Epigr.* 97.

2 Et hunc & reliqua auctorum de Carbatinis loca collegerat ibi Politianus, eumque cum ſimili ſequela repetit Bynæus *l.* 1. *c.* 2. *n.* 3. & quidem Xenophontis verba ſic capit, quod *vetuſtiſſimis hominibus is uſus videtur, ut quandam pellis particulam ſive crudum corium pedibus ſubligarent, quod vicem calcei præſtabat*, & principio c. 3. *ex recentibus coriis bubulis confectas eſſe Carbatinas* ſtatuit. Verum etſi ſit veriſſimum pleraque humani ingenii inventa non ſtatim ab ipſa origine ſummam integritatem nanciſci, id tamen non proponit Xenophontis narratio. Illa de rudiore ævo non loquitur, ut noſter Balduinus, nec de vetuſtiſſimis hominibus, ut Bynæus, ſed de ſumma Græcorum in Perſicam expeditionem profectorum neceſſitate, qua preſſi, *ἐπειδὴ ἀπέλιπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, καρβατίνας πεποιημένας ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν ὑποδεδεμένοι ἦσαν.* Scribit Iſ. Voſſius *ad Catullum p.* 327. [*Carbatina ſeu Carpatina* qualeſ fuerint nemo melius dixerit Xenophonte, qui Ἀναβάς. δ. docet eas ἐκ νεοδάρτων βοῶν ſive e crudo corio fuiſſe contextas] unde in fine addit [Quare vero Carbatinas potius quam aliud crepidarum genus hoc loco nominarit Catullus, nemo ut opinor quæret, qui norit quam gravis & peſtilens ſit odor calceorum ſeu crepidarum, quæ e crudis & non bene præparatis contextæ ſint pellibus.] Fere ſibi obloquitur vir doctus, qui hic præparationem aliquam agnoſcit, quæ in Xenophontis loco ſupponi prorſus nequit. Sed quemadmodum Xenophon accuratiſſime Carbatinas deſcripſit, ita non puto id tam nude ad reliquas Carbatinas traduci poſſe, ut ſemper ἐκ νεοδάρτων βοῶν fuerint confectæ. Itaque in præſenti inopia recentibus & crudis coriis utebantur illi Græci, quum alias Carbatinæ ex ſicco, etſi non ſatis cocto, corio fieri gauderent, quod egregie docent Scholia *ad Luciani*

Tu tamen hac lingua, ſi uſus veniat tibi, poſſis

—— & crepidas lingere Carbatinas.

Deinde verò, ut in dies paſſim creſcunt artes atque perficiuntur, ita ſæculis poſterioribus commodioris honeſtioriſve uſus atque elegantiæ ſtudium concinnandarum tingendarumque pellium artificium edocuit. Unde coriarii opifices, vulgò *Tanneurs* & *Corroyeurs*, dicuntur, qui detracta cæſis animalibus coria depilant, intingunt, concinnant, poliunt, quibus tandem apti eleganteſque Calcei compinguntur.

Atque

viani Philopſ. p. 335. etiam ab eodem Voſſio ad Catulli laudatos verſus citata, quæ illas τραχεῖα καὶ ποιμενικὰ ὑποδήματα appellant; nec enim quomodo alias aſpera ſive τραχεῖα eſſe poſſint, concipio. Habuerunt Romani perones ex crudo corio conſutos, & hinc ὠμοβυρσίνας dictos., attamen nemo de recentibus pellibus & non præparatis confectos putavit, ſed crudæ eorum pelles erant, quia non erat corium ad mollitudinem & levitatem ſatis tractatum & ſubactum. Præterea cui & quam longo uſui forent Carbatinæ, quibus camelos calceatos narrat Ariſtoteles, ne viæ aſperitate, quando in bellum ducerentur, pedes læderentur, ſi eſſent ex corio humido & recenti? tamen ſic rurſus explicat *p.* 48. *camelos quoque apud Aſiaticas gentes Carbatinis id eſt recentibus pellibus calceari ſolitos, docet Ariſtot.* Xenophontis locum adduxit etiam H. Stephanus *in Theſ.* & ex Heſychio illas deſcribit vile & ruſticum calceamentum una ſuppactum ſolea, quomodo Pollux ἀγροῖκον ὑπόδημα κληθὲν ὑπὸ Καρῶν, vocat. Sed quum Heſychius appellet μονόδερμον & μονόπελλον, (ſic ergo erat ex genere τῶν ἁπλῶν, quomodo dicebantur τὰ μονόπελμα τῶν ὑποδημάτων teſte Harpocratione *in v.* Ἁπλᾶς) non tantum de una ſolea cogitare licet, ſed quod fuerit pellis fruſtum ſolidum non conſutum,

Atque hi opifices olim, quòd morticinia tractarent, ab urbibus fuere ſubmoti. k Artemidorus, τὸ δὲ βυρσοδεψεῖν πᾶσι πονηρόν. νεκρῶν γὰρ ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης. καὶ τῆς πόλεως ἀπῴκισται: *Coriariam exercere malum omnibus; Corpora enim mortua tractat Coriarius. Ideoque ab urbe ſecluditur.* Sic à pari penè cauſa carnifices olim Romæ domicilium non habuerunt. l Cicero; *Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus,*

k *Lib.* 1. *c.* 53. l *Pro C. Rabirio.*

ſutum, & pedi ita circumjectum, ut eum ſuperne etiam aliquatenus integeret loris ſubligatum. Sic crepidarum formam juxta Catullum in Carbatinis videre poſſumus, cum quo etiam conſentiunt priora Xenophontis verba a Balduino omiſſa, quæ ſunt, ὅσοι δὲ ὑποδεδεμένοι ἐκοιμῶντο, εἰσεδύοντο εἰς τοὺς πόδας οἱ ἱμάντες, καὶ τὰ ὑποδήματα περιεπήγνυντο, *quotquot calceati dormiebant, intrabant lora in pedes, & calcei circumquaque agglutinabantur.* Sed quum eadem ad Lucian. Scholia Carbatinas quoque ἀρβύλας dictas fuiſſe teſtentur, in quo Scholiaſten errare pronunciat Voſſius, longe aliter conſiderandæ ſint, ut infra in Cothurnis videbimus. His adjunge quæ notavit G. Jungermannus *ad l.* 2 *Longi Paſtoral.* quibus contenti ſera alterius diligentia facile caremus. Interim fateri oportet tentaſſe quidem me aliquo modo ipſa auctorum loca, prout commodiſſimum videbatur, inter ſe componere, ſed nihilominus reſiduas manere difficultates, ex quibus penitus emergere nequivi. Et quis poterit in tam varia temporum ratione, quæ quotidie detrahere vel aliquid novi addere amat? Id igitur quum ſæpius mihi in ſingulis fere calceorum ſpeciëbus acciderit, utpote quorum notitiam ex unius ejuſdemque ætatis ſcriptoribus cognoſcere non liceat, ſtatim monere volui, quoniam liberum cogitationis diſcurſum in alienas opiniones Balduinum non raro abduxiſſe in ſequentibus videbimus.

3 Non

Digitized by Google

chus, quàm in ejus concione carnifex conſiſteret, quem non modò foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoria leges, atque urbis domicilio carere voluerunt. Quo item ſenſu [m] Plautus in Pſeudolo:

> *Extra portam Metiam*, inquit, *currendum eſt prius.*
> *Lanios inde accerſam duos cum tintinnabulis.*

Intelligit enim carnifices, quorum extra eam portam domus, ad ſolemnem ſuppliciis locum. Quanquam & alia ratio externæ illius habitationis non ita ſuperſtitioſa poteſt afferri, quod ejuſmodi coriariorum opificium fœtidos odores exhalet; unde juſſi videntur illi extra urbes habitare, quò puriore cœlo reliqui cives uterentur. Hoc enim recta politiæ ratio ſatis perſuadet.

3 Hinc facilè crediderim, domum Simonis

m *Act.* 1. *ſc.* 3. *v.* 97. *& ſeq.*

3 Non ſufficit viros doctos & illuſtrem H. Grotium increpare, quod ſecure hæc verba tranſiliant, ut facit Bynæus *extremo cap.* 2. *l.* 1. dum tantum Balduini animadverſionem apponit, niſi amplius quid ipſi præſtemus. Itaque opportune huc revocandus Ariſtophanis Scholiaſtes *ad Acharn. p.* 406. *ἄμεινον δὲ λέγειν ὅτι τόπος ἔξω τοῦ ἄστεος καλούμενος ἔνθα τὰ βυρσεῖα ἦν. melius dicere eſſe locum extra urbem ita vocatum, ubi coriariorum officina erant*, cujus obſervationem ad explicandam Lucæ hiſtoriam nobis ſuppeditabat Avunculus.

3 Oſtentat

Digitized by Google

monis illius coriarii, apud quem in Joppe D. Petrum hoſpitatum [n] Apoſtolorum Acta commemorant, urbis ambitu excluſam: cum diſertè domus illa fuiſſe dicatur, *Juxta mare*, quod quidem urbem illam alluit: Eſt enim Joppe, teſte [o] Plinio, *Urbs Phœnicia, in ſcopulo ſita, ab inſula Paria medio mari diſcreta*. Si verò quis excluſam abnuat, propterea, quod ibidem Simonem illum *Joppenſem* Acta nominent, & D. Petrum *in Joppe moratum* referant: videtur fieri poſſe ſatis, ſi dicamus, coriarium illum Joppenſem appellari, quomodo ſuburbani Pariſiorum Pariſienſes dicuntur: vel in Joppe domum habuiſſe, quòd ea parte, qua mari urbs alluitur, inter ipſam domum & urbem nulla eſſent interpoſita mœnia; ſicque domus interna, vel ſaltem non excluſa videatur, licèt à reliquo ædificiorum urbis corpore ſemota eſſet atque diſcreta. Sed utcumque ſatis de tritiore Calceorum materiâ. Reliquarum, quæ apud diverſos diverſæ fuerunt, ſpecierum ſuccedat inveſtigatio.

n *Cap.* 9. & 10. o *Lib.* 5. *c.* 13.

CAPUT

CAPUT III.

Calcei Papyracei, Spartei, Juncei.

SI quondam, [a] Herodoti teſtimonio, Perſæ ſubligacula reliquamque veſtem è corio ferebant; non mirum magis, ſi quoſdam olim populos è papyro Calceos geſtaſſe dicamus. Id enim Calceamenti genus apud Ægyptios fuiſſe familiare, docet *in genialibus diebus* [b] Alexander Neapolitanus. Cujus aſſertioni proclivius aſſentitur animus, quò frequentior eſt iis in locis, [c] Plinio teſte, papyrorum copia. Nam ut unaquæque res paratu facilis eſt, paſſimque obvia; ita in iis, quæ vitæ degendæ ratio poſtulat, illius communior frequentiorque eſt uſus. Sic Americæ plerique populi ſibi veſtes ex avium plumis elegantiſſimè concinnant, apud quos nimirum infinita penè omnis generis avium multitudo. Sic auctore [d] Strabone Ichthyophagi Indiæ populi ædificia è cetorum, quorum illic magna copia eſt, oſſibus extruunt. Quod idem de extremæ Septentrionalis plagæ incolis [e] Olaus Magnus teſtatur.

Papy-

a *Lib.* 1. b *Lib.* 5. *c.* 18. c *Lib.* 13. *c.* 11. d *Lib.* 15. e *Lib.* 21. *c.* 22.

Digitized by Google

Papyraceos autem Calceos hîc intellige, vel ex implexis papyri tæniis contextos, de quibus [f] Martianus Capella, *Calceos*, inquit, *è papyro textili ſubligavit*, *&c.* Vel è craſſiore papyri membrana, ſeu cortice compactos: Tenuiores ſiquidem, & quæ mediæ papyro propinquiores ſunt philyræ, ſeu pelliculæ, parum fuiſſent calceandis pedibus utiles; utpote, quæ veteribus idem præſtabant, quod apud nos chartæ tenuiores, in quibus ſcribimus, quæ inde papyri nomen acceperunt. Quanquam & molliores ejuſmodi membranulas ab uſu Calceorum non omnino velim excludere, præſertim, ubi non utilitatis fructus, ſed vel elegantiæ oſtentatio, vel religioſæ celebritatis pompa quærebatur: ut in ſacris Iſidis, in quibus exſecti illius ſacerdotes pedibus molli papyro redimitis incedebant. Sic enim ea de re [g] Tertullianus Senatori apoſtatæ ſacra Iſidis exprobrans inter alia loquitur:

——— *Caligaque remota*

Gallica, ſit pedibus molli redimita papyro.

Quo tamen in loco mendum ineſſe ſuſpicor, potiuſque legendum cenſeam, *ſit pedibus mollis redimita papyrus*, ut ſenſus ſit per hypallagen, ſint pedes molli tantum pa-

f L. 2. de nup. philol. *g Carmine ad Senatorem cap. 2.*

Digitized by Google

papyro redimiti, poſtquam caligæ; quæ craſſiora ſunt pedum integumenta, remotæ fuerint. Aliàs, qui verborum ſenſus eſſe queat, non apparet. Nec quemquam moveat (ut id notetur obiter) quod vox, *Gallica*, cum ſuperiore, quæ caſus ablativi eſt, *Caliga*, jungatur; quod tamen metri leges non ferunt: ablativos enim ejuſmodi corripere, ſatis eſt Tertulliano familiare, ut etiam eo loci Pamelius obſervavit.

Tenuioribus igitur ejuſmodi papyri membranulis cum pedes indutos illi ſacerdotes haberent, ἀνυπόδητοι dici poterant, ſive diſcalceati, nudiſque pedibus incedere: Cùm propriè nec Calceorum, nec ſolearum uſum membranulæ illæ præſtarent. Sicque facilè [1] Tertullianus cum

h Pru-

1 Oſtentat auctor ingenii ſubtilitatem in ſolutione nodi, ſed quem, quod vehementer nollem, in ſcirpo quæſitum lectori ſuo objicit. Conjungit enim quam maxime diſſita & toto cœlo diverſa. Mythologi quidem illas dearum appellationes ejuſdem numinis cenſeri debere ſuis ratiociniis evincere conantur, quod tamen ad ſacrorum ritus traduci nequit. Itaque quemadmodum in Iſidis cultu (cujus ſacerdotes raſos novi: exſectos fuiſſe perperam exprobrat Balduinus, ut patet ex notis ad Minucium Fel. c. 21. Quod etiam ſignificat continua obſcœnitas ad illius deæ fanum perpetrari ſolita.) peculiaria inſtituta fuerunt obſervata, quæ ab Cybeles ſacris aliena erant, quid impedit, quominus cultores Iſidis papyro calceatos credamus, Cybeles vero ſacra celebrantes (neque enim in citatis verſibus Prudentius de Gallis, ſed de togatis proceribus loquitur, neque omnes

[h] Prudentio poteſt conciliari, qui de ſacris illius Iſidis, quæ aliis Cybele, magna deorum mater dicitur, loquens, nudis plantis, remotiſque Calceis Gallos illius ſacerdotes inceſſiſſe teſtatur his verſibus:

Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres togatos, Matris Idea ſacris.
Lapis nigellus evehendus eſſedo,
Muliebris oris clauſus argento ſedet,
Quem dum ad lavacrum praeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes Calceis,
Almonis uſque pervenitis rivulum.

Jam verò ut è papyro Ægyptiis, ita è ſparto Hiſpanis[2] Calceos geſtare in more fuit poſitum. Quod [i] Plinio crediderim auctore, idem qui ſuprà teſtatur Alexander. Ille enim, ubi ſparti, quod in Hiſpania frequens, uſus enarrat: *Hinc*, inquit, *ſtrata*

h *Lib. Periſteph. hymno* 10. *v.* 154. *& ſeqq.* i *L.* 19. *c.* 3.

omnes Galli, qui Matrem Idæam colebant) nudipedes Deam ſuam proſequutos eſſe? Et ſic rectius cum Prudentio conciliabitur Tertullianus, quod videtur deinde quodammodo ſubodoratus eſſe *in c.* 23. Nam qui papyro calceatus eſt ἀνυπόδητος dici non poteſt præſertim in ſacris, quæ iſtas argutias reſpuunt, & ſimpliciter nudos pedes volunt.

2 Ruſticis nempe & paſtoribus, quod non diſtinxit Balduinus, & perinde Bynæus *l.* 1. *c.* 2. quo pacto perſpicuum fit, cujus pretii id calceamentum fuerit. Et ex iſtis Plinii verbis magnus Caſaubonus *ad Suetonii Neron. c.* 30. docet integra calceamina Hiſpanis confieri e ſparto in paſtorum ὀρειβατῶν uſum, & animalia propter morbum ſparto calceata fuiſſe ex aliis annotat.

Cal-


ſtrata ruſticis eorum, hinc Calceamina, & paſtorum veſtis. Et ſuadet etiam uſus, qui hodie apud eorum pleroſque obtinet *, quos & in noſtra Gallia ſæpe vidimus in ſparteis ejuſmodi calceis incedentes. Spartum autem id, è quo ſpartei Calcei, ut & pleraque alia conficiuntur, junci ſpecies eſt: eo tamen diſcrimine, quod, ut loquitur Plinius, *propriè aridi ſoli juncus ſit.* Reliquæ verò juncorum ſpecies in paludoſis, maritimiſque locis, vulgò naſcantur.

3 Hinc, ut ad Ægyptios redeam, facilè mihi perſuadeo, apud eos è junco, quemadmodum è papyro, ut & apud Hiſpanos è ſparto, calceos in uſu fuiſſe: cùm

* Calcei iſtiuſmodi copiam nobis fecit Politiſſimus juxta & ornatiſſimus juvenis, *D. Gerardus Raard*, Amſtelodamenſis: totumque conficiendi illius artificium, in contorquendo jungendoque ſparto conſiſtit, quod ex adjuncta ejuſdem figura facilè patebit.

3 Quam conjecturam quum nullo idoneo teſtimonio fulcit, nimis eum indulſiſſe ſuæ facilitati ad perſuadendam veritatem opinionis ſi non abſurdæ, ſaltem admodum vacillantis apparet. Quam hic interpoſuit, ut lectorem ſuum tam lepido commento de ſpinoſa materia calceorum Moſis deliniret, cujus aculeis quam divulſa ſit ejus cogitatio, tum patet ex Bynæo *l.* 2. *c.* 2. *n.* 4, tum ex falſo hoc principio, quo ſtatuit in Ægypto natum educatumque Moſen, cum oves ſoceri ſui paſceret, paſtorum Ægyptiorum more indutum fuiſſe. Quos enim poterat Moſes in aula educatus Ægyptios noſcere paſtores, aut quem eorum habitum, quum id vitæ genus iſti populo omnino abominabile eſſet? Sed ſunt hæc ultra crepidam noſtram.

4 Quam



Digitized by Google

cùm junci, quorum feraciſſima [k] eſt Ægyptus, in funes, ſtrata, corbes atque adeò calceos, non minùs quàm ſpartum Hiſpanicum, imò commodè magis compingi contexique valeant. Id enim ſimilium ratio clarè ſatis oſtendit. At cùm hæc ſcribo, in mentem ecce ſuccurrit, quod aliquando me, viro inſigniter & curiosè docto concionante, didiciſſe memini, juvatque hîc ad propoſitum referre. In Ægypto natus educatuſque Moſes, cùm oves ſoceri ſui paſceret, paſtorum Ægyptiorum more, ut credere par eſt, induebatur. Huic ad rubum ardentem, ut [l] Exodi ſacra monumenta teſtantur, accedenti, ut propiùs ſtupendum illud flammarum non comburentium oſtentum agnoſceret; Dominus Deus ſtatim edixit: *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Quod igitur illud erat Calceamentum? Id enim ſacræ tacent litteræ. Ut quid etiam Moſes eo calceatus ad rubum prohibetur accedere? Uno brevique verborum contextu ut bipertitæ quæſtioni fiat ſatis, pro Ægyptiorum paſtorum more, Calceamenta Moſis erant ex junco marino contexta. Ideoque Dominus Deus præſciens filium ſuum aliquando factum hominem, inter cætc-

k *Plin. l.* 21. *c.* 18. l *Cap.* 3. *v.* 5.

cæteras ſuppliciorum acerbitates, coronæ ex ejuſmodi junco marino compacta coronandum, vult ea Calceamenta tolli; quod indignum videretur, ſervum id pedibus calcare, quo ipſius Dominus aliquando eſſet coronandus.

At fortè hæc ſpinoſi diadematis ad juncea Calceamenta relatio, ſpinoſa quibuſdam videatur, illorumque menti ſpinam hanc infigat, quî nimirum ex ejuſmodi junco Calcei potuerint contexi; cùm tam acutis ſpinis Juncus ille, qui Græcis ὀξύσχοινος, aliis rhamnus, aliis carrectum appellatur, ſit aſperatus, ut vix manibus tractari queat. Et me quoque ſpina hæc aliquando pupugit; cujus tamen aculeus hebeſcere mihi viſus eſt, cùm in animum induxi, potuiſſe juncum illum, compingendis Calceis, aliiſque id genus, deſtinatum, tenerum evelli, priuſquam ſpinæ in rhamnum excreſcerent, juncumque durius aſperarent: Ita ut ſi qui fortè aculei in ipſo tum eminerent, facilè poſſent aut manu avelli, aut ferro abradi, aut quovis alio modo effingi, atteri atque contundi. Vero enim ſimillimum eſt, ut apud nos ſtraminei Calcei (quorum uſus domorum ſeptis non egreditur) è contuſis, contextiſque ſegetum calamis fiunt, ita veteres illos,

illos, ſive Ægyptios, ſive Hiſpanos, & juncum & ſpartum malleis contudiſſe, quò facilius in funes contorqueri, aut in ſtrata contexi, aut in Calceos compingi poſſent. Plura qui volet, de juncea Chriſti Domini corona, [m] Salmeronem conſulat, [n] Riberam, & [o] Oſorium. Quæ enim illi curiosè ea de re referunt, non hic locus iis immorari.

CAPUT IV.

Calcei Lintei, Serici ſeu Velutei.

ET linum ſuam etiam Calceis olim præbuiſſe materiam, oſtendunt Udones illi, ſive lintea Calceamenta, quibus Antoninum Imperatorem, cognomento Philoſophum, permultoſque alios, ejus exemplo uſos, inſinuat [a] Herodianus. [1] Cùm enim religioſum illius erga Solem ſtudium, ejuſdem

m *Tom.* 10. *tract.* 30. n *Comm. in Jonam.* o *Conc. de cor. Chriſt.* a *Lib.* 5.

1 Quam vellem paulo propius iſtum locum indicaſſet! cujus ne veſtigium quidem eſt in toto libro V. Immo vix videntur hæc Græca ex Herodiano eſſe deſumpta. Deinde humani aliquid paſſus eſt bonus Balduinus, dum Antoninum iſtum Imperatorem cognomento Philoſophum appellat, qui non tam præter cæteros Solis cultui deditus fuit, nec ejus hiſtoriam in illo libro exponit Herodianus, ſed cognominis Antonini Helæagabali obno-

 xiam

ejuſdem ſacra & cæremonias, Sacerdotumque & miniſtrorum, qui ſacris illis operabantur, cultum & ornatum accuratiùs deſcripſit, ὑδόνες, inquit, τῦτ' ἐςι λευκοτάτη ὀθόνη περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι. *Udonibus nempe ex candidiſſimo linteo ad pedes*, hoc eſt linteis Calceamentis, *utebantur.* Ubi licet obſervare, udones illos ſic è lino conſtitiſſe, ut etiam à voce ὀθόνη, quæ linteum, &

xiam iſtius cultus ſuperſtitionem refert. Hallucinatur porro, dum Græca ὀθόνη περὶ τὰ ὑποδήματα explicat *linteum ad pedes, hoc eſt linteis calceamentis*; ſed Græca volunt illos linteis circa calceamenta uſos, non etiam ex linteo calceos eſſe confectos. Dubito enim adhuc, an Udones inter calceamenta cenſeri debeant, de quo tamen ſatis perſuaſus ſibi videtur Balduinus. Nam ſi revera calcei eſſent, cur JCtus eos uſum calceamentorum tantum præſtare dicit? Sed in hoc ab faſciis cruralibus impiliiſque eos diſtinguit, quod illa pedem & crus velabant, quum Udones pedem tantum, ideoque calcei uſum præſtare videbantur. Jam vero Martialis apophoretum nihil definit, niſi juxta Cujacium *l.* 10. *Obſ.* 17. ei adjungas epigramma 45. *l.* 12; ſed quam conjunctionem faſtidit ipſa materiæ diverſitas, de qua * loquuntur iſti verſus. Nam ſicut Udones ex hircinis pilis confectos deſcribit in apophoreto poeta, ita in epigrammate Phœbum, quia ex hœdina pelle confecto galeticulo caput texerat, quaſi ea parte calceatum ludit. Tum quod ex Conſtantini Donatione & Octavio Horatiano profert Lilius Gyraldus *Dial.* 27, nihilo magis Balduino favet. Sed, ſi fuerunt Udones ὀθόνη περὶ τὰ ὑποδήματα, & poſſunt huc trahi σανδάλια λωρικὰ διὰ ὀθονίων, videtur Udonum uſus talis fuiſſe, prout eum deſcripſit noſter in fine c. 16. Quem in vocis derivatione maxime reſpicit Cl. Voſſius deducens ab *udo*, quia in udo ſive humido ſolo imprimis iis eſt opus. Atque illa ratione optime congruent cum Græcorum πίλοις vel noſtris ſocculis, cum quibus eos comparat H. Stephanus *in Theſ. in* v. Πίλος.

1 Utrum

& ſubtile quodcumque velamen ſignificat, appellationem ſuam deſumpſerint: Illi enim aliis, ut [b] Ulpiano, dicuntur odones; quæ vox ad Græcam illam ὀθόνη proximè accedit. Quanquam & aliàs ex lana conficiebantur; nonnunquam etiam ex hircorum hœdorumve pilis; unde alii udones quaſi *hœdones* dictos volunt. Et hi dicebantur Cilicii, de quibus haud dubiè loquitur [c] Martialis, dum ait,

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti:
Cinyphio poterit planta latere ſinu.

Linteis autem illis udonibus Romani etiam Pontifices, referente Joſepho [d] Stevano, per longa tempora uſi ſunt; poſtquam nimirum iis primùm S. Silveſter, à Conſtantino Magno, inter alia ornamenta donatus eſt: * Donec tandem linum illud candidum in ſericum purpureum migravit.

Et hoc jampridem cum aurea cruce intexta locum in Pontificalibus Calceis obtinet. Sic enim [e] Cæremoniale Pontificum, *Induitur Papali habitu, toga ſcilicet linea alba, caligis rubeis, & ſandaliis rubeis, aurea cruce ſignatis.* Hinc ut à Sole, primaria totius luminis origine, reliquorum fide-

b *L. 25. §. 4. D. de aur. & arg. legato.* c *L. 14. ep. 140.*
d *L. de oſc. ped. Sum. Pontif.* e *L. 1. c. de indum. elect.*
* Pontificalis illius calcei figuram vide cap. XXVII.

ſiderum ſplendor emanat, ita ſericorum; atque adeo velutorum Calceorum uſum, ab illo ſummo Religionis vertice reliquis antiſtitibus eſſe communicatum, non eſt dubium. Ejuſmodi enim Calcei, ſive ſandalia, inter Epiſcopalis habitûs inſignia cenſentur. D. [f] Bleſenſis ad M. Guljelmum Abbatem, *Mitra, & annulus, atque Sandalia, in alio, quàm in Epiſcopo, quædam ſuperba elatio eſt, & præſumptuoſa oſtentatio libertatis.* Et Ivo Carnotenſis ad Samſonem Vigornenſem Epiſcopum; *Mihi Sandalia pedibus Apoſtolicis digna tranſmiſit.* At vultu fortè quis renidens, frontemque caperans, quid ad rem, inquiet, hæc Ivonis Bleſenſiſque pertinent? De Sandaliis tantùm loquuntur; De ſerico vero ſive purpura ne μὺ quidem. Hoc verum, ſed mentem eorum, quæ noſtram firmet ſententiam, ecce Froiſſardus unus, paucis, ſed clarè aperit, & explicat, in hiſtoria, ubi de Henrici Lenclaſtræi inauguratione noſtro idiomate ſic loquitur, *On luy chauſſa un veloux de vermeil en guiſe de Prelat.* En, veluto purpureo, ſive rubeo, præſulum more, calceatum dicit. Hic igitur ille tum erat, ut etiam nunc, Epiſcopalium pedum ornatus.

Priſcos

f *Epiſt.* 90.

Priſcos etiam olim Imperatores ſericis uſos Calceamentis, facilè nec invitus opinor; licèt id veterum ſcriptorum nullus, quod ſciam, expreſsè commemoret. Cùm enim iis Imperatoribus mirificus undequaque ſplendor quæreretur, eos ſericum, cujus tanta dignitas, in Calceorum etiam uſu neglexiſſe, non eſt veriſimile. Neque φοινικόχροα illa πέδιλα, quæ propria erant Imperii inſignia, quiſquam è corio tantùm, vel è quavis alia vili materia fuiſſe meritò poteſt arbitrari: Cùm ea etiam auro gemmiſque inſigniter eſſent ornata, ut ſuo loco [g] poſteà clarius oſtendemus. Quod cùm de Imperatoribus jure queat exiſtimari, idem quoque & de aliis non injuria dici poſſe videtur, qui nimirum, ut Imperatores, aurum, gemmaſque Calceis ſuis addere non verebantur, ut apud [h] Plinium & alios obſervare licet.

Atque ut breviter hoc caput concludam, ei colophonem imponent pompatici Regum noſtrorum Calcei: Illi enim, ut nihil eſſet in Regibus, quod Regiam non deceret majeſtatem (exquiſitior ſiquidem ſplendidiorque cultus, non parum dignitatis majeſtatiſve conciliat) è ſerico, velutove cæruleo, cum liliis aureis opere

 Phry-

g *Cap. 6.* h *L. 9. c. 35.*

Phrygio intextis, confici conſueverunt, ut disertè tradidit Monſtrelettus, dum ſingula, quæ funebrem Caroli ſexti pompam inſignem effecerunt, accuratè deſcribit. Cujus aſſertioni, quoad cæruleum illum colorem, liliaque aurea, fidem etiam adſtruunt infinitæ penè Regum noſtrorum imagines, quas variis in locis quilibet facilè poteſt eo cultu calceatas obſervare. Sed præ omnibus una, eaque inſignis HENRICI MAGNI effigies, ad vivum expreſſa, quæ in Regio illo cœnobii Sandioniſiani ærario, ſingularique armario ſtat incluſa, idem etiam quoad ſericum tacendo prædicat: ea namque, præter cætera veſtimentorum, quibus in ſua inauguratione Gallici Reges uti ſolent, inſignia, Calceos è ſerico cæruleo, liliis aureis diſtincto; ſpectantium oculis exhibet: ut aliquando me non ſine magna quadam voluptate vidiſſe memini. Inſigniora recenſeant alii, quæ illic oſtentantur, Regum noſtrorum monumenta: me quod ad inſtitutum noſtrum pertinet retuliſſe ſufficiat.

CAPUT

Caput V.

Calcei Lignei, Ferrei, Ærei.

Ut jam antea papyraceos junceoſque calceos Ægyptiis, & ſparteos Hiſpanis familiares fuiſſe diximus; ita nunc, ubi ligneorum calceorum ſuccedit inveſtigatio, iis Indos olim uſos fuiſſe, ut gratis non aſſeramus efficit [a] Philoſtratus, qui vitam Apollonii deſcribens, inter cætera, quæ de moribus Indorum ediſſerit, eos *Ex arborum corticibus* [1] ſibi Calceos conficere

a *Lib.* 2. *c.* 9.

1 Utrum ab Alexandro ſuo Neapolitano, an ex verſione acceperit, parum mihi liquet; uterque, quum in Græco eſſent ὑποδήματα βύβλυ, *cortices* exhibet, quod ſine ſcrupulo imitatur Bynæus *l.* 1. *c.* 2. Sic rurſus in Philoſtrato *l.* 6. ὑπόδημα αὐτοῖς βύβλυ δίδωμι, *calceos ex arborum corticibus illis do*, & *l.* 8. *c.* 3. ubi de Pythagora narratur, quod is Indorum exemplo καὶ τὸ ὑπόδημα καλὰ τ' αὐτοῦ λόγον βύβλον ἐπλέξατο, etiam vertitur *calciamenta itidem ex arborum corticibus fieri mandavit.* Mirum igitur, cur *in cap.* 3. Balduinus ex Alexandro ſuo Ægyptiis papyraceos calceos tribuat, quos non dubito illum ex Herodoto petiiſſe, qui *in l.* 2. *c.* 37. βυβλίνοις ὑποδήμασι calceatos Ægyptiorum ſacerdotes tradit. Sic patet, quam accurate Græca inſpecta ſint, ut eadem vox tam varie explicata ſit, & hinc duæ calceorum ſpecies oriri potuerint. Ultimam tamen editionem Philoſtrati & firmiter retinere hanc verſionem, & in notis Herodoti locum laudaviſſe video, ſed ſine ulla diverſæ expoſitionis animadverſione, quam in illis auctoribus Græcum vocabulum patitur. At quum certum ſit βύβλον ſignificare papyrum atque adeo junci quoddam genus, quod in Ægypto copioſiſſimum fuiſſe conſtat,


cere ſolitos eſſe teſtatur. Ab iis, ut credere par eſt, ligneorum Calceorum uſus ad

in Ægyptiorum calceis cortices ſpectare utique alienum eſt; & quomodo in Indorum calceis admitti poſſint, in dubio hæreo. Balduino quidem ignoſcendum puto, quia priorem tantum Philoſtrati locum cognitum habuiſſe videtur, ſaltem tantummodo memorat; ſed tamen abſurdus eſt, quum calceos ex arborum corticibus mox ad plane ligneos transfert, quia Philoſtratus flexilem iſtam materiam fuiſſe ultimo in loco clare oſtendit, quæ junci eſt natura. Sed eximie totam litem decidunt Euſtathii ſcholia ad Dionyſii Periegeſin v. 912 dicentia: Ἐγίνετο δὲ καὶ πέδιλα ἐκ τοῦ φυτοῦ τοῦ βύβλου. Οἱ γοῦν Αἰγύπτιοι ἱερεῖς βύβλινα λέγονται ποτὲ φορεῖν ὑποδήματα. *Fiebant & calcei ex planta bybli. Ægyptii igitur ſacerdotes papyraceos calceos geſtaſſe olim dicuntur.* Et ejuſdem ad Homerum Iliad. ψ. ὡς δὲ ἡ βύβλος τὸ φυτὸν συντέλλει καὶ εἰς τὸ ὑποδεῖσθαι, ὁ βυβλινοπέδιλος δηλοῖ, οὗ χρῆσις παρὰ τοῖς παλαιοῖς, *quod vero planta byblus etiam ad ſubligandum utilis eſſet, βυβλινοπέδιλος papyro calceatus ſignificat, cujus apud antiquos eſt uſus.* Præterea uterque locus egregie nobis ſuggerit, unde corticum mentio ad βύβλον traducta fuerit, quoniam φυτὸν ἡ φιλύρα φλοιὸν ἔχον βύβλου παπύρῳ ὅμοιον, tiliæ planta corticem habebat bybli papyro ſimilem, ut adeo hic ſimilem materiam cogitare debeamus. Eædem quoque ad Philoſtratum notæ huc advocant λευκοῦ δέρματος ὑποδήματα calceos ex albo corio, quos *in Ind.* Arrianus Indos geſtare dixit. Quod ſane verum, ſi ad varios Indorum populos, quibus diverſi fuere mores, & idcirco non idem cultus, attendamus. In iis autem quæ ſequuntur mirifice ſubtilis eſt auctor, qui in Crupeziis tibicinum quorundam, prout ea nude ſine ulla alia deſcriptione ab auctoribus petita explicat, majorem concinnitatem videre, eaque ligneis Petronii ſoleis paulo eruditiora aſpicere potuit. Sed tam ligneæ iſtæ ſoleæ loris & corrigiis alligari pedibus debebant, quam Crupezia, quæ ut Bœotica calceamenta dixit Heſychius, neſcio quam elegantiam ab iſtius regionis famigeratiſſimo ingenio Balduinus exſpectare potuerit, quam tamen in tibicinum crupeziis ſupponere debemus. Conſultius igitur erit, ut eam cognoſcamus, adire magnum Salmaſium, qui de hoc calceamenti genere ejuſque uſu prolixe egit *ad Vopiſci Carinum p.* 501. ubi, com-

t cre-
n uſu
ad
ἔχων ſi-
, nilu
ebat by-
ut adeo
n cog-
em quo
n nota
ſμà
x albo
Arm-
. Quod
ios Ia-
ous di-
idcirco
tenda-
uæ ſe-
lis et
ziis ti-
prout
ia de-
s pe-
con-
ue ſi-
paulo
. Sed
Ionis
dibus
ezia,
ienta
uam
onis
Bal-
rit,
um
us.
ut
na-
de
uſ-
ſo-
i,
n-

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

ad alios variè traductus eſt : ita, ut * alii rudioribus, & omnimodè ligneis uſi ſint; alii paulò eruditioribus, quorum nempe ſoleæ tantùm eſſent ligneæ, cætera è corio, vel è quavis alia molliore materia. De prioribus, omnimodè ligneis, non gravatè intelligam ſoleas illas impares, quas ſordidæ vetulæ tribuit [b] Petronius Arbiter, dum ait; *Anus præcipuè lippa, ſordidiſſimo linteo præcincta, ſoleis imparibus ligneis impoſita, canem ingentis magnitudinis catenâ trahit.* Eodem item ſenſu habeam ſoleas illas, quæ damnatis ad culeum inducebantur, de quibus ſic Auctor ad Herennium, *Si quis parentes occiderit, vel verberarit, ei damnato obvolvatur os folliculo lupino, ſoleæ ligneæ pedibus inducantur, &c.* Soleas enim, quæ propriè ſumptæ imas tantùm pedum plantas tegunt, pro alia calceorum ſpecie interdum ſumi, nihil no-

* Ut Germani veteres olim referente Cluverio, & agreſtes Poloni hodieque, quorum ſoleas ex arboris libro fabrefactas, funiculus in planta pedis aſtringit. Vide eundem Cluverium *Antiquæ Germaniæ lib.* 1, & figuram hîc.

b *In Sat. p.* 34.

commode ea Scabellis comparat, quorum imaginem conſpiciendam dedit Jac. Sponius *in Miſcellaneis erud. Antiq.* In parricidæ vero ſoleis poſſet forſan aliqua obſervari differentia *, quia verbo *inducere* utitur, quod de calceis & quidem tectis maxime amatum fuit, ut ex Suetonio *in Octav. c.* 92 & *Claud. c.* 2. liquet.

novum, ut [c] poſteà docebitur. Rurſuſque ſordes illius vetulæ, ut & parricidarum crimen, non aliud equidem, quàm viliſſimum calceamenti genus poſtulant. Unde & viliores quique, tenuioriſque fortunæ homines, ſive urbium, ſive ruris incolæ, calceamentis ejuſmodi, quæ vernaculo noſtro idiomate *Sabotz* dicuntur, jam paſſim pleriſque in locis uti ſolent. De poſterioribus verò quorum ſoleæ tantùm ligneæ, proclivius accipio tibicinum quorundam crupezia, quæ malè *cupezia* quidam nuncupant; de quibus ſic [d] Julius Pollux: *τὰ δὲ κρουπέζια ξύλινον ὑπόδημα πεποιημένον εἰς ἐνδόσιμον χόρον. Crupezia ligneum calceamentum eſt, factum ad auſpicationem chori.* Unde, ab ejuſmodi calceamentorum uſu, Bœotos *Crupeziphoros* eſſe dictos, refert [e] Tiraquellus ad *Alexandrum Neapolitanum*.

Sic etiam de Calceis illis, qui ſoleis tantùm conſtant ligneis, intelligo Caligas & Gallicas, quæ diminutiva voce Caligulæ & Galliculæ, Gallicè verò GALLOCHES appellantur, quibus non tantùm milites, ſed & plerique alii pluvioſo hybernoque tempore uti conſueverunt. Earum enim ſoleas è ligno fuiſſe multa ſuadent: Primum-

c Cap. 10. d *Lib.* 7. *On. cap.* 22. e *Lib.* 5. *cap.* 18.

Digitized by Google

mumque ipſa Caligarum appellatio, quæ quidem potiùs ἀπὸ τῶν κάλων, à lignis, quàm à callo pedum, ut vult Iſidorus [2], dictæ videntur. Deinde & Gallicarum, quibus hodie noſtrates utuntur, compoſitio, quarum quidem ſoleas è ligno conſtare cernimus: tum etiam uſus ipſe, ſeu finis, in quem primum ejuſmodi Caligæ ſive Gallicæ comparatæ fuerunt. Si enim, ut certum eſt, & conſtat ex Aureliani verbis apud Flavium [f] Vopiſcum, [3] *Calceamenta militum fortia eſſe debent*, & altiùs à ſolo edita, quibus nimirùm firmiùs & tutiùs, per loca limo lutoque infeſta, incedant; ad id certè craſſiores è ligno ſoleæ longè magis utiles, quàm quidlibet aliud, è duplici triplicive corio compactum. Reliqua, quæ de Caligis illis & Gallicis hìc adtexi poſſent, in alium locum rejicimus; ubi quidem Calceamentorum ſpecies, & formas, varioſque uſus explicabimus, cùm hoc loco ea tantùm exqui-

f *In Aureliano.*

2 Immo utramque originationem ille Epiſcopus protulit, de quibus ad *c.* 13.

3 Quorum firmitatem in clavis caligarum conſiderat Covarruvias *l.* 4. *Var. Reſ. c.* 3. Videtur tamen Aurelianus ſimpliciter juſſiſſe, ut milites haberent calceamenta bene compacta nec longo uſu ferme perforata, & ſic ad expeditiones ſemper eſſent parati.

exquiramus, quæ ad eorum materiam pertinent. *

Ligneis itaque Calceis ferrei ſimul & æreı ſuccedent, ſi referamus ex [g] Alexandro Neapolitano Empedoclem Agrigentinum fer-

* Ne quid deſit, quod huc pertinere aliqua ſaltem ratione poſſit, adjicimus ideam ſolearum lignearum quibus *Scricfinni*, atque his conterminæ gentes utuntur in tranſmittenda glacie, altiſſimiſque nivibus. *Nartas* Guagninus vocat, & ſiquidem ex his, quæ *Lugduni Batavorum* in theatro Anatomico aſſervantur, argumentari licet, nihil aliud ſunt, quàm lignum tenue, & longiuſculum, anteriore ſui parte incurvum, & in cujus medietate anſa eſt, ex corio, cui pes inſeritur, ſubjecta ex contorto vimine alia, quâ poſteriora pedis firmantur. Eæ, quas *Lugduni* vidimus, ſimpliciſſimæ ſunt, longitudine ſeptenum pedum, latitudine pollicum quatuor, & quod excedit. Credo proceri, & adulti hominis fuiſſe illas ſoleas: Nam, ut audio, id providè agunt, ut in fabricandis his ſoleis eam rationem longitudinis ſervent, quæ eſt hominis, cui inſerviunt. Cætera apud *Olaum Magnum*, *Wormiumque* legas, qui pluribus hæc deſcripſere. Nobis, niſi quæ vidimus, ſcribere relligio erat. Cultum tamen recipit hoc ſolearum genus, nec quidquam impedit quo minus Rangiferorum pellibus, vel qua ſimili materia obducantur, ad promovendam curſus celeritatem, & ligni ſubſiſtentiam. Certè illud quod *Lugduni* in civitate patria vidimus ſolearum par, ſine ulla alia notabili differentia quoad longitudinem, ſupernè reſina, vel pice obductum erat. Aliam iſtiuſmodi Nartarum deſcriptionem Titianus nobis dedit, in ſuo *de Antiquorum habitu* libello, quæ ſi vera eſt, aliud Nartarum genus in uſu *Scricfinnis* fuerit, quo altiſſimas nives, & cacumina montium, aliud quo apertam planiciem, & lubrica glaciei pertranſeunt. Atque ab hoc ultimo Nartarum genere deducta putaverim illa *Calopodia*, quibus Belgæ propter conſtrictas frigore aquas quàm velociſſimo curſu ludibundi quaqua verſum oberrant. Vulgus *Schaatſen* vocat, præſentiſſimum itineris inſtrumentum, ſed quod exercitatum hominem requirit. Omnium imaginem ſubjecta tabella dabit.

[g] *Lib.* 5. *cap.* 18.

4 Ve-


m per-

ul & æ-
xandro
atinum
fer-

em ratio-
n quibus
in tranſ-
magninus
, in thea-
hil aliud
iore ſui
corio,
quâ po-
, ſim-
titudine
, & a-
d provi-
n longi-
Cætera
ous hæc
io erat.
dquam
ſimili
atem,
vitate
diffe-
obdu-
n Ti-
ello,
-fue-
l quo
tque
illa
quas
rant.
men-
nium

Ve-





Digitized by Google

ferreo calceo uſum fuiſſe. Quanquam alii, ut [h] Philoſtratus, [i] Diogenes Laërtius, & [k] Ælianus æreum illum fuiſſe ſcribunt: Atque ex eo referunt deprehenſum, Empedoclem illum montis Ætnei flammis abreptum conſumptumque, cùm nempe paulò poſt, quàm comparere deſiit, æreus illius calceus in locis illi monti vicinis fuit inventus. His ſuffragatur [l] Tertullianus, qui veterum Philoſophorum habitum vellicans, ubi de Empedocle loquitur: *Alius*, inquit, *ſericatus, & crepidam æratus inceſſit; dignè quidem, ut bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret cymbalo inceſſit.* Ita plurium conſenſu verius illi Philoſopho calceus æreus videtur attributus: niſi metallici ferreum malint, quod ignes illi, ſi fuiſſet æreus, eum facilè liquefeciſſent.

Quidquid ea de re ſit, aliunde nihilominus alios è ferro Calceos proferimus, ſed quorum uſus crudelis [4] equidem & barbarus fuit: cùm nimirùm ferreæ crepidæ

h *In Helladicis.* i *lib. 8.* k *Var. hiſt. lib. 12. cap. 32.*
l *Lib. de pallio cap. 4.*

4 Verùm etiam in re lætiſſima eos adhibebant, nimirum in ſaltationibus teſte Luciano *de Saltat.* p. 951. Ἑνὸς γὰρ τῶν τῷ σιδηρῷ ὑποδήματι κτυπούντων τὴν ἐσθῆτα κατέῤῥηξε. *unius eorum qui ferreo calceo pulſabant, veſtem rupit*, de quo etiam agit Salmaſius loco paulo ante citato.

pidæ clavis confixæ, cruciandorum hominum pedibus induerentur, * prout aliquando fuit in quoſdam Martyres uſurpatum, teſte [m] *Martyrologio Romano*: Ubi enim ſancti Baſiliſci Martyris cruciatus recenſentur, ſic habet: *Ferreas crepidas ignitis clavis confixas calceatus, multaque alia paſſus, demum capite obtruncatus, martyrii gloriam conſecutus eſt.* Et ne qua in re infidelium feritati turbidi Religionis antiquæ novatores non reſponderent, ecce, & ad propoſitum, in cruenta Engoliſmi direptione, inter cætera crudelitatis hæreticæ ſtratagemata, Catholicorum quorumdam plantis, ferreas equorum ſoleas, clavis adfixas fuiſſe, bona fide litteris conſignata gentis noſtræ monumenta [n] teſtantur. Crudeles certè calcei, qui verè ferreas auctorum ſuorum mentes arguant, evincantque, nimis ingenioſam eſſe in pœnas crudelitatem.

Hîc equidem juſto animi dolori Lector æquus hoc concedet, ſi tantiſper invehendo extra chorum ſaltare me conſpiciat. An ergo

* Plenius hæc proſequitur Galonius, *ſuo de Martyrum cruciatibus libello*, ubi figuram ſubjicit Martyris, tunica candenti ferreâ, & crepidis ferreis induti, quas clavi igniti ferrei aſtringebant, quam huc tranſtulimus.

m *Die 22. Maji.* n *Lib. 7. hiſtor. Gent. Franc.*

1 Quam-



Digitized by Google

Digitized by Google

ergo vobis, ô portentoſi Galli, (Quis ab humana ſpecie erumpentem belluinam feritatem, aut progeniem parentibus omnino diſſimilem portentum non appellet?) An inquam vobis nulli ſuppetebant enſes, nullæ haſtæ, nulli pugiones, quibus avitæ religionis ſequacibus vitam auferretis, ſi avitam religionem animus erat è medio tollere, ut ſic per inaudita ſupplicia longiore tractu mortem iis inferretis? An vobis in equos, ut Apulejus in aſinum, illi Gallica tamen facie inſignes per hippanthropiam converſi videbantur, qui vos dorſis ſuis impoſitos equorum ad inſtar deportarent, niſi probè eſſent etiam ferreis ſoleis calceati? Pleraque alia cùm lego veſtræ feritatis exempla, tuli equidem, ut potui: Sed vos in diris inſontium cruciatibus etiam ludere, feritatemque veſtram inter ipſius veſtri luſus moras non manſuefieri, hoc unum me ſic intimo acrique doloris ſenſu percutit, ut nulla verba ſuppetant, quibus æſtuans indignantis animi impetus effundatur. Ite jam, novumque veſtrum Euangelium alias aliter, quàm barbara illa noſtrorum excarnificatione comprobate. Hinc certè jam liquidò videre eſt, non alio vos, quàm, quo infideles olim in Chriſtianos, tetri cacodæmonis

nis œſtro percitos in noſtrorum inſanos cruciatus exarſiſſe. Sed ad politiores ſplendidioreſque Calceos, aſperis illis ferrugineiſque relictis, operis noſtri textura deducatur.

CAPUT VI.

Calcei Argentei, Aurei, Gemmati.

QUò non igitur inſanus hominum in calceandi, ut & veſtiendi ratione luxus pervadit? An non ſatis erat, ad pretioſiorem veſtium pompam atque ſplendorem, *uno filo*, ut loquitur D.[a] Hieronymus, *villarum pretia inſuere*, niſi etiam pedibus argentum calcarent, aurum plantis ſubſternerent, ac per uniones ambularent: imò totos pedes argento & auro, gemmiſque onerarent? Dum verò pedibus calcatum argentum, aurumque plantis ſubſtratum dicimus, confectos ex argento & auro Calceos quibuſdam olim in uſu fuiſſe ſignificamus. Nam, ut omittam, quod [b] Paulus Venetus de Calceis argenteo filo conſutis commemorat, nihil mirum, ſi qui aliquando argenteos uſurpaſſe Cal-

a *In vita. D. Pauli Eremitæ in fine.* b *L. 2. de Reg. Orient. cap.* 14.

Calceos referantur: cum pleriſque aliis etiam aureos veterum ſcriptorum monumenta paſſim adſcribant. [c] Curtius, ubi Sophitis habitum deſcribit: *Veſtis erat auro purpuraque diſtincta, quæ etiam crura velabat; aureis ſoleis gemmas inſeruerat.* Ita Seneca, cùm de C. Cæſare in exoticum alienumque cultum demigrante loquitur, *Qui excuſant eum*, inquit, *negant id inſolentiæ causâ factum: ajunt ſocculum auratum, imò aureum margaritis diſtinctum, oſtendere eum voluiſſe.* Ubi vides aureum diſertè ab aurato diſtinctum, ne quis aureo tantum colore tinctum, aut bracteis aureis inductum Calceum intelligeret. Ita, referente [d] Alexandro Neapolitano, *Demetrius Antigoni filius eò vanitatis proceſſiſſe dicitur, ut aureo Calceo calcearet.* [1]

Quod

c *Lib. 9. cap. 1.* d *L. 5. c. 18. & Plut. in Demetrio.*

1 Quantum præſtat ipſum Plutarchum audire? Ait ille *p. 909. ed. Francof.* ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένον ἐμβάδας. *Sed etiam pedibus indutus erat calceamentis* (non *ſoleis*, ut habet Cruſerius) *auro tinctis ex conſtipata mera purpura.* Apparet quantopere hæc deſcriptio ab aureo prorſus calceo diſtet, de quo minime cogitavit Plutarchus. Quod adhuc clarius erit ex Athenæo, qui iſtum cultum ita explicat *l.* 12. Δημήτριος δὲ πάντας ὑπερέβαλεν· τὴν μὲν γὰρ ὑπόδεσιν ἣν εἶχε, κατεσκεύασεν ἐκ πολλοῦ δαπανήματος. Ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα τῆς ἐργασίας σχεδὸν ἐμβάτης, πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας. τούτῳ δὲ χρυσοῦ πολλὴν ἐνύφαινον ποικιλίαν ὀπίσω καὶ ἔμπροσθεν ἐνιέντες οἱ τεχνῖται. *Demetrius omnes ſuperavit:*

nam

Digitized by Google

Quod ſi quis incommodos omnino, atque inutiles ejuſmodi Calceos fuiſſe contendat, cùm principum præſertim virorum teneri delicatique pedes, gravem illam ſolidi metalli duritiem pati facilè non poſſent: Reſponderim ego, vel non è laminis ſolidis conflatos, at è tela quadam tenuiore aureis argenteiſve filis intexta conſutos videri: vel eos vix ad inceſſum, at ad pompam tantùm & oſtentationem uſurpatos: vel etiam aureos argenteoſve dici Metonymicōs, quòd auro tantùm [2] argentove ſuppactum ſolum haberent. Quo ſenſu Theotimus ille apud [c] Plautum, de quo quærenti Nicobulo ſeni ſalvuſne eſſet, ſervus reſpondet: *Etiam rogas, qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum?*

c *In Bacchid. act. 2. Sc. 3. vers 97. & 98.*

At-

nam calceatum quem habebat, multo ſumptu inſtruxit. Operi enim forma erat fere embates pretioſiſſimam purpuram coactam habens, cui ex auro multam varietatem intexuerant artifices in poſteriori & anteriori parte immittendo. Ex quibus locis pariter diſcimus non ſemper aſpici debere Græcorum πίλους & πίλημα tanquam ſeparatum ab calceis integumentum, ſed illa denotare quoque ipſa velamina, quibus calcei cavi tegebant pedes.

2 Ita ſane, ſi de aureis argenteisve clavis id acceperit, ut illic ad Plautum notarunt viri eruditi, quod non clare exprimit Balduinus. Perinde enim de Agnone Alexandri Magni comite apud Athenæum *l.* 12. *Deipnoſoph.* traditur illum χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσι καὶ τοῖς ὑποδήμασι φορεῖν ſolitum fuiſſe. Atque huc referre & addere oportet in Caji Cæſ. aurato ſocculo epigros, quos loco paulo ante citato *l.* 2. *de benef. c.* 12. memorat Seneca; ubi ex materni Avi notis multis illuſtrantur.

3 Im-

Atque hoc certè ſolearum aurearum ſuppagmentum, ubi pompaticæ divitiarum oſtentatio quæritur, magis in principum hominum calceatu ferendum, quàm in brutorum pedibus induendis. Quod tamen olim uſurpatum teſtatur [f] Plinius: *Poppæa enim*, ait ille, *Neronis principis uxor, delicatioribus jumentis ſoleas ex auro induere ſolebat.* An non ſic induti jumentorum pedes, auri uſum in extremos oſtentationis fines efferunt? 3 Aurum paſſim ſuperba Regum palatia exornet, auro parietes, auro

f *L.* 33. *c.* 11.

3 Immerito invehitur Balduinus in auri abuſum, quum hæc luxuria temperetur ab Xiphilino in nota Caſauboni *ad Suetonii Neron. c.* 30. quod funiculis aureis ex ſparto mulos Poppæa ſubligavit, non ſolidis ex auro ſoleis. Sed etiam ex iis quæ ibi notantur & *ad Veſpas. c.* 23. apparet, quantopere *Soleas* in jumentis dicere amaverint, etſi quoque tota ungula tecta eſſet, ut tales occurrunt in Poppææ jumentis & camelis Carbatinis indutis. In jumentis inquam, quia Raphael Fabrettus *ad Colum. Traj. p.* 224. negat ſe alicubi ſoleas in equorum ungulis ibi reperiſſe, adeoque illum morem ante Alexandri Severi tempora apud Romanos uſurpatum eſſe non putat. Eundem tamen in Aſia viguiſſe aſſeverat, etſi Xenophon *lib. de Re equeſtri* de ſoleis non meminerit; Sed eum rationem docere, quo pacto ſubjectis lapidum acervis ungulæ dureſcant, ideoque lotionem crurum ob humectationem ungulis damnoſam prohibere: quæ ſuperflua eſſent, ferro calceatis pedibus. Hoc ſi verum, quid ſtatuemus de IC. Voſſii *ad Catullum p.* 48. opinione vetuſtiorem eſſe hunc ritum ex eodem Xenophontis loco colligentis, quem dicit jubere ungulas equorum ferro munire περιχηλῶσαι σιδήρῳ, licet vulgo περιχειλῶσαι legatur, eaque ridicule prorſus interpretes accepiſſe, ac ſi lapides cui inſiſtant

ro laquearia, auro pavimentum, auro de-
nique

inſiſtant equi, ferreo labro ſint includendi, ne diffundantur; idemque mendum ex Polluce *l.* 1. *c.* 11. tollit? Proinde neceſſarium eſt Xenophontis verba addere, quæ ſunt *p.* 938. ὡς δ᾽ αὖ ὁ ἔξω σταθμὸς βέλτιστος εἴη, καὶ τοὺς πόδας καταρωννύοι, λίθων στρογγύλων ἀμφιδόχμων ὅσον μναιαίων ἁμάξας τέτταρας καὶ πέντε χύδην καταβάλλοι περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς ἂν μὴ σκεδαννύωνται. *Ut autem & ſtabulum exterius optimum ſit, & equi pedes corroboret: lapidum rotundorum palmarium, mina pondus habentium plauſtra quatuor aut quinque paſſim ſubſternat, & ferreo labro includat, ne diffundantur.* Subſtituamus hic περιχηλώσας *ungulas circumdans*, cujus ponderis erit hoc in loco id verbum? an lapidum ungulas ferro includet, ne diſſipentur? an verò potius hic abſolute poſitum, ut notet poſtquam ungulas equi ferro munivit? an igitur hic Xenophonteus loquendi mos? Tantamne incuriam in maxima etiam ingenia invadere poſſe, ut oſtentandæ in emendando facilitatis gratia tantopere ſe ipſa deſtituant! Quid igitur vitii in vulgata lectione ſibi imaginari potuerit vir doctus, & cur interpretes ridiculos exiſtimaverit, in quo talionem meretur, ignoro; & non alium ſenſum præbuit Pollux *d. l.*; quapropter recte monuiſſe Fabrettum patet. Præterea ſe confundit, dum ab Græcis equis ad Romana jumenta abit, ut idem apud Romanos factum eſſe doceat, quum de equis nullum proferat exemplum, præterquam ex vetuſto exemplari veterum Hippiatricorum Græcorum, in cujus picturis clavi per ungulas equinas trajecti apparent. Quod cujuſcunque ætatis ſit, ad reliqua jumenta transferri non poteſt, quippe quorum ungulæ non ſunt idoneæ recipiendis clavis, unde ea *calceare* & ὑποδήματα ὑποδεῖσθαι plerumque dixerunt. Sed en alteram fallaciam dicam, an imprudentiam, quam neſcio quis iniquus Voſſianis manibus genius non amplius occultatam perferre potuit. Nam dum ſcrutandæ, quantum liceat, antiquitatis cupidine ducor, eadem me impulit, ut illa equorum veſtigia contemplari in MSto codice, qui in hac celebri Bibliotheca aſſervatur., cuperem, ut hinc quoque aliquid, quod ad inſtitutum meum pertineat, addiſcerem. Itaque non levi admiratione tactus ſum, quod quum curioſo oculo ſingulas fere picturas perluſtrarem, nulla earum mihi occurrit, quæ ſoleas aliquas multo minus trajectos clavos exprimeret, quas tantopere jactavit Cl. Voſſius. Hoc videlicet nunc Balduini occaſione innoteſcere debebat.

* Reſta-

nique omnia in magnificis illis principum virorum ædibus colluceant, quis jure reprehendit? Imo quis non ultrò ſuſpicit lubenſque admiratur?

Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἅτε διαπρέπει νυκτὶ,
Μεγάνορ☉ ἔξοχα πλούτου. ait Pindarus

Aurum, velut ignis noctu ardens, coruſcat eximiè, inter ſuperbificas divitias. At brutorum calceandis pedibus aurum ſubſterni, eandem penè illi injuriam irrogari dixerim, quam eidem à Baſſa illatam carpit ac vellicat [g] Martialis hoc diſticho:

Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro,
Baſſa, bibis vitro: carius ergo, &c.

Sed ad rem. Quod in auro feciſſe Poppeam ex Plinio jam retulimus, id ætate noſtra, paucis abhinc annis, magna cùm ſui, tum Gallici nominis gloria, in argento præſtitit, illuſtriſſimus Princeps *Dux Nivernenſis:* hic enim in magna illa & celebri legatione, quam apud ſummum Pontificem PAULUM V. Regis HENRICI MAGNI nomine obiit, ſexaginta mulos habuit, qui omnes, dum Romam ingrederentur, ſoleis argenteis erant calceati. Unde licet hîc ex ungue noſtrum leonem

æſti-

g *L.* 1. *ep.* 38. h *An.* 1608.

æſtimare, & meritò etiam Neronianæ illi conjugi anteponere. Si enim impenſas expendis, plus ſanè pecuniarum in ſexaginta mulis argento, quàm in jumentis quatuor, ut credere par eſt, auro calceandis impendendum.

Si verò tacita cuipiam hîc irrepat cogitatio, me non ſatis conſona loqui, dum paulò ante auri abuſum in ſoleis illis equinis vellico; & in pari ſtatim negotio argenti uſum impenſius vendito: facilè me ab hac antiphonia vindicet utrorumque, quos expreſſimus, facti notitia. Illa enim Poppæa, ut ex Plinio ſemel eſt relatum; *ſolebat*, uſu nempe quotidiano, *ſua jumenta ſoleis aureis induere*: quod luxum inſolentem & inſanum arguit. Hic verò N. ſemel argento id præſtitit, idque in negotio, ubi exquiſitior quæque divitiarum oſtentatio, non inſolentiæ inſaniæve labem ſuis auctoribus aſpergit; Imò majorem illis, amplioremque dignitatem, decus atque gloriam conciliat.

Quid tandem? An argenteis aureiſque Calceis gemmatos adjungam? vereor extra chorum pedem ponere: Materiam enim hîc, non ornamenta Calceorum quærimus. Sed eſto, interdum etiam juvat iter facientem animi gratia paululum à via deflecte-

re,

Digitized by Google

re, lapilloſque, ſi quos eximiè lucentes & benè politos offendit, manu legere, ſècumque tollere. Sic quas paſſim veteres Calceis ſuis gemmas adtexuere, eas hîc etiam inſerere ut non injucundum nobis, ita nec aliis ingratum credo videbitur. *Diocletianus* igitur, ut auctor eſt [i] Eutropius, *cùm ante eum Imperatores alii tantùm ſalutarentur, adorari ſe juſſit, eamque ob rem ornamenta gemmarum veſtibus calceamentiſque addidit: Nam prius Imperii inſigne in chlamyde purpurea tantùm erat.* Ubi non obſcurè gemmæ in Calceis emicant. Hoc etiam Pomponius ſic expreſſit: *Diocletianus, poſt triumphum de Perſis actum, adorari voluit, pedeſque ſibi oſculari, auro & gemmis calceamenta ornans.* Idem non minori luxu prius uſurpatum ab Heliogabalo, teſtatur Lampridius, his verbis: *Habuit in calceamentis gemmas, & quidem ſculptas, quod riſum movit omnibus, quaſi poſſent ſculptura nobilium artificum videri in* GEMMIS, *quæ pedibus adhærebant.* Et de iiſdem illis gemmis loquens idem auctor, in Alexandro Severo; *Gemmas*, inquit, *in calceamentis & veſtibus tulit, quibus uſus fuerat Heliogabalus.* Ita ſanè alios ævi poſterioris Imperatores idem factitaſſe non eſt dubium;

i *Lib.* 9.

Digitized by Google

dubium; cùm de Carolo Magno ſcribens Eginhardus ipſum teſtetur, *Hadriani & Leonis Pontificum hortatu calceos auro gemmiſque diſtinctos induiſſe.*

Sed non tantùm prima illa Imperii capita pretioſum illum in Calceis ornatum quæſierunt: quin etiam plerique alii inferioris notæ homines idem uſurparunt, & præſertim fœminæ, ut ſunt exquiſiti pretioſique cultûs mirum in modum ambitioſæ. De iis enim agens [k] Plinius: *Gemmas*, inquit, *non tantum crepidarum obſtragulis, ſed & totis ſocculis addunt: Neque enim gemmas jam geſtare ſatis eſt, niſi margaritas calcent, ac per uniones etiam ambulent.* Unde Spartianus in Heliogabalo: *Facta ſunt*, inquit, *Senatuſconſulta ridicula, de legibus matronalibus: quæ quo veſtitu incederent, & quæ aurum vel gemmas in calceamentis haberent.* His mirum quantum, ſed breviter accinit [l] Tertullianus, ubi mulierum luxum perſtringit. *Et in peronibus uniones emergere de luto cupiunt.* Ut hinc etiam diſcas, non tantùm ſocculis elegantioribus, quorum uſus nitidum ſolum petit, addita fuiſſe gemmarum unionumque ornamenta, ſed etiam craſſioribus altioribusque calceamentis, quæ ſiccum præbent adverſus limum lutum-

que

k *L. 9. c. 35.* l *Lib. de cultu fœminarum cap. 7.*

VITTORIO EMANUELE III - BIBLIOTECA NAZIONALE
NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

que pedibus integumentum. Sed ut in rectam inſtituti ſui orbitam operis noſtri ſeries recurrat, hincque ad alia ordine progrediatur, quæ hactenus de multiplici Calceorum materia in medium prolata ſunt, ea tandem, ut de variis eorumdem Calceorum formis *deinceps differamus, expectant. Quod ecce capitibus proximè ſequentibus lubentes imus pertractatum.

* Reſtabat aliud calceamenti è plumbo genus, quo ſaltantes in Gymnaſiis utebantur, cujus ideam ſuppeditante Pyrrho Ligorio, Mercurialis, *de arte Gymnaſtica lib. 2. cap.* xi. & nos ſupplendis quæ hîc deſiderabantur, è Mercuriali exhibemus. 4

4 Ad hunc locum ut & ego ἐρανιστὴς accedam, en alterum plumbei calceamenti genus ab Hippocrate ſumptum apud Galenum *l.* 4. *περὶ ἄρθρων p. 643. ed. Baſil.* *ὑποδημάτιον δὲ ποιέεσθαι μολύβδινον, ἔξωθεν τῶν ἐπιδέσιων ἐπιδεδεμένον, οἷον αἱ Χῖαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον. Calceolus fieri debet plumbeus, extra ligaturam alligatus, qualem formam Chiæ crepidæ habebant.*

CAPUT VII.

CALCEORUM

Forma ſua materia addita,
Species varia ſtrictim edita,
Opifices ſuo domicilio addicti.

VAno ridendoque molimine quis extruendo altè ædificio prima & ima jaciat fundamenta, niſi muros hinc inde attollat,

Digitized by Google

tollat, iis tectum imponat, eaque omnia perficiat, quibus tandem ſuis abſolutum numeris ædificium reddatur. Parum item, neque ſatis feciſſe dubio procul pictor ille cenſeatur, qui quam ſuſcepit in tabula depingendam imaginem, ejus tantùm prima rudiaque plumbo cretave duxerit lineamenta. In re qualibet quæ præſertim ſub ſenſum cadit, materia ſuam habet cum ædificii fundamento, vel etiam cum informi tabula ſimilitudinem. Quæ verò res, materiæ tanquam fundamento addita, cum ea perfectam aliquam ædificii ſimilitudinem exhibet, ea forma eſt: Quæ ſi etiam cum ejuſdem materiæ informi tabula conferatur, eadem illa eſt, quæ ipſi tandem vivos eximii perfectique decoris colores conciliat. Quid verbis opus? hactenus à quadrupedibus, arboribus, plantis, bombicibus & metallis materiam conficiendis Calceis ſubminiſtratam varii nos auctores docuerunt. Ea omnia operis noſtri vel ædificio, vel imagini, tanquam prima vel fundamenta vel lineamenta ſubjecimus.

Ut igitur ad faſtigium ædificii moles aſſurgat, viviſque tandem coloribus imago ſpectandam ſe præbeat, ſupereſt ipſi Calceorum materiæ ſuam formam adjungamus.

mus. Quod ut ordine, certaque methodo fiat, formam ipſam in variis multiplicibuſque Calceorum ſpeciebus, operæ pretium eſt contemplari. Calceus ſiquidem liberiore ſumptus ſignificatu, patulæ ſe habet ad inſtar arboris, quæ varios multipliceſque ex ſeſe ramos hinc inde diffundit: vel mari, ſi mavis, non eſt abſimilis, quod pro varia locorum ratione varia etiam nomina ſortitur. Pro varia enim Calceorum forma ſive figura, qua variæ ipſorum ſpecies conſtituuntur, variæ etiam exiſtunt eorumdem appellationes. Unde paſſim apud auctores occurrunt *Calcei* preſſiore ſignificatu, *Mullei*, *Soleæ*, *Sandalia*, *Caligæ*, *Gallicæ*, *Crepidæ*, *Cothurni*, *Socci*, *Perones*, & alia iis affinia. Quibus etiam poſſis adjungere, quæ vel uſus, vel locorum, vel perſonarum diverſitas variis etiam nominibus affecit: ut ſunt *Campaga* ſive *Compagia*, *Tzanga*, *Phæcaſia*, *Sicyonia*, *Alcibiadæ*, *Amyclaidæ*, *Anaxyrides*, *Arpides*, *Lacænica*, *Nymphides*, *Perſica*, *Scythica*, *Iphicratides*, & cætera, quæ ſtudioſior auctorum lectio poteſt ſuppeditare. Sed dum ad ſingula diſtinctius accuratiuſque explicanda me accingo, juvat hîc interim ad antiquitatis Romanæ lucem in hoc Calceorum negotio, ſedem eorum &

 domi-

domicilium inquirere, qui olim Romæ Calceos conficiebant.

[a] Antea pelliones ſive coriarios, quorum opificium circa tritiorem Calceorum materiam occupatur, urbe Roma excluſos, ex Artemidoro docebamus. At Sutores ſive Calcearii, quorum arte & induſtria ſuam tandem Calcei formam & ſpeciem accipiunt, non ita ſanè magnæ illius urbis domicilio fuerunt excluſi, ſuus enim illis in ea locus, ſua ſedes & propria regio fuit. [b] Plinius, ubi lepidam ſimul & triſtem corvi voces humanas imitantis refert hiſtoriam, ſic inter cætera: *Sub Imperio Tiberii corvus è ſumma Caſtorum æde in ſutoris officinam è regione poſitam ſe dedit.* Et paulò poſt *Calcearius alter, qui propinquam incolebat officinam, corvum illum occidit.*[1] Hinc in urbe ipſa ſutores habitaſſe con-

a *Cap.* 2. b *L.* 10. *c.* 43.

1 Quatenus ſuæ hypotheſi inſerviat Plinii hiſtoria, eam deſcripſit noſter, & quidem fere ſuis non Plinianis verbis, & admodum laceram, quod Plinium inſpicienti patebit. Sed elegantior eſt, quam ut tam perfunctorie tractetur, quippe ex qua diſcere licet habuiſſe ſutores ſuas officinas ſive tabernas, quas ab dominis conducebant, unde ibi occurrit manceps proximæ ſutrinæ: tum calceos venales ita eſſe expoſitos, ut eos excrementis conſpurcare potuerit ſupervolans corvus. Itaque hæc admodum convenit cum Senecæ narratiuncula, quam infra c. 19. profert. Ab his diverſæ erant in Græcia ſutrinæ, quas perinde ut tonſtrinas a dicacalis & garrulis frequentatas

conſectaneum eſt. Caſtorum enim templum urbis illius antiquæ mœnibus erat incluſum, idque in octava ipſius regione ſitum, ut ex Onuphrio & aliis auctoribus refert [c] Roſinus.

At ſi contendat aliquis, una aut altera hirundine ver non effici: neque ſi unus & alter calcearius eam urbis regionem incoluerunt, ideò cæteros ibidem habitaſſe conſequi: facilè & in promptu ſuccurrit Apollo Sandaliarius, qui ex Antonii Sabellici, & Levini Torrentii mente ita fuit appellatus, non quidem, ut quidam voluerunt, ab eo, quòd ejus ſimulachrum ſandaliis eſſet ornatum; ſed à vico Sandaliario, in quo hæc Apollinis effigies dedicata fuerat, ſic nimirum inſignito, quòd in eo ſandaliarii ſive calceorum opifices habitarent. Neque novum aut ſingulare putandum eſt, ſi ſutores aut ſandaliarii dicantur eandem urbis regionem, imò eundem vicum incoluiſſe: cùm illud idem de aliis opificibus certum ſit. Nam ut probè [d] Marlianus in *Antiquæ Romæ Topographia* obſer-

c *L.* 1. *c.* 13. d *L.* 5. *c.* 5.

tatas fuiſſe indicant verſus ab Athenæo laudati *l.* 13. *Deipnoſoph. c.* 3.

Ἐν σκυτοτομείῳ τινὶ μετά τινων καθήμενος.
Κατεχόλαζε τοῦ Γναθαινίου λέγων.

In ſutrina quadam cum quibuſdam ſedens
Otiabatur Gnathænia dicens.

obſervat, M. Varro figulos uno in loco conjunctim habitaſſe indicat, cùm dicit Venerem Myrteam fuiſſe inter figulos. Et à Sexto Ruffo edita *urbis Romæ deſcriptio* habet in regione prima, porta Capena, fuiſſe vicum Vitriariorum.[2]

Sed ecce rurſus exoritur in antedicta reflans objectionis adverſæ ventus. Apollo ille, itemque vicus Sandaliarius, ut conſtat, in quarta urbis regione fuit, quæ dicta eſt Via ſacra, ſive Templum Pacis: Caſtorum verò templum ad octavam regionem, ut eſt in confeſſo, pertinebat. Quo igitur modo noſtri illi opifices & in vico ſandaliario, & è regione Caſtorum conjunctim habitare potuerunt? Ut nodus hic ſolvatur, mente ſi non oculis urbem antiquam luſtremus. Templum Pacis, de cujus nomine Regio quarta nuncupata eſt, e Suetonio teſte *in Veſpaſiano*, foro erat proximum, ſicque non longè à Caſtorum templo diſſitum, in foro enim illo Romano, nempe κατ' ἐξοχὴν, quod octavæ regioni ſuum nomen dedit, extructum erat Caſtorum templum; atque id quidem propè templum Pacis, ubi nunc eſt Eccleſia.

S. S.

e Cap. 9.

2. Prout quoque olearii in Velabro habitabant Plaut. *in Capt.* 3, 1, 29.

I Inter

S. S. Coſmæ & Damiani, ut ex Volaterrano refert [f] Marlianus: vel, quod incidit, apud Fauſtinæ templum, nunc S. Laurentii in Miranda, ut poſt Blondum ex Varrone, Plinio & Cicerone idem videtur ibidem aſſerere. Quæ etiam lucem accipiunt à Pyrrhi Ligorii tabella, quæ urbis antiquæ delineationem habet, in quam quidem cuivis inſpicere licet, templum S. S. Coſmæ & Damiani, olim Caſtorum, ſitum in foro, inter templum Pacis & Fauſtinæ. Quibus ita conſtitutis facilè potuit corvus, ut loquitur Plinius, è ſumma Caſtorum æde devolare in officinam Sutoris è regione poſitam, quæ nempe eſſet in vico Sandaliario, qui ad quartam urbis regionem ſive templum Pacis pertinebat. Atque adeò liquet, Sutores eam quartæ regionis partem incoluiſſe, quæ octavam vicinam haberet.

CAPUT VIII.

Calcei Romani vetus forma expreſſa, color varius pro vario temporum & perſonarum diſcrimine.

Eja nunc igitur ad Calcei potiſſimùm Romani veterem formam exprimen-

 dam

f L. 3. c. 9.

Digitized by Google

dam noſtra tandem accedat inſtituta tractatio. In rebus, quas anteacta præteriti temporis ætas à nobis longè ſemovit, veritatis lucem inquirenti denſæ plerumque tenebræ obverſantur. Vnde ſæpius etiam in iis cæcutire neceſſe eſt, niſi qui olim claruerunt auctores ſcriptorum ſuorum facem præbeant. Ita dum expreſſam veterum Calceorum formam inveſtigamus, circumfuſa primùm nobis occurrit caligo, quam tamen admota veterum ſcriptorum lampas ita diſcutit, ut non obſcurè tandem ipſa ſe Calceorum forma ſpectandam exhibeat. Qui hoc ſeculo, cum nominis ſui laude & gloria, de antiquitate Romana ſcripſerunt, eruditi multi [3] homines, in quibus emicat

Lipſium ſidus, velut inter ignes
Luna minores:

docent, tales olim fuiſſe veterum Romanorum Calceos, quales Turcarum hodie, medio crure tenus; Ita ut non ſolùm imos pedes, ſed etiam mediam tibiarum partem circum circa velarent. Idque probant auctoribus [a] Horatio, qui Senatores quoſdam perſtringens:

Ut

a *Sat.* 6. *l.* 1.


3 Inter quos etiam effulget Joſ. Scaliger ad Feſtum in v. *Mulleos*,

Ta-

tra-
ære-
vit,
um-
pius
qui
uo-
Nam
nus,
go,
um
em
ex-
nis
na-
es,

a-
e,
s
n

Digitized by Google



Digitized by Google

Ut quiſque inſanus, inquit, *nigris medium impediit crus*,
Pellibus.

Titinnio, apud quem hæc in Setina legas, *Jam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatim calceas.* & [b] Tertulliano, qui ſic: *Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum.* Id quidem benè & appoſitè, pro una Calceorum parte; ſed quomodo illi deſinerent, an ſimæ, ſeu quadratæ, an verò acutæ eſſent eorum extremæ partes, in quas extremi pedum digiti protenduntur, pauci aperiunt.

Ut igitur hac quoque in parte antiqui Calcei forma fiat notior, memini me jamdudum, cum junior in patris ſutrina conficiendis Calceis operam darem, (& hinc mihi nata de Calceis ſcribendi occaſio) vidiſſe ſingularem è decocto corio Calceum, qui certè non calceando pedi, ſed capiendo propinandoque vino ſcyphi ad inſtar ſerviebat: Illius forma talis erat, ut in arcuatum acumen deſineret, ſimilis linguæ exertæ, verſuſque nares reflexæ. * Ejuſmodi

b *L. de Pallio. cap. 4. circa finem.*

* Talem, aut certè ei non multùm diſſimilem calceum, aliquoties videre mihi contigit Hagæ Comitis, in ædibus & locupletiſſimo rerum antiquarum gazophylacio Reverendi juxta & Clariſſimi viri Domini *Joannis Schelhamer*, cujus calcei figura cùm ad illuſtrationem eorum, quæ à Balduino hîc diſſeruntur, quàm maximè faciat, hic apponendum duximus.

 Hoc

modi [4] fuiſſe veterum Romanorum Calceos auſim aſſerere: Id enim mihi ſuggerit [c] Tertullianus, dum togæ incommoda recenſens, inter cætera ſic loquitur: *Calceos nihil dicimus, proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verum & falſam. Quàm enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quàm in Calceo uncipedem? Uncipedem* dicit, cujus Calcei uncinati, id eſt unci ad inſtar in altum reflexi, & in acumen intortum deſinentes. Hanc interpretationem firmat vetus [d] M. Catonis fragmentum, quod juxtà Scaligeri lectionem ſic habet: *Qui Magiſtratum Curulem cepiſſet Calceos mulleos, alii uncinatos* (cùm prius corruptè haberet *allucinatos*) *cæteri Romani perones, &c.* Ubi ſanè uncinati illi Calcei non aliunde ſic appellati, quàm ab unco, cujus propter acumen illud reflexum, ſimilitudinem referebant. Atque hi ſunt Calcei, quibus Junonis Soſpitæ ſimulachrum ſemper ornatum teſtatur [e] Cicero, ubi ſic ait: *Noſtram Soſpitam nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutu-*

c *L. de Pallio c. 5. paulo poſt principium.* d *L. 7. origin.*
e *L. 1. de Nat. deor.*

4 Hoc maxime mulleis emendatione Uncinatos a adtribuit Salmaſius, quum Mulleis & Peronibus diverſos faciat. tamen Feſtus ex Scaligeri

Co-

ſcutulo, *cum Calceolis repandis*. *Repandum* enim idem eſt quod recurvum, & ſurſum verſus reflexum. Et certè, ſi majores noſtros eorum, quæ ab antiquioribus uſurpata fuerant, ita tenaces fuiſſe credimus, ut non facilè novos veſtiendi calceandique ritus, ut nunc temporis, admitterent, pleræque veteres cùm ſtatuæ, tum imagines idem ſuadent, quas nimirum pleriſque in locis, curioſius inveſtigando, vidiſſe me memini cum uncinatis ſive repandis ejuſmodi Calceis expreſſas. Quibus etiam ex poſteriorum temporum litteris fides amplior accedit. Ita enim inſignis ille [f] Pariſienſis Cancellarius à Gerſonio, ubi de corruptis Eccleſiaſticorum [g] ævi ſui moribus conqueritur: *Quid eſt*, inquit, *quod quarumdam Eccleſiarum Canonici Calceis roſtrati*, *veſtibus accurtati*, *abjecto clericali habitu militarem aſſumunt?* Ergo militibus ſaltem roſtrati illi Calcei tum familiares. Ita provincialis Concilii * Senonenſis [h] Decretum, ubi ſtatuitur: *Ne clerici lunatis ſeu cornutis, ac nimis feneſtratis Calceis utantur*. Hi enim cornuti,

f *Decl. def. vir. Eccl.* §. 59. g *An.* 1400. h *Canone* 24.

* Celebratum fuit hoc concilium ſub Clemente VII. Anno 1528. regnantibus Carolo V. Imperatore, & Franciſco I. Rege Francorum.

Digitized by Google

ri, ut & roſtrati illi Calcei, non alii, quàm qui aliàs repandi ſive uncinati nuncupantur, ut ex incurva & acuta roſtrorum atque cornuum figura facilè eſt intelligere. Ex quibus id quoque liquet, quamdiu repandorum ejuſmodi Calceorum uſus perſeverarit.

Sed quinam tandem veterum Calceorum color? uno verbo, pro civili more, virorum, nigri, mulierum utplurimum albi. De purpureis ſuo poſteà loco dicetur. Atque ut dictis fides accedat, [i] Horatius:

——— nigris medium impediit crus
Pellibus.

[k] Juvenalis ——— *Nobilis & generoſus*
Appoſitam nigra lunam ſubtexit aluta.

Sic illi diſertè nigros viris, iiſque Senatoribus, Calceos aſſignant. Et tamen [l] vir clariſſimus in Electis Calceos liberorum hominum albos fuiſſe ſcribit, profertque in ſuæ ſententiæ ſubſidium hos [m] Martialis verſus:

Sordidior cæno cùm ſit toga, Calceus autem
Candidior prima ſit tibi, Cinna, nive,
Dejecto quid ineptè pedes perfundis amictu?
Collige Cinna togam, Calceus ecce perit.

Deinde ex Spartiano refert *Alexandrum*

Baxeas

i *Sat.* 6. *l.* 1. k *Sat.* 7. *v.* 190. l *L.* 1. *c.* 14.
m *L.* 7. *ep.* 33.

Digitized by Google

Baxeas (calceos, intellige) *albas habuiſſe, non coccineas, ut ante eum alii ſolebant Imperatores.* Neve ſuæ ſententiæ noceret, quod habet in Aureliano Vopiſcus, his verbis: *Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.* reſcribendum cenſet, *& cereos & galbos:* quod galbus, id eſt herbaceus color, non item albus eſſet fœmineus. Cui cum honoris præfatione primùm reſpondeo, iis in verſibus Cinnam duplici titulo vituperari, quòd contra decorum toga ſordida uteretur, & præter aliorum morem Calceos haberet albos, qui mulierum magis erant proprii, ut paulò poſt oſtendemus: ſicque præpoſterè nitorem in calceis affectaret, cùm tamen ea in re ſordidus eſſet, in qua nitoris ſtudioſior eſſe debuerat. Deinde ſi pro arbitrio voluit Alexander album in Calceis ſuis colorem purpureo præferre, nihil tamen neceſſe, colorem illum cæteris inferioris notæ hominibus uſurpatum dicere. Niſi fortè quis velit, tum temporis hac in re, ut in pleriſque aliis, hominum mores in fœmininos cœpiſſe degenerare: Unde factum ſit, ut qui poſt aliquot annos imperavit Aurelianus; quem [n] Eutropius *mo-*

n *Lib. 9.*

rum diſſolutorum magna ex parte correctorem appellat, calceorum Mulleorum, & cereorum, & alborum, & hederaceorum uſum viris omnibus tulerit, mulieribuſque tantùm reliquerit; ut jam ante ex Vopiſco relatum eſt. Neque quidquam etiam erat neceſſe, *galbum* pro *albo* ſupponere, cùm hederaceus in hoc cum galbo conveniat, quòd herbaceum ſeu viridem ſignificet.

Albos verò fuiſſe mulierum Calceos, inſinuat primùm [o] Tertullianus his verbis: *Impuro cruri purum aut Mulleolum inducit Calceum.* Ibi enim de ſcortillis ſermo, quibus ornandis lenones Calceos interdùm albos, aliàs verò rubeos inducebant, ut doctè ſuo more Marcilius ad eum locum obſervavit. Et *purum* idem eſt quod album; quo ſenſu Servius illud [p] Virgilii eſt interpretatus.

——— *puraque in veſte Sacerdos.*

Sed clarius [q] Apulejus album illum colorem fœminarum Calceis aſſignat, dum juvenem quendam muliebri habitu indutum ita deſcribit: *Sumpta veſte muliebri floccida, in ſinus floccidos abundante, mitellaque textili contexta capite, Calceis fœmininis, Albis illis & tenuibus indutus, & in ſe-*

quio-

o *Lib. de pallio cap. 4. circa finem.* p *L. 12. Æneid. v. 169.* q *L. 7. Metam.*

quiorem ſexum inſertus atque abſconditus. Ita [x] Ovidius puellam, quæ amare & amari cupiat inſtruens:

> *Pes malus in nivea ſemper celetur Aluta,*
> *Arida nec vinclis crura reſolve tuis.*

Niveam dicit *alutam* pro uſitatiori Calceatus fœminini more. Cùm verò pedem malum celari ſuadet, ut hoc quoque hîc in tranſcurſu adjiciatur, quo calceamenti genere uti debeat puella, cui vitioſi ſint pedes, inſinuat; Calceo nempe, qui totum pedem mediumque crus operiat: non autem ſolea, quæ ſuperiorem pedis partem apertam relinquit. Unde ſubjungit arida ipſius crura non eſſe ſuis vinculis reſolvenda, ne videlicet ipſorum deformitas appareat, quam quidem vincula illa, id eſt obſtragula Calceorum operiunt, cùm à pede per tibiam protendantur, atque crus medium obligent. In omnibus ſiquidem ut virorum, ita & mulierum Calceis ejuſmodi obſtragula fuiſſe non eſt dubium. Nam ut ſcribit [s] Ælianus, Ῥωμαίων αἱ πολλαὶ γυναῖκες καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν εἰθισμέναι εἰσίν. *Ex Romanorum fœminis, multa eoſdem cum viris calceos geſtare*

[x] *L. 3. de arte.* [s] *L. 7. var. hiſt. c. 11.*

ſtare conſueverunt. [5] Quæ ſic accipe, ut multæ dicantur, non omnes, propter pleraſque, quibus uſitatiores erant ſoleæ: iidem verò calcei, non coloris ergo, quem diverſum oſtendimus; at propter eam illorum partem, quæ ad crus medium protendebatur.

5 Non video quid ſibi velit Balduinus, dum Ῥωμαίων τὰς πολλὰς γυναῖκας *ex Romanorum feminis multas* explicat, *non omnes.* At non pleriſque tantum uſitatiores erant ſoleæ, ſed plane omnibus, quippe quæ utplurimum domi ſe continebant, ubi ſemper uſitatæ ſoleæ etiam viris & maritis, qui ſi in publicum prodire vellent calceos inducebant, eumque morem obſervaſſe quoque feminas & matronas, ut perinde ac mariti uxores in publico calceis uterentur, videtur Ælianus illo capite innuere, quod non percepit Balduinus. Deinde in Græciſmi ſenſu peccavit, de quo conſule Avunculum ad Arriani *Exped. Alex. M. l. 1. c. 3.*

CAPUT IX.

Calcei Patriciorum Lunati, cur, quomodo, & ubi.

UT erant colore diſtincti virorum & mulierum Calcei, ita Senatorum Calceis ſua erat à plebeis propria ſingulariſque diſtinctio. *Lunulâ enim adſutâ Calceis*, inquit vetus Juvenalis [a] Scholiaſtes, *diſcernuntur Patricii à novitiis.* Et id non obſcu-

a Ad Sat. 7.

erunt Juvenalis ipſe, cujus
a:
is & generoſus,
igra Lunam ſubtexit aluta.
am Patricium quemdam ſu-

quam Pellis & nuſquam toga,
dave veſtes murice.

a ſedet Lunata lingula Planta:
on læſum cingit aluta pedem.
òdem alludens,
itum ſi curia ſenſit,
atricia clauſit veſtigia Luna.
arè ſuccinit [e] Alciatus:
cadico ſuberat cui Lunula ritu,
patribus Mulla Romulidis.
atres illi, qui generis nobi-
ſtabant, Lunulas in Calceis
utarchus ingenioſè philoſo-
in Romaicis affert rationes:
am id eſſet habitationis ſupra
lque poſt mortem rurſus ani-
ub pedibus eſſent habituræ.
cades, ad quos illi nobiles
referebant, Calceis ita in-
uiſſent, quòd ante Lunam
natos

c *Lib.* 2. *ep.* 29. d *Lib.* 5. *Syl.* 2.

natos ſe crederent: vel ut ſecundis rebus elati ac ſuperbientes, mutationis fortunæ in alteram partem admonerentur: Lunæ videlicet exemplo, quæ primùm recens emergit è caligine, deinde fulgore ſplendido augeſcens, illuſtriorem faciem expandit, & cùm pulcherrima ſplendeſcit, orbe pleno rurſus lumen ſuum paulatim exuit: atque ita ſe tandem, ut anteà, ſpectantium oculis ſubtrahit. Vel ut inde obedientiæ ſumerent exemplum, neque præſtantioribus parere recuſarent: Lunam in eo imitantes, quòd quemadmodum illa in orbe illuſtrando ſecundas à Sole partes obit, ipſius ſemper radiis intenta: Ita ipſi quoque magiſtratibus obtemperarent, à quibus & honorum & potentiæ fructum aliquem mutuarentur. His adde ſi juvat, ut eo ſymbolo Imperii Romani conditionem ſignificarent, quod Lunæ ad inſtar ſenſim crevit, donec totum impleret orbem, indeque temporum lapſu decrevit. Vel ut hinc nobiles intelligerent, ſibi non eſſe ſuperbiendum ob generis ſplendorem, cujus præcipuum inſigne ad pedes eſſet abjectum. Vel ut ita faſtum, quem nobilitatis opinio parturit, calcare ſe demonſtrarent; cùm id ad pedes abjicerent, unde gloriari facilè poterant. Vel eo ſigno

res

ias generosè ſe contemnere pro-
quarum quidem Luna, pro-
ilitatem atque inconſtantiam,
expreſſumque ſymbolum. Alias
tiones omitto, quæ vel ab aliis
nt, vel de novo poſſunt excò-

etermittendum tamen, quod
iò calceorum lunatorum deflec-
tionem: Vult enim in iis Lu-
ſideris illius corniculantis effi-
numeri centenarii notam ex-
Jt nimirum inde poſteri noſſent,
centis Reipublicæ Romanæ pri-
natores centum tantùm numero
uod & auctori Græco Zonaræ
patricios ait in urbe calceos ge-
rigiarum inflexione, & forma
dornatos (quod de littera Græ-
m apud eundem legunt, gloſ-
dicam ſuperfluum arbitror;) ut
n primis Senatoribus originem
emonſtrarent. Atque hactenus
natis Calceis obvia paſſim. ali-
ongeſta, cuivis legere liberum
Roſinum & Dempſterum; qui-
n paucis exceptis, accepta re-

Sed

14. g L. 5. ant. Rom. cap. 36.

Digitized by Google

Sed quid propriè eſſet in Calceis Lunula, & cuinam Calceorum parti adſuta, illi non explicant. Ideò fortè, quòd id tanti non ducerent, ut eos ad alia magis ſeria properantes moraretur. Sciendum tamen. Et ecce quærenti mihi opportunè tandem occurrit [h] Philoſtratus, qui de Bradea loquens, ubi nobilitatis notam calceis appoſitam ipſum geſtaſſe dixit; τῦτό, inquit, ἐςιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον. *hoc ſignum eſt fibula eburnea.* [1] Unde [i] Tiraquellus ſuis in *Alexandrum Neapolitanum* annotationibus. *Lunula*, inquit, *in Calceis*, *erant fibulæ eburneæ*, *ad inſtar Lunæ corniculantes*. Benè meo quidem judicio: Lunularum enim, ſeu fibularum ejuſmodi uſus, præter eam quam retulimus nobilitatis ſignificationem, claudendis, ut facilè eſt conjicere, adſtringendiſque inter ſe calceorum anſulis erat

h *L. 2. de vit. Sophiſt. in vita Herodis.* i *L. 5. c. 18. in principio.*

1 Improbat hanc verſionem Rubenius, & ἐπισφύρια conſiderat eſſe ornamenta ocrearum circa talos aut malleolos pedum, atque ita in patriciis calceis ornamentum eburneum ad formam mediæ lunæ in eodem loco ſitum fuiſſe aſſeverat. Quorum prius ut potuit in Græcis fuiſſe, id tamen præciſe ad lunam Romanam applicari nequit, quæ in ſequenti pictura anteriori pedis parti appoſita, ubi calcei pelles ab utraque parte coeunt, cum fibulæ, tum ornamenti uſum indicare videtur, quod Græcis verbis expreſſit Philoſtratus & ἐπισφυρίῳ comparat, ut commode ſitus altitudinem demonſtraret.

2 Sed

nu-
il-
an-
eria
en.
em
lo-
po-
i-
ſi-
in
us.
ele
Be-
m,
am
n,
d-
tis
at
in

li-
ri-
ri
b
m

Digitized by Google



Digitized by Google

erat admodum * commodus. Unde ſignanter & ad rem hanc accommodatè loquutus mihi videtur [k] Statius, cùm dixit,

Primaque Patricia clauſit veſtigia Luna.

Ubi disertè claudendi uſum Lunæ tribûit. Eò non invitum, credo, ducere poſſumus [l] Vopiſcum, qui de Carini Augusti calceatu loquens ait, *Fibulis gemmeis utebatur.* Fibulis nimirum, ut credere par eſt, ad modum creſcentis Lunæ corniculantibus, iiſque pluribus & gemmeis, ad ſplendidiorem pompam & oſtentationem. Atque ita uſui ſimul & ornamento erant lunatæ illæ fibulæ: Uſui, quem diximus: ornamento, dum plures, eæque pretioſiores, utpote vel argenteæ, vel aureæ, vel etiam gemmeæ, calceis aſſuebantur; ſic quidem diſpoſitæ, ut aptè digeſtus illarum ordo, ab extremo Calceorum acumine, vel ſaltem ab ea parte, qua pes tibiæ conjungitur, ad eam ſuperiorem, quæ crus medium attingebat, rectà per

k *L.* 5. *Syl.* 2. l *In Carino.*

* Quod ex ſubjecta figura, quam *Caſalio* debemus, facilè, ut opinor, apparet. Nimirum Lunula hæc appoſita illi loco, ubi extremitates calceorum inter ſe coëunt, hoc præſtat, ut tranſmitti per anſularum foramina, nec tamen excidere propter figuræ ſuæ qualitatem poſſit facilè. 2

2 Sed perverſe in æs inciſa eſt hæc ſtatua, quoniam non dextrum brachium ut hic, ſed ſiniſtrum laciniam togæ ſinum facientem retinere ſolet.

3 Quem

Digitized by Google

per medium aſcendens protenderetur. Simile aliquid in pleriſque nobilium fœminarum calceis etiam nunc licet animadvertere; qui quidem globulos ſerico, vel aureo filo contextos habent, ad eum penè modum digeſtos. Idem etiam ab illuſtribus Hebræorum fœminis olim factitatum, facilè eſt ex [m] Iſaia colligere: Ille enim mulieribus illis, quòd in veſtibus calceamentiſque nimiùm eſſent luxurioſæ, divinam vindictam minitans, *In die illa*, inquit, *auferet Dominus ornamentum Calceorum veſtrorum, & Lunulas, &c.* [3] Ubi non obſcurè liquet, Lunulas illas, ſeu fibulas (quæ ſanè vel erant aureæ, vel ſaltem argenteæ) ad ornamenta Calceorum pertinuiſſe. Quod ſi quis veteri more Romano ſingulos Patriciorum Calceos una tantum Lunula, eaque vel ferrea, vel ærea, vel ad ſummum eburnea fuiſſe inſignitos contendat, non repugno: Imo lubens aſſentior, eòque lubentius, quò certum eſt Romanos primis ſuæ Reipublicæ temporibus ab iis rebus, quas poſteà profuſior luxus invexit, fuiſſe admodum alienos.

Hoc tantùm breviter addo, ut tandem

quæ

m *Cap.* 3. *v.* 18.

3 Quam obſcure illum verſum intellexerit auctor, egregie docet rev. Bynæus *l.* 1. *c. ult.*

3 En

qua in parte luna Calceos inſigniret aperiam. Cùm, ut ante dictum, Lunatæ illæ fibulæ & claudendis & ornandis Calceis ſervirent, nulla Calceis pars ad id aptior vel commodior eâ, quæ pedem operit, quà pes anteriùs tibiæ committitur: Ubi nimirum talorum integumenta, cum iis quæ reliquum pedem operiunt, juncta concurrunt, indeque ſecundum anteriorem tibiæ partem diviſa, in altum aſſurgunt, invicem, vel corrigiis, vel etiam fibulis conjungenda. Unde ſi quis opponat illud Herodis Sophiſtæ, dum fratri ſuo, multa de generis ſui claritate jactanti falsè reſpondet apud [n] Philoſtratum: Σὺ τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις. *Tu nobilitatem habes in talis.* alludendo, ſcilicet ad Lunam Calceis adſutam: quæ nobilitatis erat inſigne: non ibi tali propriè & præcisè pro poſtica pedum parte, at pro ipſis pedibus Metonymicῶs ſunt accipiendi. Vero enim ſimile videri nulla ratione poteſt, illud ad talos fuiſſe reductum, quod ad oſtentandum generis ſplendorem gerebatur.

n L. *ſup. citato.*

CAPUT

CAPUT X.

Mullei unde dicti. Quales, Regibus, Patriciis, Imperatoribus & mulieribus uſurpati.

MUlta paſſim & varia de Mulleis apud varios auctores obſervata facile quidem eſt in unum congerere: ſed aptè diſtinctèque digerere, non parum difficile mihi videtur. Ut tamen hoc fiat, ab ipſa nominis notatione juvat initium ducere. *Mulleos*, inquit Feſtus, *veteres à mullando, id eſt ſuendo appellatos putarunt.* Et ſanè verbum illud antiquum *Mullare*, à Græco μύλλω petitum, quod eſt *appropinquo*, ſive *ſubigo*, arti ſutoriæ non ineptè convenit; cujus quidem eſt diſſectas Calceorum partes inter ſe aptè componere, concinnèque conſuere: Unde etiam *ſubula*, quæ artis illius præcipuum eſt inſtrumentum, deducta videtur appellatio. Atque hinc *ſubulonibus*, qui aliàs *pædicones* ſeu *diviſores*, nomen inditum ab eodem fonte μύλλω, quod item coïre ſignificat: pro quo Latini pari ſignificatu *molere* uſurpant. Quo ſenſu dixit [a] Horatius, *Alienas*

[a] *Sat.* 2. *l.* 1.

lienas permolere uxores. Et [b] ſacra pagina de Samſone loquens ait. *Clauſum in carcere molere fecerunt.* Senſus enim eſt ex Hebræorum mente, ut in eum locum refert Lyranus, Samſonem eò fuiſſe à Philiſtinis redactum, ut cogeretur oblatas ab iis ſubigere [1] mulieres, quæ ex eo prolem patri virium robore ſimilem ſuſciperent. Quo etiam ſenſu [c] Pagninus in libro Job legit, *Molat alteri uxor mea:* pro eo quod lectio communis habet, *Scortum alterius ſit uxor mea.*

Sed quò me verbum iſtud μύλλω deducit? In orbitam redeo. Mulleorum etymon

b *Jud. c. 16. v. 21.* c *C. 31. v. 10.*

1 En ſtolidæ impudentiæ inſigne exemplum! Adeone, Balduine, ſacra tibi eſt ſacra pagina, ut illam temere tam fœdis verborum portentis inquinare cupias? adeone in ea Lynceus es, ut hujuſmodi theſauros ex divite illo agro tibi effodias? vel adeo tibi ignota ſunt veterum piſtrina, ut ad tam occultam interpretationem deflectas, quum nec citata Jobi verba huc convenire videantur, ſed ea quæ ibi ſequuntur? Pudeat igitur, quod nudam & claram hiſtoriam ad hæc obſcœna detorques, & cum inepto Lyrano, qui hic plane ὄνος πρὸς λύραν, abſurde delirare amas. Nam quis credat tam ſtultas cogitationes potuiſſe cadere in Philiſtæos, poſtquam viderant Samſonem omne virium ſuarum robur penitus perdidiſſe? Sed quum hæc aliis dudum obſervata ſint, ne falcem in alienam meſſem immittam, hæc hactenus. Balduino tamen nulla neceſſitas erat, quæ eum cogebat extra chorum ſaltare & ultra crepidam, ut nunc facit, quum hæc ad verbum μύλλω nihil pertineant, & multo minus *ſubulæ* & *ſubulonum* appellatio, de quibus potius conſule celeberrimum G. J. Voſſium *in Etymologico.*

Digitized by Google

mon à Feſto accepimus: ſed ab eo diſceſſit [d] Iſidorus, qui dictos eſſe vult à rubro colore, qualis eſt Mulli piſcis, quod ſcilicet illi eſſent purpurei. Quod item Turnebo æquè probatur. Quanquam in contrarium dicat apud [e] Plinium Feneſtella, *nomen Mullis à colore Mulleorum calceamentorum impoſitum.* Quid igitur hîc ſtatuendum? Si verum Feſti etymon, pari jure Mullei nomen reliquis Calceorum ſpeciebus videtur attribuendum: omnes enim ſuendo conficiuntur: & tamen Mulleus certam diſtinctamque Calcei ſpeciem conſtituit. Nec propterea tamen illud abjicimus. Sic enim utrumque probamus, ut ſi Mulleorum ſpectamus texturam atque compoſitionem, à *Mullando*: ſi colorem, à *Mullo* piſce ſuam appellationem mutuari poſſe judicemus.

Et certè, ſi (ut paulò poſt oſtendemus) rubeus, ſive purpureus, ſive coccineus color Mulleos à cæteris vulgaribus Calceis diſtinxit; multis etiam elegantibuſque ſuturis eoſdem præter cæteros inſignes fuiſſe facilè crediderim. Quæ quidem ſuturæ [f] ſuggerente in brevibus ad Plinium notis Pineto, filum ſericum utplurimum, atque alterius (ut decori ratio ſuadet) à rubro

d *L.* 19. *c.* 14. e *Lib.* 9. *c.* 17. f *Loco Supra citato.*

bro coloris punctuatim eminens. in diverſis Mulleorum partibus oſtentabant: Atque ita Mulleis ipſis non parum decoris atque elegantiæ conciliabant. Cum è contrario viliorum Calcei craſſiore rudioreve filo minus eleganter eſſent conſuti; ut ex g Juvenale liquet, qui vilem calceatum depingens:

—— Si rupta, inquit, *Calceus alter*
Pelle patet, vel ſi conſuto vulnere craſſum,
Atque recens linum oſtendit non una cicatrix.

Et ex Athenæo, apud quem, ὑποδήματα ἐνημμένα σπαρτίοις σαπροῖς, *Calceamenta putridis funiculis compacta*, videre eſt. Nam σπάρτια propriè dicuntur è ſparto funiculi, quibus Calcei conſuuntur aut colligantur. Addo præterea ſuturas, ut ſtet etymon à *Mullando* petitum, eò etiam Mulleis eſſe peculiares, quòd cùm Mullei vulgaribus calceis eſſent à ſolo altiores[2], plures invicem

g *Sat.* 3. *v.* 149.

2) Mirabilis eſt virorum doctorum varietas, in inquirendo quæ propria fuerit mulleorum forma, qua inter reliquos calceos eminuerint. Et convenit inter omnes, rubro colore tinctos fuiſſe; ſed hinc quemcunque rubrum, purpureum aut puniceum calceum invenerit, ſtatim mulleum pronunciat Balduinus, quod quam bene fecerit, ipſe cautionem præſtet. Salmaſius τὸ καμπύλον καὶ τὸ φοινικοῦν tanquam propria in his agnoſcit, quæ quum itidem propria in Tyrrhenis calceis fuerunt, iis ſimiles mulleos putat; hinc Rubenius concludit Salmaſium haud male colligere hos mulleos eoſdem fuiſſe cum

 Tuſcis

cem ſoleas è corio vel ſubere ſubter con-

ſui

Tuſcis aut Tyrrhenicis calceis: & cum Tyrrhenici ex ſandaliorum ſive crepidarum genere eſſent, mullei autem ſimiles eſſent cothurnorum, quod eſt calceamentum in modum crepidarum, mulleos a patriciis aut ſenatoriis calceis, qui cavi erant, & totum pedem tegebant, longe ſane differre. Vides, quam pulcre hæc connectat Rubenius; ſed dubito, an ſecundum Salmaſii mentem. Ille enim Tyrrhenicis mulleos aſſimilat reſpectu τοῦ καμπύλου καὶ τοῦ φοινικοῦ, non etiam formæ crepidarum intectæ, cujus nullam rationem habet. Quanquam videri poſſet hoc quoque facere ex citatione loci Sapphus, qui ſane illo caſu nihil huc quadraret, quoniam eo utitur Pollux in expoſitione Tyrrhenici ſandalii. Veriſimile tamen eſt Rubenium id cogitaſſe, & hinc perrexiſſe ad ſandalii & mullei comparationem, quam omnino reſpuit Titinii apud Feſtum verſus, & mulleum tibiatim calceari indicat. Itaque ſiſtendus hic nobis gradus, & ſufficiat mulleum cognoſcere rubrum, καμπύλον, & tibiatim aſcendere, adeoque inter totum pedem tegentia calceamenta cenſeri, quoniam Rubenii comparatio quam aliena hic ſit, liquide, ubi de cothurni forma agemus, apparebit. Addit his Balduinus mulleos a ſolo altiores pluribus ſoleis e ſubere vel corio ex loco Dionis, perinde ut Rubenius, quam altitudinem novit quoque Iſidorus, forſan ex eodem Dione. Nam alias tales ſemper fuiſſe mulleos non aliunde conſtat. Hinc igitur ſuſpicari licet non notatum eſſe Julium Cæſ. quod mulleos geſtaret, quos & reliqui Romani honoribus functi uſurpaverunt, ſed quod delectaretur altitudinis inſolentia, qua ſtaturam adjuvaret, & imperatoriam vel auguſtiorem formam ſibi conciliaret. Qua ratione poſſunt mullei cothurnis ſimiles dici, quum altitudine ſua notabiles ſemper fuerint cothurni. Sed iſtius altitudinis invidia Auguſti tempore, quo plane perdita & abolita erat reſpublica, deceſſiſſe videtur. Cæterum emendata Dionis verſio ad verbum, & quæ deinceps de Mulleis ſequuntur, nimis congruunt cum Caſauboni *nota ad Suet. Jul. c.* 45. quam ut non ſuſpicari liceat hæc ab eo hauſta eſſe, cujus meritis laudibus invidere non oportebat. Ulterius vero illam antiquitatis partem expendit A. Bynæus *l.* 1. *c.* 3. *n.* 10, ubi etiam in emendatione Dionis ingenii ſui promptitudinem oſtentat, quam ei libenter acceptam ferremus,

niſi

Digitized by Google

ſui neceſſe fuit: atque adeò Mulleos pluribus conſtitiſſe futuris conſequitur. Ne verò gratis eos aliis altiores aſſeruiſſe videar,

niſi eodem fere modo lectum eſſe ab Rubenio videremus *in l. 2. c. 1.* cujus commentarium in examine hujus materiæ minime negligendum judicavimus. Id quum me in multam dubitationem conjiceret, & poſtremam quoque ejus editionem ideo inſpexiſſem, eadem quidem in emendatione conſtantia occurrit, ſed cum mirifica mentis lubricitate conjuncta. Nam quum in prima editione magnum verborum ſtrepitum effudiſſet, quo Avunculi mei arbitrio totam rem decidendam permittebat, id omne in hac ultima pulchre oblitteravit. En egregias curas ſecundas quibus illi libri recogniti & aucti ſunt. Interim dum Græca iſta contemplor, quæcunque adhibeatur emendatio, non videtur bene conſtitutus ille locus. Nam Dio ibi peculiarem narrationem inſtituit, quo cultu proprie fuerit Cæſar, poſtquam eos, qui diverſarum partium fuerant, devicerat, & quiete imperium poſſidere debebat. Illo autem tempore utebatur adhuc laxiore veſtitu, quo etiam antea ſemper gaviſus erat. Similis vero luxuria in calceatu quomodo admitti poteſt, quum toto fere præcedenti tempore bellis cum externis, tum civilibus & continuis expeditionibus Cæſar occupatus fuerit? Nam indulſit quidem militibus ſuis elegantiorem cultum, ſed de ipſo nihil tradit Suetonius *c. 67.* Ex ejusmodi tamen emendationibus ea Dionis ſententia exoriatur, neceſſe eſt. Nec multum ab ea diſcedit vulgata diſtinctio, niſi quod accuratior eſt in ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ ὑποδέσει, ut, licet ſemper in calceis elegans fuerit Cæſar, tamen ultimo tantum tempore altis & rubris eminere cœperit. Ferrarius hoc mollire volens ejecta vocula καὶ aliter diſtinguit, & καὶ τῇ ὑποδέσει μετὰ ταῦτα ἐνίοτε conjungit, quo quidem efficitur, ut Cæſar poſtea, ſed interdum tantum, calceatu luxuriaviſſe dicatur. Sed quid opus tanta varietate in loco ſimplici? Rogat vir doctus, quid enim eſt καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε? Dicam igitur. Videtur Dio, quum ſcripſiſſet Cæſarem veſtitu molliore ἐν πᾶσιν uſum fuiſſe, ſe ipſum quaſi nunc reprehendere & corrigere in calceatu, dicendo, Cæſarem poſt omnes res geſtas demum calceatu elegantiore ſibi placuiſſe, atque eo quidem modo, ut interdum &c.

Digitized by Google

dear, [h] Dio id non obſcurè indicat, cùm ſic de Julii Cæſaris lautitiis loquitur: *Deliciis fluxi ris veſtis ubique luxuriabatur, & Calceamentorum, quibus etiam poſtea interdum uſus eſt Altioribus & coloris rubri, more Regum, qui Alba quondam regnarunt, ut qui propter Julum ipſos genere contingeret.* Et hanc Mulleorum compoſitionem ſuadet etiam hodierna Mulleorum noſtrorum ſtructura, quos ita ſimplicioribus calceis editiores geſtare ſolemus.

Sic igitur confectis & affectis Mulleis, auctore Feſto, primùm Reges Albani, qui olim in Italia imperitabant, uſi fuerunt, ut à cæteris facilè poſſent internoſci, auguſtioremque ipſo pedum calceatu, ut & cætero veſtium apparatu majeſtatem ſibi conciliarent. Ita enim in ipſis etiam calceis aliquam dignitatis Regiæ notam eſſe vole-

h *Lib. 43. circa finem.*

alto & rubro uteretur. Scilicet Dio, quaſi hoc Suetonii caput ante oculos habens, in unum locum conjicere voluit notabilia cultus in Cæſare, unde mox de fluxiore cinctura etiam ſubjungit. Illum autem ſenſum præbebit ſequens diſtinctio τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνεβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρ. Itaque non mulleis tantum mollitiem ſuam oſtendebat, ſed & alio calceatu eleganti quocunque, quem Romani antiqui moris tenaciſſimi improbabant. Etiam hic conſideranda venit Cl. Sperlingii conjectura, qua mulleos derivat ab μύλλη hoc eſt λεῖα, quia ex molliore corio confecti erant iſtius generis calcei.

3 En

volebant. Ab iis regibus Mulleorum calceorum uſum, qui deinceps in Republica Romana cæteris nobilitate præcelluerunt Patricii, ut idem Feſtus auctor eſt, mutuati ſunt. Unde M. [i] Cato in Originibus, *Qui Magiſtratum Curulem cepiſſet, calceos Mulleos; alii uncinatos; cæteri Romani perones ſumpſerunt*. Sed Mulleis illis Patricii potiſſimùm uſi ſunt in triumphis, & pompis ſolemnibus, in quibus nimirum exquiſitior ornatus ad ſplendoris oſtentationem quærebatur. Et de iis extat vetus in lapide, qui ad C. Marii memoriam Arimini poſitus eſt, monumentum, his verbis, DE. MANUBIEIS. CIMBRICEIS. ET TEUTONICEIS. ÆDEM. HONORI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIUMPHALI. CALCEIS. PUNICEIS.

Quod verò qui ævo poſteriore ſummæ rerum præfuerunt Imperatores Mulleos uſurparint, argumento eſt Julius Cæſar, qui, ut ante ex Dione relatum eſt, *Calceamentis utebatur altioribus, & coloris rubri, more Regum Albanorum*. Quare Spartianus *in Alexandro* ipſum notat præter morem Imperatorum feciſſe, quod *baxeis albis uteretur, non coccineis, ut prius alii ſolebant Imperatores*. Sed id ſingulare fuit

 Impe-

[i] Lib. 7.

Imperatoribus Conſtantinopolitanis ut ru-
bris & purpureis Calceis uterentur, ut
oſtendit [k] Paulus Diaconus his verbis: *Ut agnoſceretur Imperator ex rubris Calceis.* Ita [l] Georgius Phranzez Protoveſtiarius in Chronico; *Suffragante*, inquit, *nobilitate Manuelem Imperatorem creat, cocco tincta calceamenta concedit, ſucceſſorque ab omnibus agnoſcitur.* Unde ſatis liquet, Imperatoribus illis Calceos rubeo ſive purpureo colore tinctos fuiſſe peculiares, atque ita quidem, ut aliis eos uſurpare non liceret: Cùm in iis, ut in chlamyde purpurea elucerent expreſſa Imperii inſignia. Unde [m] Corippus Juſtini junioris Imperialem habitum deſcribens ſic ait,

Purpureo ſura rutilant fulgente Cothurno,
Cruraque puniceis induxit Regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco.
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti.

Et hi Mullei ſunt, quos paſſim Græci auctores ὑποδήματα ſeu πέδιλα ἐρυθρὰ & ἐρυθρόχροα ſeu φοινικόχροα appellant. Poſſem hîc quæ ad Aquilas aureas Calceis illis Imperatoriis olim intextas, gemmiſque diſtinctas pertinent, adtexere: Sed [n] ſuus poſteà locus iis dabitur.

Inte-

k *Lib.* [illegible] l *Lib.* 1. *c.* 17. m *Lib.* [illegible] n *Cap.* [illegible]

Interea non prætermittendum, quod º ſuperius alio fine relatum eſt, rubeorum ejuſmodi Calceorum uſum ab Imperatoribus ad ſummos Pontifices fuiſſe traductum, ut conſtat ex ᵖ Cæremoniali Pontificum, ubi quidem ſic inter cætera: *Induitur papali habitu, toga ſcilicet linea alba, Sandaliis rubeis, aurea cruce ſignatis.* Sed quò non provehitur mulierum in Calceandi, ut & veſtiendi ratione luxus & ambitio? Non ſatis decorus aut inſignis albus color videbatur: Rubeus etiam ſive purpureus ab iis in ſuo Calceatu interdum olim uſurpatus. ᑫ Tertullianus, ubi balneorum antiſtitem ſuas lupas ornantem depingit: *Impuro cruri purum aut Mulleolum inducit calceum.* Ita ʳ Livius Andronicus apud Terentianum Maurum Dianam Venatricem alloquens:

Et jam purpureo ſuras include Cothurno.

Ita ſ Virgilius eòdem ſpectans,

Purpureo ſtabis ſuras evincta Cothurno

Iterumque,

Purpureoque altè ſuras vincire Cothurno.

Utrobique eadem in fœminino calceatu purpurei Cothurni mentio, ad Mulleum, ut credere par eſt, ſignificandum, quem Cothur-

º Cap. 4. ᵖ L. 1. cap. de indum. elect. ᑫ Lib. de pallio cap. 4. circa finem. ʳ Lib. de metr. genere. ſ Eclog. 7. & 2.

Cothurni penè ad inſtar altè à ſolo editum ſupra diximus. Et de Mulleo quoque auſim illud [t] Perſii accipere [3]:

—— ſolea puer objurgabere rubra.

Simplex enim & propriè ſumpta ſolea fruſtra colore tincta fuiſſet, quæ nimirum pedibus ſuppoſita vix habet, quod in ſpectantium oculos incurrat.

C A-

t *Sat.* 5. v. 169.

3 En iterum quo exſpatietur Balduini eruditio, quum enim *toto hoc capite* non ſatis mentem ſuam nudaverit, an integumentis obducti fuerint mullei, tandem eam cothurnorum comparatione aperit, & ad eoſdem rubram ſoleam trahit. Quanquam autem cothurni potuerint utpote tecti purpureo colore tingi, nec tamen ideo mullei dici, ita multo abſurdius ſoleam rubram de mulleo accipere, & ſic interdum cum tecto calceo confundere. Certum eſt in hac re ſoleam, ut apud Juven. *Sat.* 6, 612, & ſandalium adhibita eſſe ab Latinis. Sed quum magnus Caſaubonus *ad hunc Perſii verſum* etiam explicet & apponat *ſculponeis os batuere*, & *fœmineo ſocco pectus cadere*, & ab Græcis ſumat σανδαλίῳ παίεσθαι, in quo creberrime luſit Lucianus, & βλαυτῶν ſive πλήσσειν σανδαλίῳ, hinc omnino diſcere in promptu eſt, quantopere antiqui iſtam pœnam vel contumeliam quocunque calcei genere & infligere & exprimere amaverint, præcipue quum nec cothurnus in eo diſplicuerit, quomodo in Ariſtophanis *Lyſiſtrata* mulier ſeni minatur ſe ἀψήκτῳ τῷ κοθόρνῳ κατάξειν τὴν γνάθον.

Digitized by Google

CAPUT XI.

Solea quid. Earum à Crepidis leve diſcrimen ; uſus quibus, quando, & ubi familiaris.

SEd de Solea jam dicamus amplius. *Solea* interdum piſcem planum vulgò ſatis à ſuavitate notum : Aliàs lignum robuſtius, quod parieti cratitio ſubſternitur, ſignificat. Horum verò ſenſuum neutro de ſolea nobis hoc loco agendum : per eam enim hîc intelligimus illud calceamenti genus, *quod* definiente Feſto *pedis ſolo ſubjicitur.* Vel clarius ex [a] Gellio, *quod plantarum calces*, aut ſi mavis, pedum plantas *tantum infimè tegit, cæteris propè nudis, & teretibus habenis junctum eſt.* Unde ſoleam Græci vocant ὑπόδημα & ὑπόδησιν [1] à verbo ὑποδέω ſive ὑποδέομαι, quod eſt ſubligò ; ut, quod in eo calceamenti genere præ-

a *Lib.* 13. *cap.* 21.

1 Recte ex vocabuli natura & antiquiſſima vetuſtate, quæ ſimplici ſolea pedes munire cœpit. Nam alioquin procedente uſu & arte, qua diverſa calceamentorum genera inventa ſunt, vocabulum ὑπόδημα prius generale, tandem tectorum calceorum ſignificationi propius adhæſit, quod præcipue ex Græcis Romanam antiquitatem exponentibus perſpicuum fit, quod erudite *ad Tertulliani librum de pallio* obſervat Salmaſius.

præcipuum eſt, ipſa voce denotetur. Et ſanè magis neceſſarius in ſoleis, quàm in calceis vinculorum uſus. Quo factum, ut apud Poëtas ſæpe *vincula* pro ſoleis uſurpentur. [b] Ovidius,

Vincla duæ pedibus demunt.

[c] Tibullus

Vinclaque de niveo detrahet ipſe pede.

Pro quo dicunt [d] Terentius, *Detrahere ſoccos*, & [e] Plautus, *Compedes adimere*, &, *ſoccos adimere pedibus*. Rurſus idem [f] Ovidius,

Fregerat armillas, non illa ad brachia facta:
Scindebant magni vincula parva pedes.

Ita [g] Virgilius,

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Quanquam interdum etiam *vincula* pro quovis alio calceamenti genere ab iiſdem uſurpari dubium non eſt.

Nonnunquam verò Soleas Græci κρηπῖδας appellant: unde Latinis *Crepida* & *Crepidula* dicuntur. Quare paſſim eruditi docent, & ſoleas & crepidas eaſdem fuiſſe. Quibus ego facilè aſſentior, ſi modò me-

b *L. 3. metam. fab. 2.* c *Elegia 6. lib. 1.* d *In Heaut. act. 1. ſcena 1. v. 72.* e *In Captivis act. 5. ſcena 4. in fine. In Epidico act. 5. ſc. 2. in fine.* f *Lib. 2. Faſt.* g *L. 8. Æneid. v. 458.*

mecum leve hoc admittant diſcrimen, quòd ſoleæ ſimpliciores eſſent, crepidæ verò craſſiores; in quibus nimirum duæ ſaltem ſimplices ſoleæ ſimul eſſent compactæ. Mens ea inde mihi ſuggeritur, quòd crepidæ dicantur à *crepitu* [2], quem, ubi inter incedendum premuntur, edunt: unde *argutæ* proprio epitheto dici poſſunt, hoc eſt crepantes & ſtridulæ. Quo ſenſu dixit Catullus, *Argutâ conſtitit in ſoleâ.* Ubi, ſi

2 Itane, Balduine? ſic cenſes, & Gellium tuum ſubito derelinquis? Cur tibi non ſuffecit ab eo didiciſſe *crepidas* & *crepidulas* prima ſyllaba correpta id genus calceamentum appellaviſſe Romanos, quod Græci κρηπῖδας vocant? Omnino in ejus ſententiam it celeberrimus Voſſius *in Etymol.* Itaque hinc æſtimare oportet tuam cogitationem de altitudine crepidarum, quam ex Catulli arguta ſolea argute probare conaris, quum ſolea utique ab crepida remota ſit. Et licet vix quiſquam ſit, qui Veneris crepidam a Momo reprehenſam narrat, tamen perinde agit Iſ. Voſſius *ad Catull. p.* 290. Quin & ipſe Julianus *in epiſtola ad Dionyſium* Veneris σάνδαλον ὑπ' αὐτῦ ἐσκῶφθαι ſcribit: prout etiam Philoſtratus (nam Theophraſti locum ignoro, & forſan pro illo hunc poſuit) ad uxorem ſcribens narrat Momum in Venere nihil reperiſſe quod carperet, niſi ὅτι τρύζοι αὐτῆς τὸ ὑπόδημα, καὶ λίαν εἴη λάλον καὶ τῷ ψόφῳ ὀχληρόν. Deinde addit ſibi videri, cum illa adulterium committeret, eo ſolo latuiſſe, quod ἀνυπόδητος incederet, quoniam vel τοῦ σανδαλίου διαβάλλοντος Vulcanus occulta cognoviſſet, quod *Sandalium* ex eo religioſe ſervavit Eraſmus *in Chiliad.* Quod autem de duabus crepidarum ſoleis cogitavit Balduinus, non ſatisfecit Cl. Sperlingio, ſed earum loco ligneas tabellas commentus eſt, eaſque clavis ſuppactas. Quod poſtremum ſæpius obvium eſt; de tabellis ligneis nihil aſſeveramus, niſi quod forſan opportunius σανίδας in antiquiſſimis ſandaliis Cl. Hemſterhuſius noſter *ad Pollucem* cum Camerario conſideravit. Deceptus autem eſt Balduinus ab Iſi-

ſi preciſè loquendum, *ſolea* pro crepida ponitur: Crepidæ namque crepitus ſive ſtridor, ex eo proprius, quod plures ſoleas ſimul compactas ſtridere magis neceſſe ſit, quàm cùm unica illa eſt atque ſingularis. Unde, teſtibus Theophraſto & h Juliano, cùm Momus Venerem, ut Venerem decebat, ornatam offendiſſet, nihil quod in ea carperet habuit, præter crepidam, quam ſcilicet nimiùm argutam ſive ſtridulam judicabat.


Uſus autem ſolearum pro civili more mulieribus * potiſſimùm fuit familiaris. Catullus de Lesbia loquens:

--- argu-

h *In Epiſtol. Epiſt. ad Alex.*

* Recte *potiſſimum*; nam & viris quandoque in uſu fuiſſe nemo ſanus diffitebitur. Quin noſtro etiam ſeculo ad religioſos tranſiit illud calceamenti genus, ceu ſimpliciſſimum & ab omni ambitu & mollitie quàm maximè remotum. Et varii quidem generis ſolearum exempla hîc tibi damus. *Fullienſium, Capucinorum*, aliorumque. Longè tamen omnium pulcherrimæ ob habenarum præcipuè elegantiam mihi videntur DIRCIS ſimul & APOLLINIS PYTHI ſubjectæ ſolearum ideæ, quas eruditi orbis compendium Roma nobis dedit: has quidem ſub littera F. *in hortis Vaticanis*, illas ſub littera E in illuſtriſſimis *Farneſiorum* ædibus. Cætera celeberrimis quibuſque viris Lazio, Lipſio aliiſque debentur.

doro, qui crepidas ita dictas putavit, *quòd cum ſono ſtringantur, ſive a pedum crepitu in ambulando.* Eidem tamen gratias debemus, quod eas nobis deſcripſerit *eſſe genus ſingulari forma, & idem utrique aptum pedi vel dextro vel ſiniſtro*, ex quibus verbis crepidarum proprietatem ab soleis & ſandaliis diſcrepantem egregie contemplamur, & quomodo cothurni in modum crepidarum eſſe dici poſſint, forſan intelligimus.


A
B
C
D
E
F
F

Digitized by Google

—— argutâ conſtitit in ſoleâ.

Ita [i] Plinius, ubi de ſtatua Corneliæ Gracchorum matri publicè poſita ſcribit; *Sedens*, inquit, *hac poſita fuit, ſoleiſque ſine amento inſignis, in Metelli publica porticu.* Sic Prudentius in Apotheoſi:

Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus urbi,
Auguſtum caput ante pedes curuare Minervæ
Fictilis, & ſoleas Iunonis lambere, &c.

Signanter utrobique & Corneliæ & Junonis ſtatuæ, pro fœminini calceatûs more, ſoleis indutæ referuntur. Hinc [k] Ciceroni *muliebres ſoleæ* dicuntur, cùm ab earum calceatu Clodium ita perſtringit: *P. Clodius à muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, factus eſt repentè popularis.* de his etiam dubio procul intelligendus [l] Manilius, dum fœmininum habitum ita deſcribit:

Fœmineâ veſtes, nexæ ſine tegmine plantæ,
Et ſpecies, fictique placent ad mollia greſſus.

Solearum enim proprium nullum tegmen habere, & pedibus habenarum corrigiarumve beneficio aptè adſtringi: unde & *obſtrigillorum* nomen iis attributum. Sic enim [m] Iſidorus obſtrigillos definit, ut illos

i *Lib. 34. c. 6.* k *De Haruſp. reſponſis.* l *Lib. 5. Aſtron.*
m *Lib. 19. c. 34.*

los cum ſoleis pares faciat: *Sunt*, inquit, *obſtrigilli, qui per plantas conſuti ſunt, & ex ſuperiori parte corrigiâ trahuntur, ut conſtringantur: unde & nominantur.*

Atque ita quidem fœminarum proprius fuit ſolearum uſus, ut ſi quando virum aliquem contingeret in publico ſoleis uti, id ei probro verteretur. Unde nota n Ciceronis in Verrem increpatio, quod in littore Soleatus fuiſſet: *Stetit*, inquit, *Soleatus Prætor populi Romani, cum pallio purpureo, tunicaque talari.*[3] Sic & Scipionem inde

n *Act.* 4.

3. Locus eſt *l.* 5. *c.* 33. Sed quis hoc ex his verbis divinabit, niſi ex principio narrationis, quam Cicero de Verris luxuria inſtituit *c.* 31, ubi illum prætorem cuſtodem defenſoremque provinciæ LX dies vixiſſe inter muliebria convivia narrat, & quum claſſem emitteret, eam ſpectaſſe in littore ſtantem, ut muliercula etiam nixus eſſet? Attamen Cicero ſic pronunciat, ut ex indecoro habitu accuſationis vehementiam intenderet. Nam prorſus illa fœditas ab Scipione & Germanico longe remota eſt; quippe quum hic Græcis ſe ita venditaret, quod Tiberii occulta invidia ferre non poterat; & licet Scipio a quibuſdam inimicis reprehenſus fuerit, tamen ſe ipſe contra iſtos rebus affatim defendit, quod in Verre ſecus eſt, qui in honore prætoris plane negligebat diſciplinam militarem & habitum. Interim quia Romani ad tuendam reipublicæ majeſtatem nolebant magiſtratus ſuos etiam in provinciis alio quam patrio habitu in publicum prodire, idcirco etiam illam inſolentiam hiſtoria notavit. Deinde convenienter Tacitum illuſtrat, quoniam deploranda eſt Dempſteri ignorantia, qua *intectos* Germanici *pedes* plane nudos & incalceatos intellexit, quem errorem forſan tacite auctor refellit. Nam ſimiliter Cilo *nudis pedibus* raptus traditur a Spartiano *in Caracalla c.* 4, quem Caſaubonus *ex Dione* βλαύτας ὑποδεδεμένον *ſoleatum* exponit.

4 Eſt

inde notatum refert [o] Livius his verbis, *Ipſius Imperatoris, non Romanus modò, ſed ne militaris quidem cultus jactabatur, cum pallio crepidiſque inambulare in Gymnaſio.* Atque hæc [p] Tacito lucem afferunt, qui de Germanico loquens, *Multa*, inquit, *in vulgus grata uſurpavit, ſine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.* Ubi quidem *pedes intecti*, non alii quàm ſoleis vel crepidis induti. Et hunc ſenſum inſinuat idem Tacitus, dum ſubjungit, *Publii Scipionis* (illius nempè de quo ſupra Livius) *æmulatione, quem eadem factitaviſſe apud Siciliam accepimus.* His adde & [q] Suetonium, qui Caligulam neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem calceatu ſemper uſum referens: *Modò*, inquit, *in Crepidis vel Cothurnis, modò in ſpeculatoria Caliga, nonnunquam in Socco muliebri conſpectus eſt.* Unde ſatis ſuperque conſtat, præter civilem patriumque morem, imò molle & effœminatum habitum fuiſſe, ſi quis virorum paſſim, & abſque cauſa ſoleatus crepidatuſve cerneretur.

Paſſim & abſque cauſa jam ex induſtria inſerui, ut non ita prorſus à ſolearum calceatu viros excludam; quin interdum illis

o *L. 29. ab V. C.* p *L. 2. Ann. c. 59.* q *Cap. 52.*

illis earum uſus eſſet, abſque ulla probroſæ mollitiei ſuſpicione, permiſſus. Certum enim eſt, Romanos in omni animorum remiſſione, utpote per convivia, publicaque ſpectacula, pro more fuiſſe ſoleatos. Et primùm quidem ad convivia cum ſoleis itare ſolitos innuit [x] Martialis, dum ita ludit in Cottam:

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam,
Excogitavit homo ſagax & aſtutus,
Ne facere poſſet tale ſæpius damnum,
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

Per *excalceatum* enim hîc non tam Calceis exutus ſignificatur, quàm ſoleis; quas quidem abjeciſſe Cottam vult Poëta, ne videlicet earum per ſervi negligentiam ſæpius jacturam faceret: unde quod jam de ſoleis propter convivia uſurpatis relatum eſt, facilè colligitur. Quod tamen ſic intelligendum, ut in ipſo convivii actu nullus earum eſſet uſus: Cœnaturi enim, priuſquam accumberent, in triclinio ſoleas * deponebant, ne lectorum menſas ambien-

x *Lib.* 12. *epigr.* 87.

* Teſtatur hoc inter cætera antiquitatis monumenta, figura ex lapide, in viridario Cardinalis Montalti, ad montem Exquilium, hîc appoſita. Refert hæc Silenum ſenem diſcubiturum, cui adſtant Fauni nudi duo: alter ut accubituro

Digitized by Google



Digitized by Google

gc
illi
ſa
pu
ru
bl
to
ſo
ita



Pe
ex
qu
vic
pi
de
tu
int
nu
pr
* c

gu
tet
diſ

bientium ſtragula pulvere aut luto conſpurcarent. [ſ] Martialis, ubi de cœna loquitur: *Depoſui ſoleas* inquit. Ita [t] Plautus,

Jam rediit animus, deme ſoleas: cedo vinum.

Et has interea ſervis ſuis cuſtodiendas tradebant, ut ex ſuperiori [v] Martialis in Cottam Epigrammate intelligi facilè poteſt, itemque ex hoc in Luſcum furem:

Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat ipſa licet.
Si nihil invaſit, puerum tunc arte doloſa
Circuit, & ſoleas ſurripit ipſe ſuas.

Unde ab hoc munere ſervi illi, Plauto atque aliis, *ſandaligeri* & *ſandaligeruli* dicuntur. Peracto igitur convivio, cum erat è triclinio diſcedendum, ſoleas ſuas reſumebant. Hinc ille apud [4] Terentium: *Cedo*, inquit, *ſoleas mihi, properate, auferte menſam.*

ſ *Lib.* 3. *ep.* 50. *ad Ligurinum.* t *In Trucul. act.* 2. *ſc.* 4. *verſ.* 16. v *L.* 8. *ep.* 59.

bituro ſoleas detrahat; alter ut accumbantem ſuſtineat, dum ſoleæ detrahuntur: quibus detractis, veſtem cœnatoriam ſumebant. Sed de his plura qui velit, conſulat Fulvium Urſinum ad *Ciacconii Triclinium*, quod non ita pridem novâ veſte donatum, publici juris à nobis factum eſt.

4 Eſt memoriæ vel feſtinationis ἁμάρτημα. Nam prout paulo ante ex Plauti *Truculento* citavit iſta *Jam rediit animus*, etiam in ejuſdem auctoris eadem fabula *a.* 2. *ſc.* 4. hæc legerat. Ad cujus loci illuſtrationem conſuli meretur L. Torrentius *ad laudatum hic Horatii verſum.*

Digitized by Google

ſam. Pari ratione Naſidienus apud [x] Horatium, *Soleas poſcit.* Ita intelligendus [y] Martialis:

Defuerit ſi forte puer, ſoleaſque libebit
Sumere, pro puero proderis ipſe tibi.

Ex quibus rurſus id accipimus, quod ſervi dominis cœnaturis ſoleas ſuas demerent, eaſdemque illis è triclinio diſceſſuris inducerent. Unde & clarius intelligimus verba illa, quibus D. Joannes Baptiſta [z] tribus in locis ſacræ Scripturæ uſus eſt, cùm ſe dixit indignum, *qui vel portaret calceamenta Chriſti, vel eorundem corrigiam ſolveret.* His enim ſignificare voluit, ſe tantùm dignitate Chriſto eſſe inferiorem, ut nequidem dignus eſſet, qui in ejus famulitio viliſſimum etiam excalceandi munus obiret.

De Solearum verò Calceatu, viris uſurpato, per ludos & ſpectacula, quæ publicè vel in Amphitheatris, vel Circis edebantur, [a] Dio teſtis eſt locuples, ubi ſic de Caligulæ ludis loquitur: Ἐξῆν καὶ ἀνυποδήτοις βουλομένοις θεάσασθαι, νομιζομένου τοῦ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, καὶ δικάζειν τινὰς ἐν τῷ θέρει, καὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐν ταῖς θερειναῖς πανηγύρεσι γενόμενον, ἐκλειφθὲν δὲ ὑπὸ Τιβερίου. Id eſt; *Licebat iis, qui vellent,*

x *Lib. 2. Sat. 8.* y *Lib. 14. ep. 65.* z *Matt. 3. v. 11. Marc. 1, v. 7. Joan. 1. v. 27.* a *Lib. 57.*

lent, diſcalceatis ſpectare, qui mos jam olim tenuerat, & judicia exercere per æſtatem. Quod ab Auguſto in celebritatibus æſtivis ſervatum erat, ſed à Tiberio planè omiſſum. Ubi ἀνυποδήτοις cave intelligas nudis planè pedibus; ſed more Græco ſoleatis aut crepidatis. Quo ſenſu jam ante dixit Tacitus, *Pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.*

CAPUT XII.

DE SANDALIIS

Adverſaria ex auctoribus prolata, eademque conciliata.

SCriptorum interdum impropriæ locutiones, & vocum variè hinc inde traductæ ſignificationes, & earundem rerum adjectitiæ formæ, temporum lapſu ſæpè immutatæ, minùs liquidam nobis & apertam Sandaliorum notitiam efficiunt. Scimus quidem ex [a] Polluce, atque aliis, *Sandalium eſſe muliebre calceamenti genus*; idque pulchrum, elegans, atque elaboratum. Unde Judith ad Holofernem profectura, ut illius [b] hiſtoriæ monumenta teſtan-

a *Lib. 7. Onomaſt.* b *Cap. 10. v. 3.*

Digitized by Google

ſtantur, inter alia, quibus ipſa nativæ pulchritudini decus atque elegantiam conciliavit, *Sandalia pedibus ſuis induit.* Quæ quàm apta, quàm polita, quàm concinnè, pretioſèque adornata eſſent, hinc æſtimare licet, quod, ut [c] ibidem habetur, *Sandalia Judith Holofernis oculos rapuerunt.*

Sed idem Sandalium viris etiam [1] uſurpatum, iiſque non ita cultus aut elegantiæ, quemadmodum mulieres, ſtudioſis, non eſt dubium. Nam D. [d] Hieronymus in Iſaiam ad verba illa: *Vade, & ſolve calceamenta de pedibus tuis.* calceamenta, ſandalia, & caligas, pro eodem accipit: *Depoſitis*, inquit, *quæ Septuaginta ſandalia, id, eſt, caligas vocant.* Caligæ verò virorum, & militum præſertim fuerunt; ut *capite ſequenti* oſtendetur. Rurſus, ſi ſandaliorum forma quæritur, res non magis expedita: nam interdum ea pro ſoleis uſurpan-

c *Cap. 16. v. 11.* d *L. 5. comm. c. 20.*

1 Affirmat hoc Balduinus ex ſola ſacri Codicis verſione, quum tamen Herodotus *in l. 2. c. 91.* Perſei σανδάλιον in Ægypto ſervatum eſſe jam noverit. Sic Athenæus *l. 6. c. 17.* Οἱ περὶ τὸν Ὀρτύγην ὑπεδέδυντο καὶ πολυσχιδῆ σανδάλια τοῦ θέρους· τοῦ δὲ χειμῶνος ἐν γυναικείοις ὑποδήμασι διετέλουν περιπατοῦντες, *Ortyges multifida ſandalia æſtate inducebat; hieme vero in mulieribus calceis ambulabat*, non *calceis æſtate, hieme ſoleis*, quod habet verſio, ubi notanda pro anni tempore mutatio. Et *l. 8. c. 4.* de Dorione claudo, quæ verba mox proferentur.

2 Immo

pantur, quæ inferiores tantùm plantas ab itinerum offendiculis defendebant. Unde Sardinia Inſula Timæo apud [e] Plinium *Sandaliotis* dicta fuit, ob ſoleæ ſimilitudinem: Quæ etiam, quod eòdem recidit, à plantæ pedis figura [f] Saluſtio *Ichnuſa* [2] fuit appellata. Cui ſuccinens [g] Claudianus:

Huma-

e *L. 8. c. 7.* f *In fragmentis.*

2 Immo potius Ἰχνοῦσα, ἐπεὶ ἴχνει ἀνθρώπου ἐστὶν ὅμοια τὸ σχῆμα juxta Euſtathium *ad Dionyſii Perieg. v.* 458. Id quum tam notabiliter referat quoque Plinius, & plerique omnes, qui de illa inſula loquuntur, prout eos collegerunt eruditiſſimi viri Cluverius *in libro de Sardinia* & Bochartus *in Phaleg p.* 2. *l.* 1. *c.* 31. nonne iſta deſcriptio aliquo modo expeditam reddit ſandaliorum formam? Nimirum eo pacto inciſa fuerunt ab utroque latere ſandalia & accurate excavata, ut veſtigio humano juſte reſponderent, anteriore etiam parte cum digitorum & pollicis faſtigio apte procurrente, ut ſuo quodque pedi alligari deberet, & non utrique ſimul conveniret, ut quidem de cothurnis conſtat, & de credipis memorat Iſidorus. Et videtur Lucianus hujus εὐρυθμίας nos admonere *de Demo p.* 615, ubi meretrices, inquit, putare ingenti auri copia corporis vitia occulta fore, καὶ τοῦ ποδὸς τὸ μὴ εὐπερίγραφον λήσειν ὑπὸ χρυσῷ σανδάλῳ, atque ita pedis deformitatem ſandalii aurei concinnitate ſe abſcondere. Quæ forma etſi ſoleæ quoque contigiſſe videtur, fuit tamen in iis ejuſmodi differentia, quod ſandalium pedis digitos ζυγῷ coercebat, qui etiam in ſolea intecti manebant, unde ſandalium cum κοίλῳ ὑποδήματι conjungit Pollux *l.* 7. *c.* 20. Καὶ ζυγὸν δὲ, τὸ περὶ τοῖς ὄνυξι τοῦ κοίλου ὑποδήματος καὶ τοῦ σανδαλίου, τὸ τοὺς δακτύλους συνέχον: *ſed & jugum, quod circa ungues cavi calcei & ſandalii, quod digitos continet*, ad quæ verba doctiſſimus Jungermanus Ariſtophanis verſus *ex Lyſiſtrata*, & Heſychium, ζυγὸν itidem ad includendos digitos in ſerviiſſe docentes opportune citat. Sic Dionyſius tyrannus Locrenſibus puellis illudens eas in conviviis dimiſſas columbas venari juſſit nudas & σανδάλια ὑποδεμένας ἄζυγα, τὸ μὲν ὑψηλὸν, τὸ δὲ ταπεινὸν,

Humana ſpeciem planta ſe magna figurat
Inſula, Sardiniam veteres dixere coloni.

Quid & Soleæ, quibus jam Capucini patres

πεινὸν, τῦ ἀπρεπῦς χάριν, calceatas ſandaliis ſine jugo imparibus, altero alto, altero humili, ut dedecus augeret, apud Strabon. *l.* 6. Et forſan aliquando tale jugum etiam ſoleis fuit annexum, quoniam diſerte Plinius *ſoleas ſine amento* memorat in Corneliæ ſtatua, quem locum notavit Balduinus *præced. cap.* Præterea habebat ſandalium corrigias, quæ ἱμάντες Polluci *l.* 7. *c.* 22. in deſcriptione ſandaliorum, quibus Minervam calceavit Phidias. Ejus autem ἱμάντες fuerunt ἐπίχρυσοι, quare ex iis & eorum jugo manifeſte intelligitur, quomodo alias ſandalia ipſa dicantur ἐπίχρυσα & λεπτοσχίδια, prout recte intellexerunt Balduinus & Rubenius de inciſo eorum integumento & ita perforato, ut quaſi pictura quadam exornarentur; nequaquam de tenuioribus tabulis, quas cogitabat Cl. Sperlingius. Nam vox λεπτοσχιδεῖς nihil ligneum in ſe comprehendit, quia tam corium quam lignum ſcindendo attenuari & λεπτύνεσθαι poteſt. Tum neſcio, cur illa vox magis ſoleæ, quam jugo & loris applicari debeat, quia etiam veteribus pelles fuerunt tenuiores natura ſua, ut non neceſſe fuerit eas ſcindendo extenuare, ex qua tamen vocis conſideratione, & quod ſandalium aliqui ab σανίδες derivant, Sperlingius ligneas tabellas finxiſſe videtur, ut jam diximus. Sed non eſſe eam vocis ſignificationem perſpicuum eſt ex Polluce, quum χιτὰς etiam λεπτοσχιδεῖς appellatas eſſe docet, ut forſan adſpicere eas debeamus perinde ut πολυσχιδεῖς, in quibus nulla tenuitatis, ſed multiplicis ſciſſuræ ratio habetur, quale ῥάκος πολυσχιδὲς occurrit in Luciano *in Pſeudolog. p.* 596. & deſcribuntur tales calcei in egregio loco Galeni, quem exhibet Illuſtr. Spanhemius *ad Callimachum*. Cum his etiam quandam cognationem habere videntur περισχιδεῖς, de quibus Caſaubonus *ad Athenæum l.* 12. *c.* 9. Quæ quidem genera ſuam habuiſſe differentiam non nego; ſed ea rite diſtinguere non eſt noſtri ingenii. Interim ab iis non multum diſſimiles fuerunt ἀνάτρητοι ἐμβάδες in Syneſii *epiſt.* 52. quas Suidas exponit τὰ διακεκομμένα καὶ τετρυπημένα ὑποδήματα *pertuſa & foraminoſa calceamenta*. De quibus neſcio, cur H. Stephanus ita loquatur, [Significat igitur calceos pertuſos, ut, qui longo uſu

detriti

tres utuntur (Apoſtolorum, ut credere par eſt, imitatione) nonne Sandalia vocantur? Apoſtolorum dixi imitatione: illos enim ejuſ-

detriti ſunt, pertuſi eſſe ſolent.] quum utique de recentibus & novis agat, non detritis, utpote quos frater ipſius παρὰ κρηπιδοπώλου ἀνθρώπου emerat. Et ſane aliter perforata ſunt recentia, quibus id ad ornatum contingit, quam detrita; quamobrem iſta comparatio tolerari nequit. Quod vero de ligneo ſolo diximus, tale κάττυμα ξύλινον ita ab ſandaliis excluſimus, ut tamen Tyrrhenicis peculiare fuiſſe videatur, prout in iis ab Polluce memoratur, & quidem τετραδάκτυλον *quatuor digitos craſſum* ſive altum, non *latum*, ut perverſe vertitur, quippe quum latitudo modulo pedis adæquata eſſe debeat. Nam ſi in crepidis & ſandaliis vulgaribus ligneum ſolum fuiſſet uſitatum, non dubito quin illud notaſſet Pollux, ut fecit in crupeziis, vel in Minervæ ſandaliis omiſiſſet. Sed ut ad corrigias ſive ἱμάντας redeam, illi etiam ζυγὰ dicti, quo alludit Eugenis Epigramma de ebrio Anacreonte, quem ita inſtructum fingit:

Λοξὸν γὰρ αὐτοῦ βλέμμα, καὶ περὶ σφυροῖς
Ῥιφθεῖσα λώπευς πέζα, καὶ μονοζυγὲς
Μέθην ἐλέγχει σάνδαλον ----

Obliquus enim ejus viſus, & ad malleolos Dejecta veſtis fimbria, & uno jugo Ebrietatem arguit ſandalium. Neque enim ſequor Barneſii verſionem nimis alienam, quæ hæc eſt, *unaque ebrium ſolea arguit relicta*, qualem quidem negligentiam expoſuerant priora Epigrammata; ſed ſandalium agnoſco uno jugo alligatum, quum reliqua lora per ebrietatem ſoluta fuerint. Sandaliis porro ſimiles fuerunt βλαῦται, ſcribente Polluce ἡ βλαύτη σανδαλίου τι εἶδος, a qua verbum βλαυτοῦν ἢ πλήσσειν σανδαλίῳ apud Heſychium, quæ etiam βλαυτία dicuntur ab Athenæo *l.* 8. *c.* 4. Δωρίωνος τοῦ κρουματοποιοῦ κυλλόποδος ὄντος ἀπώλετο ἐν συμποσίῳ τοῦ χωλοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον, καὶ ὅς, οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σάνδαλον. *Dorio muſicus claudus in convivio claudi pedis ſoleam perdiderat, & ipſe, nil, inquit, amplius furi imprecabor, quam ut conveniat ipſi ſandalium.* Hinc iiſdem βλαύταις ἀναγωγέας adſcribit, quos χρυσοῖς ἀνασπαστοῖς ἐπισφίγγειν ſolebat Parrhaſius pictor apud eundem *l.* 12. *c.* 11. Denique notabilis eſt locus apud eundem Syneſium in φαλακρ.

E ἐγκωμ.

ejuſmodi Sandaliis uſos eſſe, ſatis ex eo liquet, quod cum Chriſtus Dominus apud D. [h] Lucam prohibuiſſet Apoſtolis, *ne calceamenta portarent;* quibus nimirum pedes omnino tegerentur: iiſdem nihilominus apud D. [i] Marcum Sandaliorum uſum permittit, [3] utpote quæ ſuperiorem pedum partem nudam relinquerent, inferiore tantum planta adverſus ſpinas & tribulos munita. Unde in [k] Actis Apoſtolorum, ubi An-

h *Cap.* 10. *v.* 4. i *Cap.* 6. *v.* 9. k *Cap.* 12. *v.* 8.

εἴκοσι. ubi narrat de præſtigiatore quodam, de quo ait, *τέμνεται δὲ καὶ κατατέμνεται, καὶ οὐδὲν ὅ, τι οὐ τῶν τοῖς ὁρῶσι φρίκην φερόντων, ἧγε καὶ προσάλλονται, βλαύτης Ἀττικῆς ἀκριβέστερον. Scinditur autem & conſcinditur, & nihil quidquam, quod non aſpicientibus honorem incutit, & qua offenduntur, ſoleæ Atticæ ſimilius*, quæ verba etiam clariſſime patefaciunt, quomodo ſciſſura in calceis accipi debeat, ut quemadmodum cutis iſtius nebulonis tenuiter ſecabatur, ſic etiam ſandaliorum Atticorum lora & juga fuerint ad ornatum pertuſa & diſciſſa. Hæc quum ſatis clara ſint, ſandalii formam non parum illuſtrare arbitror; quæ collectanea me ad vehementem admirationem hæſitationis, quam in principio capitis præmiſit Balduinus, impulerunt. Sed oportuerat diutius inhærere illorum auctorum teſtimoniis, apud quos ſandalii priſtini uſus familiariſſimus erat, nec pati ſe ad Judaicæ hiſtoriæ aut ſeriorum ſcriptorum varietatem lubricam abripi, quæ omnino Balduinum in labyrinthum abduxit.

3 Nullam iſtius mandati rationem annectit Balduinus, & quamquam ejus diſtinctioni amplum ſuffragium det ὁ πάνυ *ad Tertulliani Pallium*; non acquieſcit in eo rev. Bynæus *l.* 1. *c.* 6. *n.* 9. & 10. ſed certas rationes ſe habere putat, quibus inductus ab Salmaſio diſſentire neceſſe habuit. Verum quum in iis non id pondus invenerim,

Digitized by Google

Angelus, D. Petrum è carcere liberans, Latinè juxta vulgatam lectionem ait, *Calcea te caligas tuas*: Græca lectio habet, ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Id eſt, ut recentiores quidam vertunt, *ſubliga ſoleas tuas.* Nihiloſ-

ſim, ut omnes difficultates de medio ſublatæ ſint, hic ſubſiſtere non potui, & poſt diligens earum examen, prout licuit, quid ibi diſpliceat hic apponere grande operæ pretium dixi. Inter ipſius rationes, quas affert, prima & primaria occurrit, [illo tempore Judæos calceis cavis uſos eſſe ſe non credere, ſcilicet quoniam apud Romanos calceus ſine toga non ſumebatur. At ut calcei togæ proprii, ita ſoleæ vel crepidæ pallio & tunicæ fuerunt, atque hinc, uti certum eſt non togis ſed tunicis uſos Judæos, ita quoque certum videri, ſoleas ſive ſandalia eos geſtaſſe, non vero calceos, qui togæ erant proprii.] Etſi viri docti verba id ſuggerant, quaſi ſoleas & crepidas cum pallio & tunica ſumptas æque Romanum habitum agnoverit, quum de Græcis non loquatur, ac calceum cum toga, tamen ſuſpicionibus indulgere nolo. Offendit in principio & diſputationis fundamento tam levis collectio, quam ab rev. viro prolatam nollem. Quid enim? Eſtne quiſquam, qui, quoniam Græci togas non geſtarunt, ſed tunicas, idcirco calceos cavos tectoſque iis inuſitatos fuiſſe dixerit? Nonne eos Græcis admodum familiares fuiſſe ſatis clare *ad Tertulliani pallium* docuit magnus Salmaſius? Et utique præter illa, quæ frequentiſſima jam ante hic illic vel Balduino adſperſimus, vel ipſe dedit, apud Herodotum ſolum leguntur multæ barbaræ, ſed tamen Aſiaticæ gentes, quibus cavus calceus fuit in uſu, ut ſunt Sarangæ *in l. 7. c. 67.* quorum πέδιλα εἰς γόνυ ἀνατείνοντα, Paphlagones *eod. lib. c. 72.* quorum πέδιλα ἐπιχώρια εἰς μέσην κνήμην ἀνατείνοντα, Bithyni *in c. 75.* quorum περὶ τοὺς πόδας τε καὶ τὰς κνήμας πέδιλα νευρῶν; & quid illis cum toga? Dein non adeo mirum in Judæis, qui jam tot annos inter gentes verſabantur, a quibus ſubacti erant & domiti, & a quibus multa adſciverant alia. Obſervaverunt quidem viri docti LXX Seniores & Joſephum ὑποδήματα & σανδάλια confundere; ſed quæſo, cur non obſervaverunt iidem, quum ex Joſuæ hiſtoria *c. 9. v. 5.* σανδάλια παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα tractârent;

Nihilominus aliàs Sandaliis, quemadmodum & Calceis; ſua fuiſſe pedum integumenta, multis oſtenditur. Quid enim Sandalia colore infici, vel auro etiam induci profuit? ut quid ad elegantiam tenuibus aut attenderunt ad præcedentia τὰ κοῖλα τῶν ὑποδημάτων, quæ verba ſive verſionem ſive paraphraſin dixeris, Judæis non ignotos ſaltem fuiſſe tales calceos clare indicant? Etiam ſcholæ Judaicæ diſtinguunt inter extractionem calcei & ſandalii referente Polo. Ex hoc igitur fundamento ad illuſtris Grotii ſententiam ſtabiliendam procedit, quia [quia iter facientibus ſoleæ atterebantur, neque raro fiebat ut baculus frangeretur, in ſarcinulis ſolitos ponere veteres alias ſoleas, aliosque baculos obſervavit. His abſtinere illos Chriſtum voluiſſe]. De veſtibus id conſtat, ut ſe contra aeris inclementiam vel mutationem munirent, ut Auguſtus ſolebat hieme apud Sueton. *c.* 82. De reliquis vereor, ut tam facile demonſtret. Et nullo exemplo iſtum morem firmat Grotius, & nullum mihi obvium fuiſſe conſcius ſum. Immò quum hic in Sacra verſemur Hiſtoria, Patriarcham Jacobum non niſi baculo ſuo Jordanem ſe tranſiiſſe *Geneſ.* 32. 10. dicentem meminí, & ſimiliter pleroſque omnes. Sic Iſraelitæ ex Ægypto exituri Paſcha comedere jubentur *Exod.* 12, 11. ut Græci vertunt, *αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν*, ubi notabiliter Hebræa lingua ſcribit ומקלכם בידכם *baculus tuus in manu tua*, ſingulari ſenſu, qui non niſi ſingulis baculum unum attribuit. Ita paſſim in Sacris. Sed etiam gentilium monumenta ita nobis Oedipum cum baculo ad Sphingis ænigma interpretandum advenientem, & Ulyſſem mendici habitu domum redeuntem ſervarunt, quorum ectypa *in tomo* 1. *&* 2. *Græci Theſauri* propoſuit Avunculus. Quemadmodum Popilius Lænas Antiochum Epiphanem virga quam in manu gerebat, amplo circulo incluſit apud Juſtinum *l.* 34. Et Cynicorum habitus ſemper continebat peram & baculum. Et idem mos in calceis peregrinantium obtinebat, qui manifeſtus eſt ex eadem *in Exodo* Judæorum Hiſtoria, ubi cum Hebræis Græci conveniunt vertendo *τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν*, *calcei in pedibus veſtris*. Præterea optime huc quadrat *in Deuter.* 29, 5. recenſio beneficiorum, quibus Dei providentia populum ſuum in deſerto ſuſten-

Digitized by Google

bus inciſuris diſpungi, vel gemmis, aliiſque id genus ornamentis inſtrui potuerunt, ſi ſimplices tantùm ſoleæ? Et tamen iis inſignita variis in locis Sandalia videre eſt. *In Pontificum Cæremoniali* non ſemel ante laudato,

ſuſtentavit, quicquid ejus ſimplicem ſenſum detorquere nitatur vir doctus. Enumerat ibi Moſes inter alia ונעלך לא בלתה מעל רגלך *& calceus tuus non inveteravit ſuper pedem tuum*, ſic in ſingulari numero id ponens, ut clare innuat non habuiſſe alios, quam quos in pedibus gerebant, calceos, ubi Græci pluralem amant, καὶ τὰ ὑποδήματα ὑμῶν οὐ κατετρίβη ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν. Hæc autem licet notiſſima ſint, nihilominus vir doctus Matthæi verba ſic capit, quaſi quum Servator vetuiſſet μὴ κτήσεσθαι δύο χιτῶνας, perinde intelligi debeat voluiſſe μηδὲ δύο ὑποδήματα, μηδὲ δύο ῥάβδους, quam lectionem probat cum ex Luca, tum MS. adeoque omnia a voce δύο dependere. Eſt hoc quidem ex Matthæi ordine verborum veriſimile. Sed hic interrogare libet, quid comminiſci poſſit; ut Marcum, qui iſtum ordinem plane invertit, & καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας poſt omnia collocat, cum Matthæo conſonantem reddat. Immo ſi hoc tolerari poſſet in Matthæo, tamen id plane in Marco abſurdum eſt, qui ita hiſtoriam narrat, quaſi Chriſtus binos dimittens diſcipulos ſingula paria allocutus ſit, quibus ex iſto intellectu non duo, ſed quatuor paria calceorum prohibere debuit. Porro, ſi hoc utique Servator voluit, cur Lucas *in c. 9, 3.* calceorum non meminerit? quod tamen in *c. 22, 35.* facit, ſed ita ut βαλάντιον, πήραν καὶ ὑποδήματα jungat, quo in loco, quis eſt qui illa ab voce δύο pendere putet? Nec ſolent Sacri Hiſtorici tam obſcure loqui. Deinde quis unquam δύο ὑποδήματα, ſive *duos* vel *binos calceos*, vel *bina calceamenta* de duobus calceorum paribus intellexit? An cum Cicero dicit *binas a te accepi litteras*, quatuor epiſtolas intelligit? cum idem ait, *deſcribebat cenſores binos in ſingulas civitates Timarchides*, vel, *bini cenſores ſunto*, an quatuor cenſores innuit? Et licet *calceamentum* poſſit notare unum calceorum par, an etiam *duo* vel *bini calcei* duo paria exprimere? nec dubito quenquam fore, qui non iſti verſioni ſi non barbariſmi, utique novitatis notam impingat, quippe quum *duo cal-*

laudato, *Induitur Papali habitu, toga ſcilicet linea alba, Sandaliis rubeis, aurea cruce ſignatis.* En rubeo tincta colore Sandalia;

cei non ampliorem numerum in ſe contineant, quam vel *duo conſules* vel *duo juvenes* Caſtor nempe & Pollux apud Florum, vel *ſepulcra duo duorum corporum* apud Ciceronem. Scrutemur jam ſimiliter paululum, quid Græci per ὑποδήματά ſua intellexerint. Apud illos autem conſtantiſſimus uſus eſt, ut ὑποδήματα uſurpent de uno calceorum pari, quot nempe ad inceſſum homo opus habet. Sic apud Dionem Caſſium Antoninus Caracalla Κελτικοῖς ὑποδήμασι uſus eſt: ſic apud Lucianum *in Dialogis meretriciis* nauta meretriculæ ſuæ ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος, ejuſque matri εἰς ὑποδήματα duas drachmas donat: ſic apud eundem *Adverſus indoctum* p. 542. ligneos pedes ſuos καλλίςοις ὑποδήμασι ornaviſſe dicitur mutilus: ſic Agno Alexandri M. comes χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσι καὶ τοῖς ὑποδήμασι φορῆναι apud Athenæum dicitur: ſic quod proxime huc accedit, apud Lucam c. 15. v. 22. pater filio reduci dat ςολὴν τὴν πρώτην, δακτύλιον, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας: ſic apud Ariſtophanem *in Pluto a. 4. ſc. 4.* anus amaſii injuriam queritur, quod viginti drachmas εἰς ἱμάτιον, octo autem εἰς ὑποδήματα abſtuleri. His plane congrua eſt Latinorum conſuetudo, ut in calceis ſuis fere pluralem ament, unde Cicero *ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes: redii cum calceis & toga: mutavit calceos: multus erat in calceis pulvis.* Et Auguſtus *nunquam non calceos in cubiculo habuit* apud Sueton. c. 73. In quibus omnibus locis ὑποδήματα & *calcei* aliter quam de ſingulis calceorum paribus accipi nequeunt. Hæc quum cuicunque qui illas linguas ſummo labro guſtavit, manifeſta ſint, etiam conſtat ὑπόδημα tum unum calceum denotare, tum unum par, ut pro calceatu & ὑποδέσει ſumatur, quomodo id apud Galenum vidimus, & ſic Philoſtrat. *l. 2. de V. Apoll. c. 9.* τὸ ὑπόδημα βύβλον ἐπλέξατο. & Appianus *l. 5. Bell. civ. p.* 1080. καὶ ὑπόδημα ἦν αὐτῷ λευκὸν Atticum, prout quoque LXX Interpretes *Exod.* 3, 5. & *Joſua 5. ult.* qui tamen ad clarum intellectum adjiciunt ἐκ ποδῶν. Sic quidem in ſingulari agunt, ſed hæc ſignificatio omnino ibi ſubſiſtit, nec ad pluralem extenditur, ut ὑποδήματα plura calceorum paria notarent, ſed tantum plures calceos, quos pro numero hominis unius vel plurium, de quibus ſermo fit, ſingulis binos

lia, atque etiam aurea cruce inſignita. Aurea petis? Diſertè [1] Clemens Alexandrinus, Χαίρειν ἐατέον τὰς ἐπιχρύσους τῶν σανδαλίων ματαιοτεχνίας, *Valedicendum eſt inanibus aureorum Sandaliorum artificiis.* Ita Lucianus in

[1] *L. 2. pædag. c. 11.*

nos attribui debere ipſa natura docet. Hinc igitur perſpicuum eſt δύο ὑποδήματα nihil amplius quam duos calceos notare, nequaquam duo paria; atque ita apparet Matthæi verba μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον non ita concipi debere, quaſi omnia ab voce δύο pendeant, immo vetari duplicem tunicam, calceos & baculum, ſingulis nempe diſcipulis, perinde ut in Ariſtophanis *Concionatr.* Praxagora congregatas mulieres jubet ἀναστέλλεσθαι τὰ χιτώνια, ὑποδεῖσθαι τὰς Λακωνικὰς, περιδεῖσθαι τοὺς πώγωνας, κἆτα ταῖς βακτηρίαις ἐπερειδομένας βαδίζειν, eaque omnia quum poſt habitam concionem iterum deponere juſſiſſet, ipſa hoc ornatu viro ſuo obviam procedit, ſcilicet cum θοἰματίῳ, Λακωνικαῖς & βακτηρίᾳ, ut ſingulis ſingula attribui debeant; adeoque quod Lucas ῥάβδους ſcripſerit facile explicatu eſſe, nec cum Matthæi ſaltem unico ῥάβδῳ pugnare. Nam quod Marcus εἰ μὴ ῥάβδον μόνον ſcribit, magis turbaret, præterquam quod ultima vox adverbiali ſenſu accipi poſſit, niſi trium Euangeliſtarum comparatio mutua nos quaſi manu deduceret in hanc animadverſionem, ut, quum Servatoris ſcopus, quem etiam reliqui commentatores agnoſcunt, ad ſollicitam ad viam præparationem (atque hinc multa cum admiratione notare cogor, quomodo vir doctus cum Illuſtri Grotio vel minimas ſarcinulas diſcipulorum admittere poſſit, dum loquitur, *Scilicet uno baculo ſuos diſcipulos Chriſtus vult contentos, neque etiam alium in ſarcinulis habere*) removendam tendat, hæc mandata non ejus eſſe indolis, ut ſpecialiter & ſtricte quædam jubeant, quædam prohibeant, ſed ut legationem eodem habitu quo erant inſtructi, inchoarent & perficerent, nec ampliorem commeatum ad iter neceſſarium aſſumerent, quod illa verba μὴ κτήσησθε, παρήγγειλεν ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, μηδὲν αἴρετε εἰς ὁδὸν, quoniam illorum copia in via ſatis ſuppeditaret, aperte indicant. Inde eſt quod Matthæus vetiti panis nullam ratio-

in Dialogis aurea Diis Sandalia tribuit. Rurſusque [m] aurea illa dicit, quæ ex Pataris urbe Lyciæ in Græciam aſportabantur: Ἐκ Πατάρων σανδάλια ἐπίχρυσα. Si verò tenui-

m *Dial. Meretr. Dor. & Myrt.*

tationem habet; quod Lucas nec ὑποδημάτων nec σανδαλίων *in c.* 9, 3. nec ῥάβδε vel ῥάβδων *in c.* 22, 35. mentionem faciat; & ab eadem cauſa ratio petenda videtur, cur apud Marcum baculus, quem forte aliquis eorum tunc geſtabat, permittatur. Niſi id quoque dependeat ab Marci hiſtoria ſingulari, qua Chriſtum refert diſcipulos ſuos miſiſſe δύο δύο, ut eorum alteri liceret baculum geſtare, non utrique. Accedit tandem, quod ſi concederet aliquis Matthæum per ὑποδήματα intellexiſſe duo paria, quæſo, an idem ille ſibi perſuadere poſſet Marci verba ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια ejuſmodi oppoſitum ſenſum effectura eſſe, *ſed uno tantum calceorum pari induti exitis*, vel *non aliud par vobiscum ſumetis*? Flagitat tamen hoc ipſa neceſſitas, ſi Matthæus per ſua ὑποδήματα duo paria, & Marcus per ſua σανδάλια idem calceamenti genus exprimit, maxime, ſi nos eorum concordiam ſalvam velimus. Sed quis non abominatur in tam nudis verbis tam occultum & inuſitatum ſenſum? Nam Matthæi verba non aliud ſignificare poſſunt, quam *non habebitis calceos*, hoc eſt nudis pedibus ibitis, prout interpretabatur Heraclas apud Euſebium; at Marcus hæc quaſi explicans, *ſed calceatos ſandaliis* certo calceamenti generi eos adſtringit, prout ſemper loqui ſolent Græci, ut dicant βλαύτας ὑποδεδεμένος, κοθόρνους ὑποδησάμενος, Λακωνικὰς ὑποδεδεμένος, illis vel illis calceis indutos. Nam ſi aliud voluiſſet Marcus, cur non ἀλλ' ἐνὶ ζεύγει σανδαλίων, ut locutus eſt Ariſtoph., ὑποδεδεμένους illi placuit, vel etiam ipſi Matthæo? His igitur perſuaſi argumentis videmur omnino compelli ad amplectendam Balduini noſtri opinionem præcipue ab magno Salmaſio ſtabilitam, & rurſus hanc unicam, quamdiu commodior non detur, agnoſcere rationem conciliandi cum Marco Matthæum, quantumvis ſua primum unica videbatur, deinde talis eſſe ab viro rev. dicta ſit. Hic autem quanquam diſputationis curſum inhibere nos recte poſſe, utpote ſatis defunctos

tenuiter inciſa quærantur; egregium ex Cephiſodori Comici Trophonio locum refert [n] Victorius, ubi quidem mulier, è divite

[n] L. 14. *variar. cap.* 15.

functos opera quam Balduino debebamus, nemo non opinetur, vellit tamen aurem, & admonuit virorum doctorum, qui duo calceorum paria defendunt, altum in proferendis ejus rei exemplis ſilentium: deinde magni Salmaſii, qui *ὑποδήματα* ab ſandaliis diverſa fuiſſe probat, ſed non addita etiam Servatoris ita præcipientis mente, quam forſan ad promiſſum *de Calceis veterum* librum ſervavit, temperantia. Libenter igitur huic filo pauca annectam, quæ ex antiquorum ſcriptis iſti præcepto lumen afferre queunt. Convenit inter omnes Servatorem diſcipulis inculcare voluiſſe, ut ſola divini Numinis providentia niterentur, nec quamcunque ad præparandum iter ſollicitudinem admitterent. Hanc ut plane eximeret, ὑποδήματα ſive calceos itineri & maxime pedeſtri aptos ex veterum more ſumere vetat. Id teſtimoniis probare conabimur. Et ut ab veriſimili initium capiamus, primum oculos noſtros ferit continuus Romanorum mos nunquam ſine calceis in publicum prodeundi, quum domi ſoleis gauderent, ſive alio quodam commodiore calceamenti genere, quo pedes minus adſtrictos & arctatos, ſed liberos haberent; a quo deinde habitu aucta paulatim propudioſa luxuria ne in publico quidem abſtinuit, ut talem exhibet Caligulam Sueton. *in c.* 52. Faceſſat ergo ſtatim calcei delicatior uſus vel delicatius tegumentum, & durioris uſus ſandalia, quæ Rabbinorum ſomnia ſunt. Calceus enim pedem undiquaque cingebat, & licet nonunquam, ut eſt in proverbio, eum urebat, tamen hominem ad ea, quæ in publico agenda erant, obeunda reddebat magis expeditum. Id vero in fœminis pariter obtinuiſſe docent viri docti ex Plauti *Trucul.* 2. 8. Jam ſi extra urbes procedimus, quales ibi conſpicimus? *peronatum* nempe *arатorem* apud Perſium, & *quem non pudet alto Per glaciem perone tegi* apud Juvenal. & ſervos *ſculponeis* indutos. Sed quid opus in hoc humili vitæ genere morari? Contemplemur potius venatores *ἀ-δρομίσιν, ἀρβύλαις* vel *κοθόρ-νοις* calceatos; & denique militiam, quæ continuis iti-

E 5 neribus

divite facta paupercula, vicem ſuam ita conqueritur:

——— Σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
Εφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα.
Νῦν δ' ὥσπερ ἡ θεράπαινα ἔχω σεσιδαρωμένας.

San-

neribus & profectionibus aſſueſcit, caligatam, adeoque unumquodque fere vitæ genus diverſa calceorum ſtructura ornatum, nonne hæc antiquorum cautela ſuadet idem ab peregrinaturis factitatum, & electa ab iis eſſe certa quædam calceamenta itineri magis appoſita, ut ſunt revera ὑποδήματα ſive tecti calcei? & nonne eadem nos quaſi manu ducunt, ut in Euangelica Hiſtoria ſimilem calceorum mutationem admittamus ad varia opera tam frequentem? Cur autem ad iſtam conjecturam confugimus, aut in crepuſculo erramus, ubi clara lux ſe in oculos noſtros ingerit, & rem ipſam præ manibus habemus in elegantiſſimo *capite* 11. *libri* 2 *Pædagogi* Clementis Alexandrini in tot fruſta divulſo, quod unum totam rem decidere nemo, ut opinor, negabit. Ita loquitur eximius doctor. Ἡ γὰρ χρῆσις τῶν ὑποδημάτων, ἡ μὲν αὐτῶν, εἰς σκέπην ποδῶν· ἡ δὲ, εἰς προφυλακὴν τῶν προσπταισμάτων, καὶ τῶν ὀρειβατικῶν τραχυτήτων, τὸ πέλμα ποδὸς σώζεται. Γυναιξὶ μὲν οὖν τὸ λευκὸν ὑπόδημα συγχωρητέον· πλὴν εἰ μὴ ὁδεύοιεν· τότε δὲ τῷ ἀλειπτῷ χρηστέον. ἡλωμένων δὲ δέονται καττυμάτων αἱ ὁδεύουσαι. Πλὴν τά πολλὰ ὑποδήμασι χρηστέον αὐταῖς· οὐ γὰρ ἁρμόζει γυμνὸν ὑποδείκνυσθαι τὸν πόδα· ἄλλως τε καὶ εὐαίσθητον εἰς βλάβην ἡ γυνή. Ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον, ἀνυποδησία· πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο. καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. Ἀσκητικώτατον γέ τοι, γυμνοῖς χρῆσθαι τοῖς ποσὶν, καὶ πρὸς ὑγείαν καὶ εὐκολίαν εὔθετον, ἔνθα μὴ ἀνάγκη τὶς διακωλύοι. Εἰ δὲ μὴ ὁδεύοιμεν, ἀλλὰ μηδὲ φέροιμεν τὴν ἀνυποδησίαν, βλαύταις ἢ φαικασίοις χρηστέον· κονίποδας αὐτὰ ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ, διὰ τὸ πελάζειν, μοι δοκεῖν, τῇ κόνει τὼ πόδε. *Nam calceorum uſus, alius quidem eſt ad tegumentum pedum, alius ad cautionem offenſionum & in montibus aſperitatum, pedis cutem tutantem. Itaque mulieribus albus quidem calceus concedi debet, niſi peregrinentur; tunc enim uncto uti oportet. & peregrinantibus clavatis ſolis opus eſt. Sed ſemper cal-*

ceis

Sandalia verò tenuiter inciſorum, quibus aurei flores inſunt: Nunc verò inſtar famula Peribarides habeo. Hîc enim λεπτωσχιδων

ſoleis uti debent illæ, quia indecorum eſt nudum pedem oſtendere; & alioquin facile læditur mulier. Virum autem potius decet diſcalceatum eſſe, niſi ſi militet; nam qui calceatus eſt, videtur aliquo modo vinctus eſſe. Maxime tamen exercitationi conducit nudis pedibus uti, & ad valetudinem & cibi appetitum aptum, ubi neceſſitas aliqua non prohibet. At ſi non peregrinamur, ſed nec ſine calceis pati poſſimus, ſoleis vel phæcaſiis uti oportet, quæ conipodas Attici appellalant, quia, ut mea eſt opinio, pulveri pes proximus erat. Quid volumus amplius? Clariſſime diſtinguit ὑποδημάτων uſum in quotidianum ad tegendos pedes, & extraordinarium ad iter vel militiam. Et mulieribus quidem album calceum concedit: at ſi iter facturæ ſint, unctum & clavatum. Viris autem, ſi non militent, ἀνυποδησίαν commendat: quam ſi non ferant, ſoleas ſive phæcaſia illis indulget, ſed quando? ſi non faciant iter. Vides quantopere calceamentorum περιεργίαν in fæminis, in viris non peregrinantibus ſupervacuum uſum exagitet ſanctiſſimus Pater, tamen de gemino calceorum pari ne verbum quidem; id autem quomodo credibile, ſi tam vulgaris iſte mos fuiſſet? Immo nonne tam ſerio commendata viris ἀνυποδησία perſpicue declarat, quomodo illud Servatoris mandatum acceperit? præſertim dum viris βλαύτας & φαικάσια ſaltem permittit, quæ calceamenta una cum ſandaliis τοῖς ὑποδήμασι opponit, quum mulierem ὑποδήμασι calceari jubet, quia nudum pedem illam oſtendere indecorum ducit. Et neſcio an non ad eandem Chriſtianorum ἀνυποδησίαν alludant Juvenci verba *nec plantis tegmina bina*, quem in ſuas partes trahere conatur rev. Bynæus. Quid enim diſtant ab Græcis his Leonidæ in Anacreontem Anthol. *l. 4. c. 27.*

Δισσῶν δ᾽ ἀρβυλίδων τὰν μὲν
μίαν, οἷα μεθυπλὴξ,
Ὤλεσεν· ἐν δ᾽ ἑτέρᾳ ῥικνὸν ἄραρε πόδα.

Binorum calceorum unam
quidem, utpote ebrius,
Perdidit; in altero claudum
aptavit pedem?

Denique lepidum quid animadverto, quod in tota hac diſputatione apud virum doctum nullam prorſus rationem haberi video alterius miſſionis ſeptuaginta diſcipulorum, quos etiam binos Servator dimiſit cum ſimili

Digitized by Google

δῶν nomine Calcei veniunt intelligendi, tenuibus inciſuris, ad ornatum & elegantiam inſigniti, qui aliàs perforati, ſive * feneſtrati dicuntur, Gallicè, *decoupez & dechiquetez*. Adjectitia porro Sandaliorum ornamenta probamus ex eodem Clemente ſupra laudato, qui ſic habet: Αἰσχρὰ γὰρ ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἀναθέματα. *Verè ergo turpia ſunt illa Sandalia, in quibus ſunt aurea veluti donaria.*

Sed quid opus plura congerere? Quibus jam in rebus ſacris noſtri Pontifices utuntur calceamentis, ea pedes totos operire

* Tale genus calceorum cernere eſt in ſtatua illa iconica, quam in illuſtri Clivorum oppido, ad portam mediaſtinam *Eumenio Rhetori* poſitam, Teſchemacherus in *Annalibus Cliviæ*, cum Soleis, ſed perperam, & reluctante ipſa Inſcriptione, quam ſimiliter hîc apponimus, exhibuit. Tales ergò tibi illos damus Calceos, quales ex itinere Francofurtum verſus ipſi vidimus: nam ſingula minutim perſequi velle, quæ Teſchemacherus aliter habet, quàm ſupra dicta figura monſtrat, neque hujus loci, nec pretium operæ eſt. Sed en tibi ipſam inſcriptionem.

prorſus mandato, quo jubet, μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα. Hanc quum ſolus narrat Lucas c. 10. v. 4. an hæc verba aliud notare poſſunt, quam, prout jubeantur, non geſtare marſupium nec peram, ſic etiam nulla calceamenta? Ego plane non video, quomodo aliter capi queant. Sed nimis forſan in hac palæſtra ſudatum; & hæc hactenus. Ego autem Balduinum deſtituere minime decens putavi, idque quum ejus defenſio me ultra modeſtiæ terminos exſilire non coegerit. Cæterum nihilo minus integra de hac re maneat exiſtimatio.

Pag. 108.



Biblioteca Nazionale V.E.
NAPOLI

Digitized by Google

EVMENIVS RHETOR.

TEMPORIB.

C. IVL. CÆS. DICT. ARCIS CLIVENSIS FVNDATORIS
OCTAV. AVGVST. SVCCES. QVI PRÆSIDIO MVNIVIT.
VLP. TRAIANI QVI IN COLON. REDEGIT.
ÆL. HADRIANI QVI IN FORMAM VRBIS AMPLIAVIT.

HIC EVMENIVS RHETOR.

QVI IN HOC AVGVST. CLIVIENSIVM OPPIDO.
AD PRÆSIDEM GALLIARVM
POST EORVM IN BATAVIAM INGRESSVM
ORATIONE PANEGYRICA HABITA
SCHOLIS PRÆFECT. ANNVO SEXCENT. SEST.
STIPENDIO GALLICAM IVVENT. INSTITVIT
HAC STATVA ICONICA TRIPEDANEA.

ID EST

VESTITV SVI TEMPORIS TVNICA TALARI
COMA DECVRT. VITTA CONSTRICT. BALTHEO
BVLLATO CALCEIS FENESTRAT. MASSA AVREA AD
LIBERALIT. PRESENTAT. ET FERVLA MAGISTERII
INSIGNI AD ANTIQVIT. MONVMENT.
VRBIS ET HVIVS PORTÆ RENOVATIO.
POSTERITAT. POS.

Digitized by Google

rite videmus. Et hæc vulgò *Sandalia* vocari ſolent, prout etiam à majoribus appellata fuere. Nam in teſtamento Leodebodi Abbatis S. Aniani Aurelianenſis, qui vixit temporibus Clotarii II. Francorum Regis, inter legata Eccleſiæ relicta, *Sandalia duo pro Miſſarum celebratione* recenſentur. Ita D[o] Bleſenſis ad R. Bathonienſem Epiſcopum electum; *Pretioſiora*, inquit, *Sandalia*, *& majorem annulum mater ſua ei datura eſt*. Sic igitur Sandaliorum nomen ſuam habet in eo cum Cothurnis affinitatem, quòd, quemadmodum illi utrivis pedi, ſive dextro ſive ſiniſtro, apti dicuntur; ita Sandalia Calceis, [4] qui pedes omnimodè contegunt, & ſoleis, quæ imas tantùm pedum plantas muniunt, ſignificandis; quin etiam mulieribus & viris diverſimodè calceandis uſurpata fuiſſe ſatis intelligimus.

Sed quam tandem inter hæc adverſa viam inſiſtimus? Quem certum in hoc anci-

o *Epiſt*. 30.

4 Inſignis propenſio ad leviter concludendum, qua cave ne te decipi ſinas, quippe quæ maria ac terras miſcet. Nam alacris deſultoris perſonam agit Balduinus, dum ex erudita antiquitate ad recentia & fere barbara tempora deſilit, quæ continuis mutationibus obnoxia in harum rerum diſcrimine tollendo nihil penſi habuerunt. Valeant igitur. Nos autem ſandalia ſoleis paria fuiſſe tantum agnoſcemus.

ancipiti diverſa ſcribentium bivio Hermetem deſignimus? Suum cuique liberum & integrum eſto judicium. Ego, ſi quis arbitrio locus, (ne decretum quis expectet) exiſtimo primùm Sandalia Græcis ea fuiſſe, quæ Romanis ſoleæ: Ita, ut elegantiora mulierum eſſent propria, minùs elegantia viris etiam interdum uſurparentur. Deinde temporum decurſu factum, ut quæ primùm aperta supernè fuerant, tandem adjectis integumentis fuerint calceorum ad inſtar operta: nihiloque minùs ſervatam *Sandaliorum* appellationem; ex eo fortè, quòd pro calcei Romani diſcrimine, ad mediam tibiam eorum integumenta non protenderentur, neque in acumen altè reflexum deſinerent. Græcis verò ideo Sandalia tribuimus, quòd ea ſuam Græcis acceptam referant appellationem, quæ dubio procul in Græco ſolo nata eſt, indeque poſtea in Latinam recepta civitatem. Scio calceamenta *Sandalin* à Chaldaico Targum in variis S. Scripturæ [p] locis appellari, prout in ſuo *Thisbi* monet Elias: ubi notat etiam exinde vocatum Rabinum quendam *Haſſandelar*, id eſt, Calcearium: unde quis fortè *Sandalii* vocem ab Hebræorum derivatam fontibus poſſet ſuſpicari

[p] *Geneſ.* 14. v. 32. *Iſaia.* 11. v. 15. *Cant.* 7. v. 1.

ſpicari. Sed Targum nihil moror: neque me ex eo concepta ſuſpicio moratur; Cum pari jure Latini Sandalium ſibi tanquam nativum poſſent adſcribere. Nam & [q] Terentius ea voce uſus eſt, apud quem legas, *Utinam tibi commitigari videam Sandalio caput.* Temporum præterea decurſu factam per integumenta Sandaliis acceſſionem diximus, ne graves alioqui ſcriptores perperam vocibus abuſos dicere cogamur, qui diſertè contectos Calceos *Sandalia* nominarunt.

Plura poſſem proferre, quibus meum preſſiùs firmarem arbitrium: Sed non tanti res, cui pluribus gravioribusque rationum momentis opus ſit. Hoc tantùm juvat antedictis tanquam corollarium adtexere, quòd cùm olim mulieribus ad elegantiam & delicias eſſent comparata Sandalia, miraque eſſet illarum in iis auro gemmiſque pretioſè ornandis ambitio, non promiſcuè cum cæteris Calceamentis ea deponebant, [s] ſed ſuis ſervis aut ancillis (quibus ab hoc munere *ſandaligerulorum*

vel

[q] *In Eunucho act. 5. ſcena 7. verſ. 4.*

[s] Et cur non, quoniam iis raro niſi intra ædes utebantur, ne in plateis pulvere & ſordibus macularent, iſtæ famulæ illa poſt dominas portabant, ut vel ſic munditias ſuas oſtentarent? De iſto more videndus Celeberrimus Perizonius *ad Æliani V. H.* 1, 18.

Ad

vel *ſanduligerularũm* indita fuit appellatio) ſervanda dabant, & id quidem in thecis, quas σανδαλοθήκας Menander appellavit. Atque adeò cùm iis raró, niſi intra ædes uterentur, hinc factum, ut Sandalia olim in nuptiis adhibita ſint, tanquam οἰκουρίας ſive domus cuſtodiæ ſymbola, ut docet [r] Plutarchus in *Quæſtionibus Romanis*.

CAPUT XIII.

Caliga militum, Clavata, Speculatoria; unde dicta, & quî à Gallicis diſtincta.

CAligant non parum eorum oculi, qui nullum Caligas intèr & femoralia ſeu tibialia noſtra faciunt diſcrimen, cumque his illas eaſdem eſſe arbitrantur. Nam Caliga propriè militare calceamentum eſt, quod ideò ςρατιωκὸν ὑπόδημα [a] Dion appellat. [1] Unde militia [b] Tertulliano *Caligata* & *Caligatus* ita proprium militis epitheton eſt, ut per ſe ſæpius pro milite accipiatur. [c] Juvenalis:

Cùm

r q. 30. a *Lib.* 48. b *Lib. de Idol. cap.* 19. c *Sat. ult. v.* 24.

1 Adi hic Torrentium ad *Suetonii Octavium* c. 25. ubi eadem & plura collegit.

2 Re

Cùm duo crura habeas offendere tot Caligatos.

Ita [d] Suetonius in Auguſto, *Coronas murales ſæpè etiam Caligatis tribuit.* Hinc apud Dionem Antonius & Fulvia, milites, qui ſua interceſſione pacem conciliare ſtudebant, per contumeliam βυλὴν καλιγάταν, id eſt, *ſenatum caligatum* appellant. Qua in re obſervandum eſt, ita milites omnes pro more fuiſſe caligatos, ut tamen ſæpius *caligatorum* nomine manipulares, hoc eſt gregarii, tenuiſſimæ ſortis, & poſtremarum claſſium milites intelligantur. Unde infimus ordo militiæ *Caliga* dictus eſt. Ita [e] Plinius audiendus, qui de Ventidio loquens: *Maſſurius*, inquit, *auctor eſt, bis in triumpho ductum: Cicero, Mulionem Caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe: plurimi juventam inopem in Caliga militari toleraſſe.* Hinc etiam Adagium Caſtrenſe, *A Caliga.* Sic Marium [f] Seneca dixit, *à caliga ad conſulatum perveniſſe.* Quod idem aliquando Maximino contigit, qui è gregario milite factus tandem fuit Imperator. Unde ab eo ducta eſt Parœmia, *Caliga Maximini*, vulgò uſurpata in homines inſulſos & immodicæ proceritatis, ut notavit Julius Capitolinus. Ex his ſubinde poteſt elici, quare

d *Cap.* 25. e *L.* 7. *c.* 45. f *L.* 5. *de benef. cap.* 16.

Digitized by Google

quare Tiberii Cæſaris ſucceſſori *Caligula* cognomen ſit inditum; quia nimirum, ut ait [g] Suetonius, *manipulario habitu inter milites educatus:* vel ut alii, *quia in caſtris natus fuerat.* Quò ſpectans Auſonius,

> *Cajus*, inquit, *cognomen Caliga cui caſtra dederunt.*

Sed cùm inter milites alii aliis eſſent ornatiores, dubium non eſt, quin, ut in cætero habitu, ita & in caligis aliquod eſſet diſcrimen, quo qui priorum erant claſſium, quique in militia gradum aliquem tenebant, ab inferioribus diſtinguerentur. Et id ſanè in clavis erat poſitum, qui caligis ſuffixi, *Caligares* dicebantur: horum enim alii vulgò erant ferrei, alii argentei, alii denique aurei. [2] Quod non obſcurè [h] Juſtinus innuit, dum Antiochi regis

g *Cap.* 9. h *Lib.* 38.

2 Re vera innuit Juſtinus, ſed in Græco exercitu, non etiam in Romano, in quo caligam non niſi ferreis clavis munitam legimus; Hoc idem in ducibus diſcrimen ſuſpicatus erat Lipſius *ad Tacit.* 1. *Ann.* 41. & Torrentius ad *Suetonii Aug. c.* 25. etiam Briſſonius *L.* 2. *Ant. ſelect. c.* 5. de quo plura afferre nequeo. Quum vero conſtet militibus clavos fuiſſe ferreos, eamdem materiam, utpote vulgatiſſimam, quum etiam certam ejus ſpeciem ad conficiendos clavos aptiſſimam habuerint antiqui, in communi clavorum uſu admittere quis abſurdum ſtatuet? Nam in Græcia ruſticorum & iis ſimilium fere conſuetudo invaluerat τὰς ἥλους ἐγκρούειν εἰς τὰ ὑποδήματα notante Theophraſto, & quæ ad eam docta congeſſit ὁ πάνυ, quod de ſordidis philoſophis ex Athenæo teſtatur Cl.

regis in ipſo etiam bello luxum ita deſcribit: *Argenti certè, aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro ſuffigerent, proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant.* En ingentis argenti aurique copiæ argumentum profert, quod etiam gregarii & infimæ conditionis milites clavis aureis caligas ſuffigerent. Ergo aliàs id tantùm illuſtrioribus nobilioribuſque uſurpatum, ubi potiſſimùm divitiarum pretioſioriſque cultûs quærebatur oſtentatio. Nam vulgò ferreis tantùm utebantur. De quibus ſanè intelligendus i Joſephus, cùm de cæde Juliani Hecatontarchi loquens ait: *Calceos habens creberri-*

mis,


i L. 7. *de bello Iud. c.* 3.

Cl. Sperlingius; & deinde Galenus ſua ætate omnibus communem & maxime frequentem fuiſſe ſignificat in *l.* 4. *περὶ ἄρθρων p.* 644. Illic enim varium hominum inceſſum ex calceamentis colligi poſſe demonſtrans ſcribit, τὸ δὲ ἔσω νενευκὸς (ὑπόδημα) ἢ ἔξωθεν, τὸ χρώμενον ἐνταῦθα ῥέπειν τὸν πόδα κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐνδείκνυται· καθάπερ γε καὶ τὸ πρόσω μᾶλλον ἢ ὀπίσω νενευκὸς, ἢ κατὰ τὴν πτέρναν, ἢ τὸ τοῦ ποδὸς στῆθος, ἐκτετριμμένους ἔχον τοὺς ἥλους ἢ ἐκ τῶν ἔξω μερῶν, ἢ ἐκ τῶν ἔνδον, ἐπὶ κατὰ (forſan ἐπ' ἐκεῖνα) δηλοῖ ῥέπειν ἐν τῇ βαδίσει τὸν πόδα. *Calceus qui interius vergit, vel exterius, eum qui utitur, illuc inclinare in itinere pedem oſtendit; quemadmodum & is qui pronus magis vel ſupinus eſt, vel in calce, vel in planta pedis clavos detritos habet, vel in exterioribus partibus, vel in interioribus illuc in inceſſu inclinare pedem ſignificat.* Etiam Clemens Alexandrinus *l. cit.* mulieribus ὁδευούσαις clavata calceamenta concedit. Videat ergo Bynæus, an ferro ſuppacta calceamenta aliis; exceptis ſolis militibus & ruſticis, geſtata eſſe negare tuto poſſit.

3 Non

eſcri-
, ut
ſſige-
ami-
gen-
ſert,
onis
Er-
ori-
ivi-
tur
te-
Jo-
on-
ri-
s,

Pag. 117.



Digitized by Google

mis, atque acutis clavis, ut cæteri ſolent milites, fixos, dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur. Sic [k] Egeſippus eandem referens hiſtoriam: *Hic Julianus*, inquit, *dum alios perimit, ipſa alacritate incautior, confixum clavis calceamentum gerens, uſu militarium virorum, non conſiderans polito lapide ſolum ſtratum, ſed quaſi in campo præliaretur ſecurus, labitur, &c.* Ubi rurſus duo notanda, quod nimirum clavi illi magno numero caligis eſſent ſuffixi: unde *millia clavorum* dixit [l] Juvenalis. Deinde quod eſſent etiam extrorſum verſuſque ſolum * acuti. [3] Quod utrumque [m] Plinius item ſuggerit his verbis, *In duobus Italiæ lacu-*

k *L. 5. excid. Hier. c. 30.* l *Sat. 16. v. 25.* m *L. 9. c. 18.*

* Ideam caligæ militaris ſub lucernæ ſpecie nobis exhibet Licetus *lib. de Lucernis* 6. quam inde mutuo ſumptam huc tranſtulimus. Eſt ea ſanè perelegans, & haud dubiè vera; niſi quod clavi in illa, ornatûs, ut opinor, aut commodioris usûs gratia ſunt rotundiores, qui aliàs ſolebant eſſe acuti.

3 Non eſt cauſa ut quis de hac re dubitet. Quid tamen faciemus iſta hiſtoria, quam apud Xiphilinum ex Dionis Caſſii *l.* 71. excerptam legimus *pag.* 805. quæ refert Romanos, dum cum Jazygis per Iſtrum gelu conſtrictum fugientibus manus conſerunt, pleroſque dejectis ſcutis alterum pedem impoſuiſſe, ut ſic firmato veſtigio pugnarent, & ſic quoque in lubrico cecidiſſe alium ſupinum, alium pronum? Ubi ſane obtuſiores clavos fuiſſe ſponte apparet. Vel ſi atque acuti fuerunt, ſupponere cogimur lutum vel nivem, per quæ milites prius progreſſi erant, eorum ſoleis adhæſiſſe & adeo clavos obtexiſſe, ut eorum acumina glacie infigi nequirent.

lacubus Lario & Verbano, piſces omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtunt, ſquamis conſpicui crebris, atque peracutis, clavorum caligarium effigie.

Sed quo fine tam crebri illi atque acuti clavi? Omitto, quòd eo pacto diuturnior eſſet Caligarum uſura: Nam eò potiſſimùm illi ſpectabant, ut milites in ipſo congreſſu firmiùs conſiſterent. Deinde ut minùs eſſent ad fugam idonei; Sic enim Caligæ crebris & acutis clavis inſtructæ admodum graves erant, & moroſæ. Quamobrem [n] Tertullianus *Caligam moroſiſſimam* appellavit, cùm dixit: *Speculatoriam moroſiſſimam pedibus abſolvit.* [4] Ubi loquitur de militis Chriſtiani exauctoratione, cui inter alia militiæ inſignia caligæ detrahebantur. Non otiosè verò nec temerè (ut hoc quoque ad planiorem Caligarum notitiam adjicia-

n *L. de corona militis. cap.* 1.

4 De quo videndus Torrentius *ad Sueton. Calig. c.* 52. Cujus brevitatem illic potius amamus, quam expanſas Balduini noſtri cogitationes. Neſcio enim quid illi acciderit, quod repente aciem mentis in tantum elevat, & prorſus ἀεροβατεῖ, dum nobis ſpeculatorem inſigni caligarum altitudine elevatum exhibet. Viderit ergo ipſe, ne grallis impoſitus ſpeculator magis ineptus reddatur ad ſuum munus obeundum. Nam quid dimidium vel unius pedis altitudo ad longius ſpectandum efficiet? Ludat itaque Balduinus in caligarum altitudine, quantum volet, quum interim eam ipſam cum lignea ſolea melius refutet Nigronus *c.* 4. *n.* 5.

5 Ve-

jiciamus) Tertullianus eò loci *ſpeculatoriæ* vocem ad Caligam exprimendam uſurpavit. Nam in militia id genus erat militum, qui præcipuè ad hoc erant inſtituti, ut, quemadmodum Feſtus ait, *Hoſtilia ſilentio perſpicerent*; à verbo *ſpeculor* dicti *ſpeculatores*, qui Græcis ὀπτῆρες, & σκοποὶ, & κατάσκοποι, vocantur. Unde quibus utebantur illi Caligis, eæ *ſpeculatoriæ* fuerunt appellatæ. Ita ° Suetonius, ubi varios Caligulæ refert habitus: *Modò*, inquit, *in crepidis, vel cothurnis, modò in ſpeculatoria caliga.* Calceamentum nempe ſignificans, quo ſpeculatores caligati ſpeculatum ibant & exploratum. Scio quoſdam hoc loco, ut & apud Tertullianum, pro *ſpeculatoria*, *ſpiculatoriam* legere, voce à *ſpiculatoribus*, & hac à *ſpiculo* deducta. Sed vereor, ne iis nimia inſit corrigendi prurigo. Stat enim ſuus aptè ſenſus, cùm utrobique *ſpeculatoriam* legimus: ut nihil neceſſe ſit aliam lectionem comminiſci. Non juvat tamen hîc operoſiùs ea de re cum illis altercari. Id iis relinquo, qui in aliorum ſcriptis ſeveriùs excutiendis delectantur.

Quid ſi Caligam dicamus etiam vocari *ſpeculatoriam*, quòd qui in ea conſiſtebant, velut

° *Cap.* 52.

velut in ſpecula quadam poſiti viderentur, indeque poſſent longiùs ſpeculari? Caligarum certè compoſitio id opinandum ſuadet. Nam altè à ſolo editas fuiſſe Caligarum ſoleas hinc æſtimare licet, quòd cum ſæpè loca luto limoque infeſta militibus eſſent trajicienda, iis dubio procul opus erat altiore calceatu, quò nimirum faciliùs ea loca pervaderent. Et ſanè clavi illi, quos jam caligis ſuffigi ſolitos diximus, quam in iis agnoſcimus altitudinem, arguunt. Nam, ut omittam factam iis per eminentia ſuffixorum clavorum acuminata capita editioris altitudinis acceſſionem, ſi Caligas, ſolearum ſimplicium ad inſtar, plane humiles fuiſſe dicamus, non eſt quod iis infixi clavi firmiter, ut par eſt, hærere potuerint. Unde, cùm ligno clavi firmiùs quàm corio hæreant infixi, facilè mihi perſuadeo, propter eam clavorum ſuffixionem Caligarum ſoleas, quemadmodum ſemel p ante dictum eſt, ut plurimùm fuiſſe ligneas, cujuſmodi jam noſtrorum militum Gallicas videmus, quæ nimirum ligno ſuppactum ſolum habent. Quin & ipſa Caligarum appellatio illud idem inſinuat; quæ quidem ἀπὸ τῶν καλῶν, à lignis potius, quàm à callo pedum, ut vult

p Cap. 5.

vult Iſidorus, petita videtur.[5] Si enim derivatæ voces earum retinent quantitatem, à quibus ſuam ducunt originem; primam certè *Caliga* ſyllabam quemadmodum & κᾶλον, brevem habet: quod non ita *in callo* contingit. Et ſi quod in Iſidori etymo ſit momentum, pari jure cæteræ calceorum ſpecies *Caligæ* dici debeant, quæ non minorem quàm Caligæ cum callo pedum habent affinitatem.

Quam verò proximè fecimus Caligarum cum Gallicis comparationem, ſi quis impropriam judicet, veterumque Caligas à Gallicis fuiſſe diverſas contendat, ex eo quod q Cicero crepidas, quæ cum ſoleis cenſentur eædem, *Gallicas* appellavit, cùm dixit in Antonium[6]: *cum Gallicis & lacer-*

q 2. *Philipp.*

5 Verum quidem eſt Iſidorum caligas derivare a callo pedum, vel quia ligantur, ſed tamen non prorſus negat a lignis dictas, quum *in principio cap.* caligarium non a callo pedum, ſed a calo id eſt ligno vocatum affirmet. Sed hac in parte ineptum eſſe Iſidorum cuivis patet, quia *caligarius* a *caliga*, ut a *crepida crepidarius* omnino vocatus eſt. Quem errorem ei facile condonare poſſumus ob ſuæ ætatis abuſum, quo *caligarium* pro ſutore cepiſſe videtur, qui ad ligneam formam calceos ſuebat, ut recte intellexit Nigronus *c.4. n.5.* Salmaſius vero *ad Trebellii Poll. Gallienum* caligam à κάλχη *pellis* deducit, ſcilicet lignum in ea non agnoſcens.

6 Eandem veſtitus fœditatem amavit Antoninus Caracalla, qui narrante Dione *l.* 78. *pag.* 890. ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ τε Μεσοποταμίᾳ Κελτικοῖς καὶ ἐσθήμασι καὶ ὑποδήμασιν ἐχρήσατο, *in Syria & Meſopotamia Gallicis & veſtibus & calceis* (non *ſubligaculis*, ut prave

lacerna cucurriſti. Reſpondeo, factam tantùm Caligarum veterum, & hodiernarum Gallicarum in ligneis earum ſoleis comparationem. In cæteris eas ab invicem diſtingui facilè annuo, quòd veteres Caligæ ſua medio crure tenus integumenta protenderent; ita quidem, ut ad crus illud medium nihil intectum 7 relinqueretur: Gallicæ verò noſtræ ſic pedes induunt, ut

prave vertunt) *uſus eſt.* Quæ autem plura de Gallicis ſibi imaginatur Balduinus, in iis nimium hariolatur. Præterea animadvertendum argute ex Ciceronis loco deprehendiſſe Oizelium ad Gellium Ciceronem illic increpare Antonium, quod is cum Gallicis & lacerna in urbem rediiſſet, quibus tantum in itinere utebantur, in urbe vero calceis & toga, quos in itinere non ſumebant. In quo plane fallitur. Nam quum Romani in publico calceos ſemper uſurparent, utique credere oportet tanto magis calceos in itinere amaviſſe ad melius conſervandos pedes. Nec etiam hoc vult Cicero, qui in eo turpitudinem Antonii perſtringit, quod per provinciam Galliam, a qua conſulatum petere debebat, non ut Romanus patrio habitu, quod Cicero ſe feciſſe affirmat, ſed cum Gallicis & lacerna cucurrerit quibus inditus ridiculum ſe faciebat candidatum ad ambiendum Romanum magiſtratum.

7 Placuit hoc etiam iis quos citat Nigronus *c.* 4. *n.* 6, & *num. ſeq.* refellit. Sed efficacius eo inſerviunt, quæ diſputat *c.* 2. *n.* 23. *& ſeqq.* ex quorum collatione apparet caligas ad id genus calceorum pertinere, quæ ſuperiorem pedis partem non tegebant; & præſertim quum *eod. cap. n.* 4. quas caligas militum Antiochi dixerat Juſtinus, eas *crepidas*, quas Pollux definit eſſe φόρημα ϛρατιωτικὸν, vocaverit Valerius Max. unde & Servius *ad* 8. *Æn.* 458. ſcribit crepidas primo habuiſſe ſenatores, poſt equites, nunc milites, ex quibus perſpicue forma & illarum affinitas emergit. Quæ forma quum ſemper exprimatur in Columna Trajana, tum plane contrariam exhibet Clypeus, ut vocant, ex Muſeo Woodwardiano vulgatus, cujus contractiorem formam hic vides.

1 Quæ

tan-
rum
om-
di-
iga
pro-
illud
tur:
nt,
ut
tiam

quos
, &
effi-
quæ
parte
orum
erent
pam,
cap
irum
nus,
ollæ
imo
qui-
bus
um
for-
tur
um
Cly-
deo
cu-
am

quæ

Digitized by Google



Digitized by Google

ut tamen talum nudum relinquant, neque altiùs aſſurgant, quàm ubi tibiæ pes committitur. Rurſus, ſi propriè crepidas Cicero Gallicas appellavit, fateri nos cogit ratio veterum Gallicas à noſtris, cùm in forma, tùm in uſu fuiſſe diverſas. Noſtræ enim Gallicæ ſuperiorem pedum partem operiunt, foriſque & pluvioſo præſertim tempore ſerviunt: Cùm tamen veteres (ſi crepidis & ſoleis fuere ſimiles) ſuperiorem illam partem aperirent, magiſque domi, quàm foris agenti eſſent idoneæ. Et hæc de Caligis dicta ſufficiant.

CAPUT XIV.

Accurata Gallicarum & Crepidarum, cùm veterum, tum recentium deſcriptio.

QUam olim Græcis admixti Galli Græciæ plagam incoluerunt, eam Gallogræciam appellatam fuiſſe paſſim teſtantur hiſtoriæ. Sed quid nobis hìc cum Gallogræcia? Quam complectimur hoc capite Gallicarum ſimul & Crepidarum deſcriptionem, ea ſtatim ut Galliæ ſimul & Græciæ meminerimus efficit. Nam ut Gallicæ Gallorum, ſic & Crepidæ Græcorum calceamenta fuerunt. De Gallicis quidem

Digitized by Google

dubium eſſe non poteſt, cùm ipſa earum appellatio id clarè prædicet. De Crepidis verò ſi quis dubitet, [a] Perſius id oſtendit, ubi ſic ait:

Non hic qui in Crepidis Grajorum ludere geſtit.

Et [b] Tertullianus; *Crepidæ cretatæ Græcatim Æſculapio adulantur:* Ita [c] Suetonius de Tiberio loquens: *Depoſito*, inquit, *patrio habitu redegit ſe ad pallium & crepidas:* his enim dubio procul, ut omnes agnoſcunt interpretes, Tiberium ſignificat relicto Romano habitu Græcum uſurpaſſe: cùm apud Græcos crepidæ pallia pro more comitarentur, ut calcei togas apud Romanos. Sic [d] Livius, ubi de Scipione: *Ipſius Imperatoris, non Romanus modò, ſed ne militaris quidem cultus jactabatur, cum pallio crepidiſque inambulare in Gymnaſio:* Gallicas verò cum Crepidis ideò conferimus, quòd quemadmodum Crepidæ, ut [e] ſupra dictum eſt, pedibus calceandis ita ſerviebant, ut ſuperiorem illorum partem nudam [1] relinquerent: Ita Gallicas olim ſuperioribus caruiſſe pedum integumentis eſt

a *Sat. 1. v. 127.* b *L. de pallio cap. 4.* c *Cap. 13.*
d *Lib. 29. ab Urbe Cond.* e *Cap. 11.*

1 Quæ proprietas in illis notiſſima eſt, adeo ut ab hac parte, & quod ſine jugo fuerunt eas ab ſandaliis diſtinguat

eſt credibile: cùm in eo potiſſimùm aſſignari poſſit earum cum Crepidis ſimilitudo;

guat quoque Cl. Sperlingius. Sed quum appareat Balduinum vix juſtam operam illis impendiſſe, quippe qui ſparſim de illis tractet, etiam huc revocare debui, quod ſupra monui, crepidas utrique pedi indui poſſe, quod an Gallicis quoque conveniat, obſcurum eſt. Sed quid Parthenio faciemus *in cap. 8. Erotic.* narrante Xanthum Mileſium in ſervorum crepidis mille aureos occultaſſe, *ἐν ταῖς κρηπῖσι τῶν παίδων χιλίους χρυσοῦς κεκρυφέναι*? an inter ſoleas vel ligneas tabellas dicemus illos aureos fuiſſe inſertos? nam inter reliqua lora vix talis locus concipi poteſt. Itaque concedo, ſi tamen pariter ejusmodi crepidarum ſtructuram Xanthi Mileſii aſtutiæ attribuas. Niſi forſan traxerint aliquid ſimilitudinis ab vicinitate inſulæ Chiæ, quæ peculiarem formam habuit, cujus mentionem facit Hippocrates apud Galenum *l. 4. περὶ ἄρθρων p. 644. Ὑποδημάτιον δὲ ποιέεσθαι μολύβδινον, ἔξωθεν τῆς ἐπιδέσιος ἐπιδεδεμένον, οἷον αἱ Χίαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ. ἤν τις ὀρθῶς μὲν τῇσι χερσὶ διορθώσῃ, ὀρθῶς δὲ τοῖσιν ὀθονίοισιν ἐπιδέῃ, ὀρθῶς δὲ καὶ τὰς ἀναλήψιας ποιοῖτο. Calceolus plumbeus fieri oportet, exterius ligatura alligatus, qualem formam Chiæ crepidæ habuerunt. Sed nec illo opus eſt, ſi quis manibus quidem recte dirigat, vel linteis recte alliget, vel etiam recte ſuſpendat.* Explicat hæc Galenus, *Ὁποῖον μὲν ῥυθμὸν εἶχον αἱ Χίαι κρηπῖδες, οὐχ οἷόν τε γνῶναι σαφές. οὐδὲ γὰρ κατ' αὐτὸν ἔτι τὸν Ἱπποκράτην ἐσώζετο· διὰ τοῦτο γοῦν εἶπεν, οἷον αἱ Χίαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον, δυνάμενος εἰπεῖν, ἔχουσιν. Εὔδηλον δ' ὅτι συνέχον μὲν ἀκριβῶς τὸν πόδα, μὴ θλῖβον δὲ τὸν χρῶτα τοῖς διαπλασσομένοις παιδίοις, ἐπιτηδειότατόν ἐστιν ὑπόδημα, ὥστε πρὸς τούτους ἀποβλέποντι τοὺς σκοποὺς, καὶ νῦν ἂν δύναιτο ποιεῖν ὑπόδημα χρήσιμον ἄνευ τοῦ ζητεῖν ὁποῖαί τινες ἦσαν αἱ Χίαι κρηπῖδες. Qualem quidem formam Chiæ crepidæ habuerint, clare cognoſci non poteſt; nec enim ipſius Hippocratis tempore amplius exſtabat; propterea igitur dixit*, qualem Chiæ crepidæ concinnitatem habuerunt, *quum potuiſſet dicere*, habent. *Manifeſtum autem, quod quia pedem arcte continebat, nec tamen pueris qui curantur, cutem lædebat, aptiſſimus fuerit calceus, ut ei qui ad hunc ſcopum reſpicit, nunc quoque ſine inquiſitione, quales fuerint Chiæ crepidæ, accommodatum calceum facere poſſint.* Confitetur Galenus ignotas ſuo tempore

tudo; ut hinc non temerè [f] Ciceronem Gallicas pro Crepidis uſurpaſſe oſtendamus, cùm Antonio Gallicarum & lacernæ uſum tanquam Græcanicum, aut certè exoticum exprobravit. Quo etiam modo refert [g] Gellius T. Caſtritium diſcipulis ſuis probro vertiſſe, *quòd feriato die conſpicerentur lacernis induti, & Gallicis calceati.* Si enim Gallicæ illæ Calceorum ad inſtar contectæ fuiſſent, non erat, cur earum, quemadmodum & Crepidarum, uſus, tanquam exoticus & effœminatus exprobraretur.

An igitur omnino pares Gallicas cum Crepidis facimus? Certè, ſi ſimilium nulla eſſet diſparitas, ajunt Philoſophi, non ſimilia, ſed eadem eſſent appellanda. Quare,

f *Philip.* 2. g *L.* 13. *c.* 21.

fuiſſe Chias crepidas, ideoque multo minus nos de iis certum quid ſtatuere poſſumus: ſatis tamen ipſe mentem aperit, qualem in illis cogitaverit ſtructuram, dum eas arcte pedes continuiſſe ſcribit, unde veriſimile eſt ab vulgaribus crepidis illas valde diſcrepaſſe, & crebriores vel latiores corrigias habuiſſe, quibus circumvolutus & quaſi contectus pes dirigi & firmari potuit, quare alioquin linteas faſcias ſuccedere jubet. Interim valde ſuſpecta eſt boni Galeni ſubtilitas in verbo εἶχον, ex quo concludit jam ipſius Hippocratis tempore abolitam & ignotam fuiſſe Chiarum formam. Credibile quidem eſt illo tempore deſiiſſe ejus uſum eſſe tam vulgarem, ut antea, non etiam tunc plane periiſſe formam vel ejus notitiam ſaltem, quam non ignoraſſe Coum ſenem ex hoc ipſo præcepto patet, quippe quod alias nullius fuiſſet utilitatis.

re, cùm nec Gallicarum vox Crepidas, nec Crepidarum Gallicas ſonet, non ita, juxta [h] Proverbium, Ἑνὶ καλόποδι ἀμφοτέρας ὑποδέομεν, *Eâdem formâ utraſque calceamus*, quin aliquod inter eas diſcrimen admittamus. Nam Gallicarum quidem ſoleas olim, ut & nunc, è ligno fuiſſe arbitramur: Crepidarum verò duplici triplicive corio ſimul compacto conſtitiſſe. Vult quis ſubjectam oculis utrarumque imaginem? Fullienſium & Capucinorum ſoleas ſive * Sandalia contempletur: Nihil meo quidem judicio magis ſimile. In his veterum Crepidas; in illis verò Gallicas erit intueri. Quæ tamen ſic accipi velim (ne quis ſtatim vultu renidens, elegântes muliercularum crepidulas nobis objiciat) ut quas cum Capucinorum ſandaliis Crepidas conferimus, eæ vulgares minuſque elaboratæ intelligantur. Quis enim, ut inſanum eſt fœminarum in conquirenda undequaque elegantia ſtudium, earum Crepidas, ut plurimum comptulas delicatulaſque, longè à communibus diſcrepantes non

h *Galen. lib. 9. Therapeu.*

* Horum exempla dedimus in ſchemate Solearum, pag. 86. *Fullienſium* quidem ſub littera C: *Capucinorum* verò ſub littera D, quò Lectorem remittimus.

non agnoſcit? Et ut fuerint elegantes illæ Crepidulæ, mulieribus ad delicias uſurpatæ; aliis nihilominus, & maximè Philoſophis, ad deliciarum contemptum Crepidæ, rudi nempe Minerva compactæ, fuere familiares. Unde [i] Apuleius Philoſophi habitum depingens: *Nec qui*, inquit, *pallio, baculoque, & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret.* *Baxearum* enim vocabulo Crepidæ ſignificantur, ipſo etiam ſuffragante [k] Turnebo, qui [l] Tertullianicum illud exponens: *In baxea Tyria calceare*, Baxeam dixit eſſe Crepidam Philoſophicam. Et ſenſus ille rurſus ex eo firmatur, quòd ibidem Tertullianus Empedoclem Philoſophum perſtringens ait: *Sericatus & crepidam æratus inceſſit.* Et Laërtius, ubi quem vitæ finem Philoſophus ille habuerit, exponit, *Ex crepidulis*, inquit, *æreis altera, vi flammarum ad exteriora rejecta, hunc indicavit in ignes Ætnei montis inſiluiſſe.*

Sed hîc, opinor, obſiſtet aliquis, objicietque telum hoc in nos intorquens: Ecce Baxea jam Tertulliano *Tyria* dicebatur, & Spartianus in Alexandro, *baxeas* inquit, *albas habuit, & non coccineas.* Apulejus item

i *Lib.* XI. *Metam.* k *L.* 7. *adverſ. cap.* 20. l *L. de pallio c.* 4.

item *in Aſino* juvenem quempiam *palmeis baxeis* dicit indutum. Si ergo tinctæ colore Baxeæ, quî Crepidis eſſe ſimiles potuerunt, quibus nulla ſunt pedum integumenta, quæ colore tingantur? Etſi vulnus aliquod antedictis petitio hæc infixura videatur, facilè tamen eam levi, ut ajunt, corporis declinatione ſic evitamus. Primùm Baxearum, ut & Crepidarum calceatus, supernè fuit apertus; ita ut ſoleâ tantùm conſtaret, pedi corrigiis adſtringendâ: Tumque profectò nullus in eo calceatu color. Verùm ut in dies variæ fiunt rebus inventis acceſſiones; ita paulatim factum, ut tandem & Baxeæ & Crepidæ integumenta receperint; quæ, ſi talum excipias, pedes totos operirent. Atque ita vel purpureo, vel albo colore inſignes eſſe potuerunt, prout vel ſectæ, vel oſtentationis ſtudium invitabat. Et de his intelligendi auctores ante laudati.

Neque hæc integumentorum acceſſio ſingularis, tantùm in Baxeis, aut Crepidis eſt æſtimanda: nam & Gallicas, quæ primùm imis tantùm pedum plantis adverſus itinerum offendicula muniendis ſerviebant, cum tempore ſuis auctas pedum integumentis hodierna earum forma demonſtrat: Quæ talis eſt, ut iis inſerti

F 5 pedes

pedes operti ſint, talumque tantùm nudum habeant. Et ſic cum poſterioris ævi Crepidis hodiernæ Gallicæ conveniunt, hoc uno tantùm ab iis diſtinctæ diſcrimine, quòd hæ ſemper ligneis, illæ verò coriaceis utplurimùm ſoleis conſtent. Utplurimùm dixi ex induſtria: nam & in hoc quoque non ſemper & ubique conſtans earum ſtructura: cùm jam Crepidis, quarum apud nos uſus eſt familiaris, non tantùm è corio, ſed etiam è ſubere ſuppactas ſoleas cernamus; unde crepidis illis indita fuiſſe videtur appellatio, qua nunc eas vernaculè vocare ſolemus [2] PANTOUFLES, voce nempe è duabus Græcis πᾶς & φελλὸς conflata, ut ſint Crepidæ veluti παντόφελλοι, id eſt, in totum è ſubere, aut certè, quarum ſoleæ totæ ſint è ſubere compactæ. Sic enim ſubſtructæ jam

2 Forſan ex Caſaubono ad Athenæum *l.* 4. *c.* 4. quem id ex Budæo hauſiſſe, hunc vero a Jano Laſcari didiciſſe opinatur Cl. Sperlingius, apud quem plura in hac voce etymologiæ ludibria invenies. Cur vero Plinii verba ad crepidas ſolas adſtringat noſter, non percipio, quum illa nihil definiant; & βλαύταις ſive ſandaliis ſuber quoque infartum pridem docuerunt viri eruditi ex notiſſimo Alexidis fragmento apud Athenæum & Clementem Al.

Τυγχάνει μακρά τις οὖσα;
φελλὸς ἐν ταῖς βλαυτῆσιν
Ἐγκεκάττυται; μακρά τις;
διάβαθρον λεπτὸν φορεῖ.

Eſt quadam procera? ſuber in ſoleis
Inſuitur: quadam brevis?
ſoleam tenuem geſtat.

Adde inſuper Caſaubonum ad *Suetonii Julium c.* 73.

jam pro more cernuntur Crepidæ, quas παντοφέλλες dicimus, ut unam & alteram è ſubere ſoleam integram, & ad talum pluribus aliis particulis auctam habeant, quæ duabus aliis è corio ſoleis incluſæ concinnè cohærent. Et hanc ſuberis Crepidarum ſoleis inſerendi rationem olim etiam, hyberno præſertim tempore, uſurpatam, non obſcurè docet [m] Plinius, ubi varios ſuberis uſus enarrans ait: *Illius uſus fuit in Hyberno fœminarum calceatu: Quamobrem eum non infacetè Græci corticis arborem appellant.*

m *Lib.* 16. *c.* 8.

CAPUT XV.

Cothurnorum ſtructura, uſus, color, figura, & figurata ſignificatio.

Grandia cùm patulas deceant ὑποδήματα *plantas,*
Nunc patulo grandes juvat ore ſonare Cothurnos.

HEroas illos, quorum præclara olim facinora, cùm Poëtæ tùm Scriptores alii, litterarum monimentis conſignarunt, magno, procero, altèque edito corpore

 fuiſſe,

fuiſſe, receptâ jampridem multorum haud ſubleſtæ fidei auctorum conſenſione eſt conteſtatum. Unde, cùm ea ſtudia poſterior ſuccedentium hominum ætas ſectata eſt, quibus Heroum illorum res præclarè geſtas, funeſtoſque caſus in theatris repræſentarent: neque tamen quâ illi corporum proceritate fuerant inſignes, eam poſſent æquare, propter inæqualem humilioris ſtaturæ compoſitionem, ad altam Cothurnorum ſtructuram ſeſe ſutorum accinxit induſtria; qua factum, ut in edita calceatûs illius Tragici compage graſſantes Roſcii ſpectabilem illam veterum Heroum magnitudinem aſſequerentur. * Quid? *An leviora ventis verba damus?* A graviſſimo illo & rerum antiquarum ſcientiſſimo Scriptore pondus accedat. [a] Tertullianum intelligo, qui inſana Gentilium ſpectacula Chriſtiano ſale perfricans: *Diabolus*, inquit, *Tragœdos Cothurnis extulit*. Ecce, ſignanter uſus *efferendi* vocabulo, editam illam Cothurnorum ſubſtructionem ita graphicè

a *L. de ſpectaculis cap.* 23.

* Exemplo nobis erit Hercules Tragicus, quem Cothurnatum & ſinuoſa veſte indutum, è Muſeo *D. Caſſiani a Puteo*, Equitis, nobis repræſentavit rerum antiquarum ſcientiſſimus *Joannes Caſalius*, cujus ideam non piguit hîc adjicere.


* Ne

haud
e eſt
oſte-
ectata
clarè
præ-
orum
ſſent
s ſta-
hur-
nxit
lcea-
Ro-
um
An
mo
cri-
in-
la
n-
e,
n
-
è



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

phicè repræſentat, ut penè oculis altè gradientes Tragœdos uſurpare liceat.[1]

Si verò curioſior quiſpiam expreſſum aliquod inquirat exemplum, quo conceptam ſubſtructionis illius ideam animo contempletur: Quibus in Gallia paſſim, Italia, & Hiſpania nobiliores fœminæ utuntur, calceamenta conſideret, quæ Gallicum idioma *Patins* appellat; eorum infartas alto ſubere ſoleas cùm viderit, vidiſſe ſe Cothurnorum ſuppedanea * intelligat. Et

* Ne dubius animi fluctues, en tibi diverſi generis Cothurnos, quorum qui No. 1. annuente Titiano, in libello *de Habitu diverſarum gentium*, Gallicis & Hiſpanicis, qui No. 2. Venetis; qui No. 3. Turcicis Mulieribus olim in uſu fuere. Elegantiſſimus tamen omnium procul dubio eſt ille Venetus, qui pro varia Matronarum conditione & appetitu, variam ſortitus eſt figuram, ut non defuerint, qui altitudinem trium pedum ſuperarent, id quod mihi Venetiis degenti non ſemel videre contigit. At inquies, ſtatuarum ille calceatus eſt, quæ immobiles uno in loco conſiſtunt. Minimè verò: nam ſuccollantium ancillarum turbam ſecum ducebant, quarum ope, quod conficiendum erat iter, peragebant. Nunc commodioris uſûs gratiâ eò deventum eſt, ut *Zoccolis* utantur, quod cothurni genus ad dimidii pedis altitudinem aſcendit: ita unâ eâdemque operâ ſimul gravitati conſulitur, & compendium impenſarum & moleſtiæ inventum eſt.

1 Quem apparatum elegantiſſime deſcribit Lucianus *de Saltat. p.* 924. dum ait, καὶ φοβερὸν θέαμα εἰς μῆκος ἄρρυθμον ἠσκημένος ἄνθρωπος, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος. *& horrendum ſpectaculum, homo in incongruam longitudinem erectus, calceis altis vectus*, & quæ plura ſequuntur. Etiam videndus Torrentius ad Horatium *de Arte poet. v.* &c.

Et eò ſanè reſpiciens acutus acerque vitiorum cenſor [b] Juvenalis, aliquando dixit appoſitè:

> —— *ſi breve parvi*
> *Sortita eſt lateris ſpatium, breviorque videtur*
> *Virgine pygmæa nullis adjuta Cothurnis.*

Hinc namque non obſcurè Cothurnorum altitudinem ſpectandam exhibet, cùm eos mulieribus altiùs attollendis uſurpatos inſinuat, quas parcior natura breviores contractioreſque efformavit. Hinc etiam extat [c] viri cujuſdam docti ſanè atque eruditi ſalſum & facetum dicterium, in Italicas mulieres, earumque maritos, dum eos ait *uxorum ſuarum dimidium in lectis genialibus amplecti, altero earum dimidio cum Calceis ſuis depoſito.* Ita ſcilicet altè ſubſtructis illis Cothurnis impoſitæ mulieres attolluntur, ut ſi poſtea relictis iis incedentes eaſdem intuearis, dimidia ſui parte minores humilioreſque credas.

Verùm ſi ſic editam æſtimare decet veterum Cothurnorum ſtructuram, quid cauſæ eſt, cur Poëtarum [d] princeps Cothurno venatricem calceat? Sic enim ille:

Vir-

b *Sat. 6. v. 505.* c *Scaliger l. 1. poetices cap. 13.* d *Lib. 1. Æneid. v. 340.*

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,
Purpureoque altè ſuras vincire Cothurno.

An non fractum, mollem, tardumque præſtant ingreſſum Cothurni? An non expeditiſſimam velociſſimamque decet eſſe venatricem? Quid igitur, an tardus veloxque ingreſſus eodem parique gradu concurrant? An ergo par, idemve negotium feras per abrupta montium, perque ſalebras & anfractuoſa ſylvarum diverticula preſſo urgere veſtigio: & per æquabilem complanatamque plateam, ſponſarum, aut Junonis ſacra portantium more, gravi ſuſpenſoque gradu inambulare? Quæſtio[2] hæc

2 Magis intricatam proponit quæſtionem, dum Servii ad illum locum explicationem, quæ eſt, *Cothurni ſunt calceamenta etiam venatoria, crura quoque vincientia, quorum quivis utrique aptus eſt pedi*, negligit, ideoque perperam κατάχρησιν a poeta ſtatuit adhibitam. Nam tota difficultas plane tollitur, ſi triplicem cothurni ſpeciem apud antiquos uſitatam fuiſſe obſervamus, nimirum in tragœdia, venatione, & puellarum ſtaturam adjuvantium cultu, in quibus tamen magis improprius ejus uſus videtur pro quocunque altiore calceatu. Sed difficilior nodus in eo ſedet, quænam forma illis fuerit, & utrum eorum obſtragula ad mediam tibiam procurrerint cum tota pelle, an vero per ligulas & vincula. Prius aſſeverat noſter & hic & c. 21. refragantur Rubenius & ex eo Bynæus *l.* 1. *c.* 6. *n.* 8. Nam ille Iſidori & Sidonii teſtimoniis credens cothurnos eſſe in modum crepidarum putat, quæ per vincula ad mediam tibiam adſcendebant, quoniam Tyrrhenicos calceos & cothurnos eoſdem eſſe conjicit, quum Ovidius *cothurnum Lydium* appellet, hoc eſt Tyrrhenicum aut Tuſcum. Iſtas nebulas ut diſcutiamus, commodiſſimum erit

hæc, tot adverſorum conſequentium ſpiris implexa, haud facilè diſſolvenda quibuſdam fortè videatur. Sed eam, non contentis quidem brachiis, aut operoſo niſu; at facili tantùm manu ſic explicamus. *Cothur-*

erit Lydii cothurni formam inſpicere. Hanc opportune præbet elegantiſſima Herodoti narratio in *l.* 6. *c.* 125. ubi tradit Alcmæonem, quum a Crœſo tanta auri copia donatus eſſet, quantam ferre poſſet, ſubligatis laxiſſimis cothurnis theſauros regios ingreſſum eſſe, & ad tibias aurum infarſiſſe, quantum ejus cothurni capiebant, κοτόρνους εὐρυτάτους ἐόντας ὑποδησάμενος παρέσαξε παρὰ τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ, ὅσον ἐχώρεον οἱ κότορνοι. Utique hæc hiſtoria omnem dubitationem de medio tollit, & crepidarum formam intectam adeo non admittit in Lydiis cothurnis, ut omnino ſtatuere debeamus, eos plane totum pedem & ipſam tibiam obtexiſſe integra & ſolida pelle, propter quam inſignem & capacem cavitatem tales calceos elegit Alcmæon, utpote qui grandem auri quantitatem continere poſſent, ad quam aſtutiam crepidæ hiantibus corrigiis pedibus alligatæ, & propterea quaſi rimarum plenæ & perfluentes prorſus ineptæ erant. Talis quum fuerit vulgaris virorum cothurnus in Lydia, unde in Etruriam cum ſcenico apparatu tranſiit, an de tragico adhuc dubitabimus? Nam ibi enormis altitudo quam maxime eam ſtructuram exigit, ut firmius pedi adhæreat, & tutum ingreſſum præſtet, qui etiam ſic ſatis moleſtus & fallax erat, unde frequenter eum irridet Lucianus, & egregie loco *in princ. cap.* citato. Hoc ut manifeſtius ſit, efficient venatorii cothurni, ſi eos aſſimilare licebit Dianæ venatricis ἐνδρομίσιν, quas illuſtrans Illuſtriſſimus Ez. Spanhemius *ad Callimachi Hymnum in Dianam v.* 16. erudite ex Galeno Creticum calceorum venaticorum morem & deſcriptionem adjungit, ex cujus verbis optime intelligimus, quomodo *cothurnis ſuras vincire* dixerit Virgilius, & Ovidius eos *alta pedum vincula* & *pictos cothurnos*, quibus ipſam Tragœdiam innexam & elevatam fingit, perinde ut alter Sidonii verſus in *c.* 21. citatus, appellaverit. Interim præterire non poſſum melius legi iſtum locum in ultimis editionibus, quam in Baſileenſi, hoc modo, ἔστι δὲ ἱκανῶν· ὑπ' αὐτοῦ πολυσχιδές τι δέρμα καθ' ἑκάτερον τὸ μέρος, ἀρίστη

thurnum eò loci Poëta pro calceo, ſpeciem nimirum calceamenti pro alia ſpecie *καταχρηστικῶς* uſurpavit. Unde non eſt quod Cothurnus ille Venaticus Tragico ſimilis omnino fuiſſe cenſeatur. Neque violenta tamen

ἀρίστερόν τε καὶ δέξιον, ἴσον ἐντεταμμένον τε, καὶ ἰδίᾳ συντετρημμένον ἐπὶ τοῖς πέρασιν &c. ut illorum calceorum ſuperiorem pellem concipere debeamus fuiſſe ſolutam nec ſutura junctam, ſed multifidam ab utraque parte, dextra & ſiniſtra æqualiter inciſam, & in extremitatibus ſingulis perforatam, ut loro per foramina trajecto conſtringantur e regione ſita pellis ſegmenta, & in media ſuræ parte coeant. Hoc ſi non ſatis arcte fiat, vides quomodo laxo pes natet altus in cothurno, ut ait Sidonius. Itaque, quomodo crepidarum formam in iis comminiſcatur Iſidorus, me non intelligere fateor; & hinc in Sidonii Panegyrico meram poeſin agnoſcere debeo, cujus auctoritate *cothurni* & *crepidæ* vocabula confundit impune. Niſi malimus eum cothurni appellatione indicare voluiſſe ſoleæ altitudinem, prout talem jam ante in Tyrrhenico ſandalio vidimus. Quemadmodum vero tragœdia Baccho ſacrata erat, & cothurnis calceatus ipſe occurrit apud Virgilium *l.* 2. *Georg.* 8. quem ejuſdem habitum declarare puto Lucianum *in Baccho p.* 511. ubi cum contra Indos tendentem ſic quoque ornatum ſcribit, *βοτρύοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι καὶ χρυσῇ ἐμβάδι*: ſic etiam Bacchantium virorum ſive ſacerdotum ejus proprium erat cothurni geſtamen; inde *cothurnos gerebat* Silius apud Tacitum 11. *An.* 31. & Antonius *cothurnis ſuccinctus* apud Vellejum notante Lipſio; inde Eunæus Bacchi ſacerdos habuiſſe dicitur *picta vincula plantæ* apud Statium *l.* 7. *Thebaid.* 657. Nam olim opprobrio habitum & effæminatum erat eorum geſtamen, quare *κ[illegible]νας ὑποδέεσθαι* Lydos rebellentes Cyro ſuadet Crœſus, ut virtus eorum corrumperetur narrante Herodoto *l.* 1. *c.* 155. & hinc Scholiaſtes Ariſtoph. *in Ranis a* 1. *ſc.* 1. Bacchum ideo vult cothurnatum a poeta fingi, quia *ὁ κροκωτὸς καὶ ὁ κόθορνος γυναικεῖά ἐστιν*; & ab eodem habitu avum Antonii Tuditanum traducit Cicero *Phil.* 3. *c.* 6. & Caligulam Seneca de *Conſtan. Sap. c. penult.*

3 Quo

tamen hæc uſurpatio putanda eſt, qualis in rebus, quæ maximè ſunt ab invicem diſcrepantes. Nam ea Cothurnis, quoad formam ſpectat, cum Calceis intercedit affinitas, ut ſi eorum infartas alto ſubere ſoleas demiſeris, cætera Calceis aptè reſpondeant. Quemadmodum enim, ut ſupra demonſtratum eſt, ad mediam uſque tibiam Calceorum obſtragula procurrebant, ita protenſa Cothurnorum integumenta medium etiam crus hinc inde cinxiſſe, non eſt qui jure queat in dubium revocare.

Quod ſi quis noſtras hîc merces ſine fido ſponſore non emat, neque quidquam ampliùs in animum ſuum inducat, quàm quòd illi legitima fidelium auctorum teſtificatione fuerit comprobatum, ecce præſtò Livius Andronicus, qui Dianam venatricem ſic alloquens,

Et jam purpureo ſuras include Cothurno;

fidem ratam indubitatamque facit. Nam qua tandem ratione Cothurnus ſuras, quæ craſſiores crurum partes ſunt, includat, niſi altè, medio ſaltem crure tenus, integumenta ſua protendat? Sed quid opus Andronici teſtimonio? An non id apertè abundèque ſatis paulò ante prolata principis Poëtæ verba teſtantur? Certè cùm hæc audimus,

Pur-

Digitized by Google

Purpureoque altè ſuras vincire Cothurno, niſi loliginis ſucco victitamus, ſtatim ea mens menti noſtræ ſuccedat oportet, ut altum tibiam verſus mediam Cothurnum intelligamus. Hac igitur in re, qua ſeſe veterum calceorum ſtructura inſigniter extulit, non adumbratam quidem, at expreſſam eorum formam atque imaginem Cothurni ſunt imitati. Sed ne hoc quoque diſcrimen ſilentii latebris involvam, quo Cothurnorum inſigne decus ſupra vulgares calceos emicuit, illos utplurimùm fuiſſe purpureos, [3] ſi nulla alia ſuppetant argumenta, ſatis ſuperque teſtes ii demonſtrant, quorum unum idemque os, in uno eodemque Cothurni epitheto (*Purpureo* nimirum) proferendo, ſeſe jam proximè dedit obſervandum. Omitto commemorare purpureum illum colorem Tragicis admodum fuiſſe conſentaneum Theatris, in quibus quidem Regum Reginarumque, conſpicuo ſplendentis purpuræ decore illuſtrium, infortunati caſus, luctuoſaque funera repræſentabantur.

Quid ſi tandem aliud adjungam, quo Cothurnorum forma ſuis planè depicta coloribus

[3] Quo reſpectu eos pictos appellat Ovidius *l.* 2 *Amor. el.* 18. & *l.* 3. *el.* 1.

4 Ta-

loribus exhibeatur? ἀμφοτεροδεξίους Græcorum filii Cothurnos indigitare conſueverunt, propter ambidextrum, quem illi præſtabant uſum, cùm Tragœdorum, tùm mulierum pedibus indiſcriminatim calceandis. Unde mihi mens ea ſuggeritur, fuiſſe Cothurnos lepidiore quadam concinnitate calceis elegantiores. Sic enim ἀμφοτεροδεξίαν illam ratio ſuadet imaginari, non quòd laxior Cothurnorum amplitudo facilem utrique pedi calceatum præberet,[4] ut plerique ſunt arbitrati, ſed potiùs quòd utrimque repanda Cothurnorum latera ſeſe pari tenore molliter incurvarent, æquabilique tandem modulo reducta, atque invicem recurrentia, directum acumen antrorſum efformarent; ita ut in iis nullum eſſet dextri ſiniſtrive pedis, aut laterum interiorum exteriorumve diſcrimen. Cujus formæ expreſſam imaginem oculis ſubjectam intueri licet in elegantiore illo calceatu, quo jam paſſim honeſtioris fortunæ viri atque mulieres utuntur: hunc ſiqui-

4 Tametſi inconcinna ejuſmodi forma minime videtur in venatorio & muliebri cothurno debere ſupponi, tamen in tragico illam depingit Lucianus *in Gallo p.* 263, ubi inter alium Tragici in media ſcena cadentis apparatum ſcribit καὶ τ̃ ἐμβάδων τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην, καὶ οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδὸς. Ita apparet, quanti hæc Balduini fictio æſtimanda ſit.

Digitized by Google

quidem, propter æquabilem illum utriuſque lateris modulum, non magis dextrum, quàm ſiniſtrum poſſis aſſeverare. Cùm in contrarium ſic efformatos ruſticorum viliorumque hominum vulgares calceo animadvertas, ut extrorſum magis quàm introrſum protuberante laterum amplitudine inſignes maximè videantur. Atque ab hac Cothurnorum ἀμφοτεροδεξία mutuati ſunt veteres illaudatum *Cothurnati* agnomen, in eum meritò uſurpandum, qui, diſtracta bellis civilibus Republica, modò has modò illas partes amplectitur: aut ſi mavis, qui inter utraſque ſic hæret dubius, ut in neutram propendeat, atque ita ſedet interea publicæ calamitatis ſpectator otioſus. Unde Theramenem illum Rhetorem Athenienſem, cùm tumultuantibus inter ſe, atque in diverſa diſtractis Athenienſibus, in utramque partem civilis adminiſtrationis inclinaret, famoſo *Cothurnati* titulo inſignitum fuiſſe, ſapiens ille graviſque ſcriptor [e] Plutarchus reliquit litteris conſignatum.

Sed ecce nos tandem ad ſe evocat figurata Cothurni Tragici ſignificatio. Audiamus igitur, quàm conſentientibus ſuffragiis non è trivio Scriptores, ſed qui meritò præcipuas in Latina civitate ſedes occu-

[e] *In Nicia.*

Digitized by Google

occupant Poëtæ, *Cothurnum* pro ſtylo gravi, pleno, ſublimi, atque Tragico uſurparint. En ut primùm canit ſuo more graviter & ſonorè [f] Virgilius.

Sola Sophocleo tua carmina digna Cothurno.

Quem imitatus [g] Martialis ita quærit lepidè:

Dic, Muſa, quid agat Canius meus Rufus?
An in Cothurnis horridus Sophocleis?

Unde proverbiorum albo cœpit omnium conſenſu adſcribi, *Sophocleus Cothurnus:* ad altum & ſublimem dicendi characterem exprimendum. [5] His ſuccedens ita ſuccinit [h] Horatius cùm Æſchyli Poëtæ magniloquam in dicendo vim attolit:

Qui docuit magnumque loqui, nitique Cothurno

Et eòdem apertè collimans [i] Propertius

Deſine & Æſchyleo componere verba Cothurno.

Rurſuſque aliàs eandem premens orbitam idem [k] Poëta:

Hae

f *Eclog.* 8. *v.* 10. g *L.* 3. *ep.* 20. h *In art. Poët.*
i *El. ult. l.* 2. k *El.* 16. *l.* 3.

5 Sed primam ejus originem, cur Virgilius cothurnum dixerit *Sophocleum*, omittit, quæ ab Servio petenda eſt ibi notante, quoſdam putare Sophoclem eum primum ſcenæ intuliſſe.

6 Sine

Hæc ego non humili referam memoranda
Cothurno. 6

Quid? An [l] ingenioſus Poëta hîc ſileat? Non equidem tam firmis lateribus, non tam ventoſo fortique pulmone & patulo gutture fuit, ut eo canente Theatra Tragico bombo reboarent: De ſe tamen hoc prædicavit,

Et dedimus Tragicos, ſcriptum regale, Cothurnos.

Hinc ad eum tenorem vocem ſuam adtemperans [m] Juvenalis ait,

——— *Poſcimus ut ſit*
Non minor antiquo Rubrenus Lappa Cothurno.

Atque ut altum & ſublime dicendi genus per *Cothurnum* ante laudati Poëtæ ſignanter expreſſerunt, ita quibus hoc à natura conceſſum, ut ampliore vena grandiloqua metra profunderent, quibus animoſo, vividoque ſpiritu, atque ore patulo pronunciatis

l *L.* 2. *Triſt.* m *Sat.* 7. *v.* 70.

6 Sine dubio ad ſtylum alludit poeta: ſed humiles cothurnos novit quoque Pollux, ubi ἐμβάδας deſcribit, quod ſint εὐτελὲς ὑπόδημα, τὴν ἰδέαν δὲ κοθόρνοις ταπεινοῖς ἔοικε, eoſque in ſcena quoque uſurpatos idem docet *l.* 4. *c.* 18. καὶ τὰ ὑποδήματα, κόθορνοι μὲν τὰ τραγικὰ, καὶ ἐμβάδες, quaſi quum cothurni fuerint heroum alti, ſic humiles iſtos geſtarint abjectioris conditionis perſonæ & ſervi, ut eo eminentiorem formam perſonati iſti heroes exhiberent.

Inter

ciatis, arcuata Theatrorum ſubſellia circumſonarent, eos epitheto, non quidem probri, ut antea, ſed eximii cujuſdam honoris titulum præferente, *Cothurnatos* placitum fuit appellari. Unde qui Poëta dum canit, cæteri mutiant oportet, ille inquam Poëta, omnium facilè princeps Virgilius, *Cothurnatus* à Martiale meritò fuit appellatus, ubi ſic ille:

Grande Cothurnati pone Maronis opus.

Hinc etiam ea dicendi facultas, quæ magnifico ſeſquipedalium verborum apparatu ſuperbificè inſtructa, moderatum loquendi tenorem imis conculcat pedibus, ſeſeque tantùm attollit, ut ipſo vertice ſidera tangere velle videatur, ea inquam eloquentia, bellè compoſito vocabulo *Cothurnata* nuncupata eſt. Quod ſi verbis hîc quoque fides videatur per auctores adſtruenda, ecce præſtò ſuccurrit eloquentiſſimus ille Doctor, quem Chriſtiana Reſpublica ſuum Ciceronem agnoſcit, qui cùm à temperato dicendi charactere ſuum Pammachium commendaret, non minus ingenuè quàm eleganter hæc expreſſit: *Non Cothurnatam affectas eloquentiam.* Sed ne Cothurnatam hanc eloquentiam nimium affectare videar, plura, quæ largiore manu profundi poſſent, quæque recitanda

loqua-

Biblioteca
NAPOLI
V.E. III

Digitized by Google

Pag. 145



Digitized by Google

loquacem delaſſarent [n] Fabium, lubens volenſque prætermitto: atque adeò, ut tandem caput hoc concludam, ad inſtitutam de Cothurnis enarrationem verbum non ampliùs addo.

CAPUT XVI.

DE SOCCIS.

Quis eorum uſus, color, & quæ forma.

Ut pedibus Socci tenues exilibus apti,
Exilis Soccis ſic ſtylus exiguis.

SUccedunt editis Cothurnis humiles Socci, qui Comici & muliebres fuere. * Comici quidem, cùm his uterentur Comœdi in fabulis, in quibus utplurimum humiles & viles perſonæ inducebantur, utpo-

n *Lege Savar. in Sidon. l. 2. ep. 9.*

* Inter Comicos numerabantur olim & Mimi & Pantomimi, qui geſticulationibus quibusdam & motibus cum laſcivia prolatis, ſermones cujuſlibet & acta imitabantur. Hi ſucceſſu temporis uſque adeo propudiosè ſcenam fœdaverant, ut propterea indigni habiti ſint qui inter cives numerarentur. Horum plures, humili & populo communi Socci calceamento ex Caſalio hîc proponimus, atque illos quidem perſonatos, à *perſona* ſic dictos, quod indumentum erat, quo caput & os undique tegebatur, unâ tantùm vocis emittendæ viâ pervium; per quam coacta vox magis claros, canoroſque ſonitus emittebat.

utpote aſoti adoleſcentes, deliri ſenes, paraſiti, lenones, meretrices, & aliæ ejuſmodi quiſquiliæ. Unde, cùm plebeio ſermone Comœdi illi loquerentur, hinc factum, ut *ſoccus* interdum pro humili ſtylo, vel pro leviore carminis forma ſumatur: quemadmodum *cothurni* voce ſublime dicendi genus aliquando intelligitur, ut *ſuperiori capite* dictum eſt. Utramque ſignificationem notavit Martialis hoc verſu;

An juvat ad Tragicos Soccum transferre
Cothurnos?

Id eſt, viſne relicto Epigrammatum ſtudio aliud genus carminis tractare, Tragicum nempe, vel Heroïcum? Ita [a] Horatius

Verſibus ornari Tragicis res Comica non vult.
Indignatur item privatis, ac propè Socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.

Ubi *digna ſocco carmina* non alia ſunt, quàm Comica & humili ſtylo ſcripta. Quod verò mulierum etiam fuerint, innuit [b] Suetonius, ubi de Vitellio ſic loquitur: *A Meſſalina petiit, ut ſibi pedes præberet excalceandos, detractumque Soccu-lum dextrum inter togam & tunicam geſtavit aſſiduè.* Ergo Meſſalina Soccis erat calceata.

a *In art. poët.* b *Cap. 2.*

Digitized by Google

-ceata. Ita [c] Propertius proſtibulum paucis, ſed graphicè deſcribens ait:

Cui ſæpè immundo Sacra conteritur via ſocco.

En fœminæ Soccum tribuit, quem dicit *immundum*, id eſt lutulentum, aſſidua nempè per Sacram viam itatione. Scortorum enim eſt diſcurrere paſſim & vagari. Unde Hebræi ſcortum *foras prodeuntem* dixerunt. Cùm igitur Socci mulierum eſſent proprii, probro viris datum eſt iis uti. Unde [d] Seneca, de C. Cæſare ſcribit: *Qui excuſant eum, negant id inſolentiæ cauſâ factum: ajunt ſocculum auratum, imò aureum margaritis diſtinctum eum oſtendere voluiſſe.* Et apertiùs idem: *parum enim fœdè furioſèque inſolens fuerat, qui de capite Conſularis viri ſoccatus audiebat*, &c. ubi indignum facinus videri vult Seneca, Imperatorem in judicio ſediſſe Soccis calceatum [1], utpote parum virilibus, magiſque mulierum propriis. Inde etiam eſt, quod Herculi apud Omphalem agenti tribuuntur,

c *L.* 2. *eleg.* 18. d *L.* 2. *de Benef. c.*12.

1 Perinde ut ſupra *c.* 6. etiam hic ſoccatum tantummodo notat Cajum. Sed videndum, an non major accedat in viro contumelia, quod ſolum epigris ſive clavis ſuppactum habebat, qui in ſoccis alibi vix apparent, niſi apud Plautum *in Bacchid.* quem locum habuimus *c.* 6. & *Trinum.* apud Nigron. *c.* 4. *n.* 9.

tur, inter alia nequitiæ inſtrumenta,[2] faſciæ crurales, & Socci muliebres, apud [e] Senecam in Hypol.

Crura diſtincto religavit auro,
Luteo plantas cohibente Socco.

Ubi ſicut *verſu ſequenti* notandus Soccorum color luteus, albicanti ſeu dilutiori croceo ſimilis: licèt eos interdum alicujus alterius fuiſſe coloris non negem. Parum verò viriles Socci, ut qui choreis (quæ verè viros dedecent) agitandis apti eſſent. Unde Hymenæum, nuptiarum Deum, ita calceatum, ſic invocat [f] Catullus,

Huc veni niveo gerens
Luteum pede Soccum.

Indeque, quo fine velit ita inſtructum oſtendens, ſubjungit:

Excituſque hilari die,
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula,
Pelle humum pedibus,

Sic *pedem liberum*, id eſt leviore Socco indutum, libens caperem apud [g] Horatium, ubi ſodales ſuos ad hilaritatem excitans,

Nunc,

e *Ch. act.* 1. f *Epithal. Julj & Mallj.* g *Od.* 37. *l.* 1.

2 Suffragatur ei magnus Caſaubonus *ad Suetonii Auguſt. c.* 82. ſed Salmaſius *ad Lampridii Alexandr. Sev.* & poſt eum A. Bynæus *l.* 1. *c.* 8. de periſcelidibus accipiunt, quod ſi verba ſpectemus, hoc loco verius videtur.

3 Multa

Nunc, inquit, *pede libero pulſanda tellus.*

Quanquam ibi non negem *liberum* pro expedito, & celeriter ad lyræ numeros incedente accipi.

Atque hic uſus Soccorum fuit, ex quo facilè colligimus, quales & cujus formæ eſſent. Sic enim tenues & humiles fuere, ut non multùm pedes impedirent, etiamſi supernè eſſent contecti. Quo fiebat, ut facilè poſſent aliis omnibus Calceorum ſpeciebus induci, ad eum credo modum, quo jam Calceoli, qui Gallicè vocantur *Eſcarpins*, ſive Mulleis, ſive Crepidis inſeruntur. Et [h] Plinius id totum innuit, ſi benè nutus ejus obſerventur, dum de mulierum ſui temporis luxu ſic loquitur: *Gemmas non tantùm Crepidarum obſtragulis, ſed & totis Socculis addunt.* Ac ſi diceret, ſic in ſui cultu noſtræ mulieres inſaniunt, ut etiam Socculos ſuos gemmis ornent; qui tamen Crepidis inſerti penè latent: cùm ferendum utcumque eſſet, ſi eas tantùm Crepidarum ſuarum obſtragulis adderent, quæ nimirum magis apparent. Deinde cùm *totos Socculos* dicit, iis in totum pedes opertos inſinuat, ad Crepidarum diſcrimen, quarum quidem obſtragulis ſic

 pedes

h *L. 9. c. 35.*

pedes operiuntur, ut tamen tali nudi ſuperſint. Hujus autem Pliniani loci occaſione ſubit dicere, veteres olim eas in Soccis poſuiſſe delicias, ut eos bracteis aureis inducerent. [i] Tertullianus, *Soccus & baxea quotidie deaurantur.* Unde mirificè pulchros & ſplendidos fuiſſe, non eſt dubium; cùm iis gemmæ, aliique micantes lapilli eſſent additi; ut de Caji Principis Socco paulò ante relatum eſt.

[3] Quid plura? ſi Soccorum expreſſior forma

i *L. de Idol. c.* 8.

3 Multa proponit hoc & præcedente paragrapho, quæ idoneorum teſtium probatione egent, ut nobis ea perſuadeat. Nam quum ex Plinii verbis conjecturam elicit, quaſi mulieres duplices calceos ſimul ſumpſerint, & ſocci crepidis inſeri & illic latere ſoliti fuerint, ab ejus mente prorſus aberrat, quippe quæ id vult mulieres non contentas fuiſſe crepidis, in quorum obſtragulis & raris corrigiis gemmæ & lapilli fulgerent, ideoque iis ſpretis potiſſimum ſumpſiſſe ſocculos, quorum ſolidam pellem quæ integrum pedem tegit, totam majore gemmarum numero exornare poterant, idque ita feciſſe, ne qua pars corii conſpicua ſit. Itaque Plinius tantum illa calceamenta invicem opponit. Deinde quum ſoccos cum udonibus & chauſſons comparat, utique eorum materiam linteam credidit. Sed quomodo iſti conjecturæ aſſenſum præbebimus ſine ullius auctoris fide? Opponuntur ubique ſocci cothurnis, quod hi alto ſolo, illi humili ac depreſſo gaudebant: at nemo etiam materiæ diverſitatem oppoſuit. Dicuntur ſocci pedes calceare, ſacram viam conterere, clavis ſuppingi, & cum crepidis conjunguntur. Quid? nonne hæc manifeſta ſunt indicia fuiſſe eos ex eadem materia confectos, ex qua reliqui calcei, ad quos plerumque corium placuit; & quæ materia facilius deaurari poterat? vel quænam aptior ad decipiendum ridiculum & ſomnolentum Claudium, ut faciem confricaret, quam rugoſa ſoccorum pellis? Unde potius videtur

hoc

Digitized by Google

forma quæritur, non abſimiles admodùm fuere iis pedum involucris, quibus ad plantarum mundiciem jam paſſim utimur, quæ populari lingua dicimus *Chauſſons*. Et ſanè Gallica hæc appellatio à *Socci* voce non multùm recedit. Unde non malè quis Soccos Udonibus, Udoneſve Soccis ſimiles dixerit, quidquid contra Vivem cenſuerit Junius nomenclator: Udones enim ſunt, quos Apulejus appellat *linteos calceos*, qui etiam Socci dici poſſunt. Et de his intelligendus [k] Martialis, cùm dicit:

Non

k *Epig.* 140. *lib.* 14.

hoc leviſſimum fuiſſe calceamenti genus ſolea plerumque deſtitutum, ut in præcedente figura apparet, ut agiliores eſſent fabularum actores ad peragendas partes. Docet hoc Iſidorus, dum ait: *Socci cujus diminutivum ſocelli, appellati inde quod ſoccum* (ſive *ſaccum*, ut teſtatur Voſſius *in Etymol.* ſe inveniſſe in ſuo codice) *habeant, in quo pars plantæ injicitur. Socci non ligantur, ſed tantum intromittuntur. Gernui ſocci ſunt ſine ſolo.* Quibus poſtremis, ut hoc obiter moneam, proxime accedit *Cernuus*, quod calceamenti genus appellat Feſtus Pompeius. Itaque etiam vulgo ſoccis ad commoditatem utebantur, ne vinculis pedes conſtrictos haberent, ideoque mollibus fœminis & luxurioſis viris placere id calceamentum potuit. Quum autem ſtatuæ eos medio crure tenus extentos exhibeant, non obſtat Suetonii narratio, quoniam hoc in ſtupido facile erat. Et ut ſocci in ſcena Latina adhibebantur, ita ἐμβάται in Græca teſte Polluce, qui has κωμικὰ ὑποδήματα & ὁμοίας τοῖς κωμικοῖς ὑποδήμασι vocat. Sed an ejuſdem formæ fuerint, quis planum faciet? Nam Salmaſius ſoccorum appellationem ab συκχὰς derivat, etſi Pollux dicat eam κρηπῖδι ἐοικέναι, quæ ego non concilio.

 l Hoc

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti,
Cinyphio poterit planta latere ſinu.

Hîc enim cilicinos Udones deſcribit, qui calceoli erant ex pilis hircinis caprinisve confecti: Cùm aliàs è lana, aliàs è lino, ad pedum vel calorem, vel mundiciem confici ſolerent. Ex quibus hoc tandem intelligendum relinquitur, quod non fuerint Socci, calceorum ad inſtar, medio crure tenus extenſi; ſed tantùm ad eam partem, qua tibiæ pes conjungitur. Aliàs non facilè potuiſſent aliquando per ocium dormientium manibus induci, quemadmodum id ſæpè factum in Claudium Imperatorem refert *in ejus vita* [1] Suetonius.

CAPUT XVII.

DE PERONIBUS.

Qui Ruſticis, Militibus, Præfectis Vigilum, Plebeiis, Peregrinis, & Mulieribus olim uſurpati.

A *Pera* petita *Peronum* appellatio, peras laxitate Perones imitatos oſtendit. Unde D. [a] Hieronymus apud Hebræos camdem

1 *Cap.* 8. a *In Cap.* 44. *Geneſ.*

camdem vocem & Peronem & ſacculum ſonare docet. Et ſanè ruſtici, [1] & agricolæ, quibus illi familiares fuere, ut [b] Servius [c] Budæuſque teſtantur, amplioribus & laxioribus pedum crurumque integumentis gaudere ſolent: Ut qui plus in calceatu, ut & cætero habitu, fructuoſum uſum, quàm concinnam elegantiam ſpectent. Hinc à Peronum illorum* calceatu *peronati* epitheton aratori tribuit [d] Perſius:

Navim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

Sic igitur laxa erat illa Peronum amplitudo, ut ad mediam ſaltem tibiam ampliter procurrerent; quo ſcilicet minus limo ac luto aratorum pedes inferioreſque tibiarum partes inficerentur, ubi per cœnum limumque illis erat gradiendum. Et eam ob rem *altum Peronem* dixit [e] Juvenalis:

Nil

b *In 7. Æneid.* c *Annot. in Pandect.* d *Sat. 5. v. 102.* e *Sat. 14. v. 186.*

1 Hoc adeo verum, ut hinc peronibus jungendæ veniant ſculponeæ, ſimile calceamenti genus, de quibus virorum doctorum conjecturæ exſtant ad Plauti *Caſinam* 2, 8, & denique Munkerum *ad Fulgentium in Expoſitione Sermon. antiq.* Sed quod ex vi vocis videtur ligneum fuiſſe, ut cogitavit jam Voſſius *in Etymologico*, quo reſpectu ſi præcipit Cato bonas, nempe ex ligno firmo & non molli vel putrido, familiæ dari debere, plane ibi eluduntur J. Meurſii conatus.

Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto
Per glaciem Perone tegi. ——

Sed neque ruſtici tantùm Peronibus illis uſi ſunt. Nam & Hernici olim Italiæ populi eoſdem in bellis uſurparunt. Sic enim de iis [f] Virgilius:

—— *Veſtigia nuda ſiniſtri*
Inſtituêre pedis; crudus tegit altera Pera.

Ubi quidem obſervare licet, Hernicos illos uno tantum pede, eoque dextro dici peronatos, Ætolorum bellacium populorum dubio procul imitatione, qui pro more ſic inſtructi ad bella gradiebantur, qui etiam propterea μονοκρήπιδες, id eſt unius crepidæ, fuerunt appellati. Ab his verò ad * alios traductum Peronum uſum facilè eſt conjicere: cùm quæ ſemel utilia quibuſdam viſa ſunt, ea quilibet alii, ubi opus eſt, lubentes uſurpent. Unde cùm apud [g] Paulum [2] legimus, *Calceatum debere*

f *L. 7. Æneid. v. 689. & ſeq.* g *Lege 3. §. ff. de offic. præf. vigil.*

* Etiam Germanos veteres iſthoc calceamenti genere uſos eſſe, teſtis eſt Philippus Cluverius, *Germaniæ antiquæ lib.* 1. unde hanc, quam vides, figuram mutuati ſumus.

2 In cujus lege calceatum Præfectum multi adnotarunt dici a JCto ex eo, quod inter veſtimenta militaria connumerentur & calceamenta, & milites calceati dicantur apud Lampridium *in Alexandro*, idemque obſervavit ex Fl.



Digitized by Google

Digitized by Google

bere Præfectum vigilum coërrare: Tum ſanè Peronibus calceatum illum par eſt intelligere, propterea quòd Præfectis illis id ex officio incumbebat, ut quantumlibet intempeſta nocte per nives, per glaciem & limoſa loca ſæpè coërrarent. Et ad id maximè idonei Perones, qui ſæpiùs ex

Fl. Vopiſco *in Aurel.* D. Covarruvias *l.* 4. *V. R. c.* 3, & inde ad caligas decurrit. Quæ etſi per ſe vera ſunt, tamen ad explicandam legem nullum momentum afferunt. Quis enim milites nudipedes inceſſiſſe dixit? An tam multi in urbe nudis erant pedibus, etiam honeſtioris conditionis homines, ut Spectabilis Vir, qualis erat vigilum Præfectus, moneri debeat, ut calceatus coerret? Meræ nugæ. Itaque alii *caligatum* ſubſtituerunt ſua auctoritate. Sed magis εὐστόχως noſter explicat, ut, ſive perones ſive alium calceatum inducere Præfectus voluerit, utique calceos, non crepidas vel ſoleas habeat, quibus non tantum per nives & glaciem & limoſa loca vagetur, ſed ut pedes quodammodo contra ignis violentiam tutos haberet, & ſemper paratus eſſet ad ſubitos inopinatosque caſus, prout Callimachus *Hymno in Delum*, *v.* 237. fingit Iridem Junoni ſemper præſto eſſe, quia

Οὐδέποτε ζώνην ἀναλύεται, οὐδὲ ταχείας
Ἐνδρομίδας· μὴ οἵ τι καὶ αἰφνίδιον ἔπος εἴπῃ
Δεσπότις. ———

Nunquam zonam ſolvit, nec celeres Endromides, ne repentinum ipſi verbum dicat Domina. Præterea docte obſervat magnus Caſaubonus *ad Suetonii Octavium c.* 30. hos vigiles e libertinis conſcriptos ab aliis militibus per contemptum *ſparteolos* vocatos eſſe, vel a funibus, quorum multus uſus in reſtinguendis incendiis: vel a ſparteis tunicis, quibus erant amicti: vel etiam a genere calceamentorum. Cujus rei in calceamentis non inelegans ratio excogitari poteſt, ſi propterea ſpartum ibi placuiſſe dicamus, ne copioſa aquæ effuſio madidos coriaceos calceos nimis gravaret, & illorum pedibus noceret, & ſic ipſi ad exhibendam operam inepti redderentur, quum ex ſparti levi materia aqua facilius effluere poſſet.

Digitized by Google

ex craſſiore crudove corio, atque adeò interdum ſetoſo erant confecti: Sic enim [h] Sidonius Appollinaris; *Quorum pedes Perone ſetoſo talos ad uſque vinciebantur.*

Quin etiam in ipſa Urbe apud plebeios Peronum uſus obtinuit, ut ex M. Catonis fragmento licet colligere, cujus hæc apud Feſtum ex emendatione Scaligeri: *Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos, alii uncinatos, cæteri Romani perones, &c.* Qui locus, cùm primùm corruptus haberet, *mulleos aliucinatos*, mirum in modum Criticos torſit & exercuit: Unde factum, ut alii legendum cenſuerint, *mulleos alutatos*; alii, *lunulatos*; alii, *calceatus*. Sed meo quidem ſenſu Scaliger omnium optimè, eo quem jam retuli modo, locum illum emendavit. Sic enim tres calceamentorum ſpecies aptè diſtinctas videre eſt: ita, ut, cùm mullei Patriciorum eſſent, & uncinati calcei minus illuſtrium; Perones reliquis Romanis, nempe plebeiis, attribuantur: quibus quidem ſatis erat, ſi utiliter & commodè, magis quàm honeſtè aut eleganter eſſent calceati. Proindeque non eorum poſſum probare ſententiam, qui ex hoc ipſo Catonis loco contendunt Perones Senatoribus, qui magi-

h *L. 4. ep. 20.*

Digitized by Google

magiſtratum curulem non geſſiſſent, uſurpatos fuiſſe; ut ſic ab illuſtrioribus, quorum mullei erant proprii, diſtinguerentur. Nam veroſimile videri nulla ratione poteſt, Senatores, quorum erat ſpectabilis in Republica Romana dignitas, laxo illo & craſſiore Peronum calceatu uti unquam voluiſſe: niſi quis eo tantùm ſenſu Peronibus uſos dicat olim Senatores, ut ipſi Perones καταχρηστικῶς pro calceis uncinatis & lunatis uſurpentur: à quibus equidem, ſi præcisè loquendum, non parum erant diſcrepantes; etiamſi cum calceis illud haberent commune, quòd, ut illi, ſuratim ſive tibiatim calcearentur.

Nec eſt quòd hîc nobis quiſpiam [i] Sidonium Apollinarem in contrarium opponat, ubi Gothorum Senatoribus Perones ſic attribuit;

——— nec tangere poſſunt
Altata ſuram pelles, & poplite nudo
Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.

Nam Gothi illi barbari, ut ortu, ita moribus & cultu à Romanis erant diſcrepantes. Unde nihil mirum, ſi eorum Senatores id calceamenti genus uſurparent, quod in gente Romana ruſticis & plebiis tantùm erat commune. Quin etiam id de

G 7 Gothis

i *Carm.* 7. *v.* 455.

Gothis illis hîc ultro ſeſe offert, & ad rem, obſervandum; quod cùm Romani ſive calceis, ſive Peronibus tibiatim eſſent calceati; hi gentilitio more nudis cruribus & ſuris, nudoque poplite incedebant. Id enim clarè teſtatur proximè jam relatus ex [k] Sidonio locus, cui juvat & alium ab eodem petitum ſubjungere, ubi Gothorum ornatus ita deſcribitur: *Quorum pedes Perone ſetoſo talos ad uſque vinciebantur. Genua, crura, ſuraque ſine tegmine.* Quem in locum Interpres aliquis, aliud, opinor agens, ſcripſit, iiſdem paginis, *Sura Gothis erant ſine tegmine.* Et paulò poſt, *Iis calcei talos contingebant medio crure tenus.* Viderint alii, num id ſit pugnantia loqui.

Sed ut iis omiſſis inſtitutum perſequar, ita Peronem Romanis uſurpatum intelligi velim, ut tamen peregrinum, [3] magis, quàm

k *Ep.* 20. *l.* 4.

3 Antiquum obtinet credulus auctor, quum ſe ab poſteriorum temporum mutatione auferri patitur. Nam quum peronem ab ſuppoſititia peregrinitate vindicet vel unus inſignis apud Feſtum Pompeium M. Catonis locus, an tanti pretii apud Balduinum haberi debebat vel Juvenalis Scholiaſtes, cujus explicatio prorſus antiquo Romano mori repugnat & inepta eſt, vel Saliſberienſis, ut ex iis de priſtinorum Romanorum peronibus judicium ferat? Tum prout erat olim pero rudioris calceamenti ſpecies, & ſic ſemper conſiderari debet, idcirco tantum favet Tertullianus, ut abſurdam Parthorum perones unionibus ornantium elegantiam perſtringat; ſed nihilominus pero Romanis proprius manet.

4 Et

quàm civile eſſet calceamentum. Nam ut ſileam, quod habet vetus [l] Juvenalis Interpres, qui ad hæc:

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Ita ſcribit, *Vel pedules novos in braccis, quos Perones dicunt, habens, ut peregrinus.* Id oſtendit [m] Saliſberienſis, ubi de ſchemate peregrino ſic ait:

Trita tegant frontem pilea, Pero pedem.

Favet etiam [n] Tertullianus, qui de Parthis & Medis ſermonem faciens, quos Romæ vidiſſe ſe teſtatur: *Peronibus*, inquit, *uniones emergere de luto cupiunt:* quos nimirum gentilitio more geſtabant.

Sed quid idem alibi ſibi vult [o] Tertullianus, cùm ait: *Magnum inceſſui munimentum ſutrinæ Venereæ proſpexêre, Perones effœminatos?* Si Perones ruſticorum aut peregrinorum erant calceamenta, ex crudo corio, ſine ulla arte, ad nivem & pluviam prohibendam, comparata; Quid iis cum fœminarum cultu affinitatis, ut *effœminati* dicantur? Nonne fœmininum genus domeſticis rebus, in umbra magis, quàm extraneis, ſub dio, procurandis eſt addictum? Nonne ideò ſoleæ ſeu crepidæ fœminas decent magis quàm Perones?

Mirum

l *Satyr.* 1. *v.* 111. m *In Enthet.*
n *L. de habitu mul. c.* 7. o *L. de pallio cap.* 5.

Mirum quantùm curioſum fœminarum genus omnia vult experiri. Si quid ipſa inſolenti novitate ad cultum corporis pertinere putaverint, nihil eas morabitur, quin id ſtatim ad uſus ſuos transferant. Hinc eo facilè credam impulſas illas olim genio, ut Peronibus etiam uterentur; ſed eorum priùs aſpera ruſticitate in molliorem elegantiam ſic immutata, ut exculti, affabrè conſuti, ornati etiam gemmis, auroque prætexti & ſuppacti eſſent; qui priùs erant è craſſo crudoque corio, craſſa rudique Minerva conſarcinati. Sic illis ipſis olim etiam, ut [p] ante notatum eſt, uſurpatæ fuerunt crepidæ, ſed lepidæ & elegantes: Cùm tamen & crepidarum uſus Philoſophis, cultûs ſui negligentibus, eſſet familiaris. Sic invenuſtæ modò ſibi viderentur noſtræ Veneres, nobilioreſque fœminæ, niſi larvatæ paſſim incederent: cùm tamen in Theatris olim non niſi magis infames Comici larvis uterentur. Cùm igitur in Peronibus illis, ut in crepidis, fœminarum luxuriaretur ambitio, ideò Tertullianus illos *effœminatorum* inſignit epitheto: & eorum *ſutrinam Veneream* appellat, in qua nimirum ſutores omnem ſuam operam atque induſtriam ad venuſtum &

vo-

p *Capite* 14.

voluptarium leporem calceamentis conciliandum referebant. [4]

C A-

Et ſub hac claſſe cenſeri debere videtur Græcum calceamentum itidem cavum ac profundum, & ad lutum arcendum aptum, *arbyla* dictum, quod cum peronibus comparat H. Stephanus *in Ind. Theſauri*; de quo etiam notavit vir illuſtris Ez. Spanhemius ad Callimachum *loco ſupra memorato*, ubi illud Dianæ ἐνδρομίσιν jungit. Sed notanda tamen eſt differentia arbylarum ab Cretenſium venatorum calceis, & peronibus, quippe quum hi ad mediam tibiam adſcenderent, arbylæ tantum μέχρι τῶν σφυρῶν pedem cingebant. Hoc indicat clare Galenus, cujus locum, quia ad peronum deſcriptionem multum confert, hic appoſui. Dixerat Hippocrates *l.* 4. περὶ ἄρθρων de puerulo. Ὅταν δὲ ἐς ὑποδήματος λόγον εἴη, ἄρβυλαι ἐπιτηδειόταται αἱ πηλοπάτιδες καλεόμεναι. *Quando vero ad calceum ferendum aptus eſt, arbylæ accommodatiſſimæ, quæ pelopatides appellantur.* Galenus hæc exponens poſt pauca pergit, ὅταν δ' ἀβλαβῶς δύναται βαδίζειν, ἀρβύλας ὑποδεῖν αὐτῷ προσήκει. κοῖλον δ' ἐστὶ ὑπόδημα τοῦτο καὶ περιεσφιγμένον ἀκριβῶς ὅλῳ τῷ ποδὶ, μέχρι τῶν σφυρῶν. Εὔδηλον δ' ὅτι τοιοῦτον ἐστὶ κἀξ ὧν ἐπήνεγκεν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἰπὼν, αὐτὰς πηλοβατίδας ὀνομάζεσθαι. Τοῦτο γὰρ γέγονε τὸ ὄνομα, εἰ μὲν διὰ τοῦ π γράφοιτο πηλοπατίδας, διὰ τὸ πατεῖσθαι τὸν πηλὸν ὑπ' αὐτῶν· εἰ δὲ διὰ τοῦ β πηλοβατίδας, ἐπειδὰν βαίνειν ἀσφαλῶς ἐν πηλῷ δυνατόν ἐστι τοῖς ὑποδεδεμένοις τοιοῦτον ὑπόδημα. *Quum vero ſine noxa incedere poteſt, ipſi arbylas ſubligare oportet, qui cavus eſt calceus, & accurate toti pedi ad malleolos uſque circumligatus. Illum autem talem eſſe, vel ex iis quæ ipſe Hippocrates adtulit, dum illas* pelobatidas *appellari dicit, planum eſt. Nam factum eſt id nomen, ſive per* p *ſcribatur pelopatidas, quia ab illis lutum calcatur; ſive per* b pelobatides, *quoniam ii qui tali calceo ſunt calceati, ſecure in luto incedere poſſunt.* Videtur itaque hæc alia eſſe arbylarum ſpecies, quam recenſet Iſ. Voſſius *ad Catull. p.* 290. inter ſonantes crepidas (ea voce utitur, quam bene, ipſe viderit) & ob eandem cauſam ab ἀραβέω derivat, non παρὰ τὸ ἁρμόζειν, ut nugantur Grammatici, idque ut defendat, adjungit Theocriti verſum *ex Idyllio* VII, qui quidem ſonantem lapidem, non vero calceum deſcribit. Ad lapidum vero ſonitum transfert etiam Caſaubonus

CAPUT XVIII.

DE CAMPAGIS ET TZANGIS.

Quæ propria fuerunt Imperatorum Calceamenta.

HActenus eas Calceamentorum ſpecies explicuimus, quæ priſcos auctores Latinos legentibus frequentiùs occurrunt. Sed his aliæ ſuccedunt inveſtigandæ, quas vel poſterius ævum novis inſignivit appellationibus, vel ipſi Græci, aut aliæ barbaræ nationes, magis quàm Romani, cognitas habuerunt, peculiariuſque uſurparunt. Ex earum numero, quæ noviter Latina civitate utcumque receptæ ſunt, primùm ſeſe offerunt Campaga, ſive Compagia, ſive Campagi; quorum quidem appellatio Latinis auribus barbaricum quid inſonat. Et hoc eorum, apud quos olim verè Latini ſermonis puritas erat intaminata, manes doluerunt, credo, in Latinam irrepſiſſe civitatem. Sed hoc idem eorum

bonus *cap.* 9. *Theocrit. Lect.* tam hunc locum, quam Euripidis verba *ex Oreſte*, & ἀρβύλην putat eſſe calceamentum ruſticum clavis ferreis ſuppactum: vel ſculponeas, quæ inter eundum lapidibus illiſæ ſonitum edunt.

I Quæ

eorum poſteri, non ſine doloris ſenſu, acceptum referunt in luctuoſam illam, ut Imperii, ita ſermonis Romani vaſtitatem, quam inſana Gothorum barbaries in Italiam olim effuſa invexit.

Cujus autem illa Campaga formæ, aut quæ calceamentorum ſpecies eſſent, ex Julio Capitolino licet expiſcari, qui quidem in explicanda Adagione, *Caliga Maximini*, apertiſſimè *Caligam*, *Calceamentum* & *Campagum*, ut voces ejuſdem ſignificationis uſurpat: Sic enim ea quandam cum Caligis militaribus, prout ea [a] ſupra nobis deſcriptæ ſunt, habuiſſe ſimilitudinem [1] colligimus. Et tamen non ita præcisè Campaga Caligas militares intelligas velim, ut vilia tantùm fuiſſe calceamenta, qualia erant inferioris ordinis militum, putentur. Quis enim Imperatores illos, quibus Campagorum uſus fuit familiaris, pretioſiùs elegantiùſque quàm milites calceatos non arbitretur? Cultu ſanè, pretio & colore à Caligis vilioribus fuiſſe diſtincta, par eſt credere. Unde Julius

a *Cap.* 13.

1 Qua in parte, aut qualem? Certe nullam habuerunt, ſi caligas ſupponimus tectas fuiſſe, quia diſerte campagos *reticulos* appellavit Gallienus. Sed de his conſule Salmaſium *ad Pollion.* & *Dedication. ſtat. Regillæ.*

2 Cujus

lius ille Capitolinus Maximini calceamentum *Campagum Regium* vocat; eo nempe, qui Reges decet, cultu ornatum. Et apud Trebellium Pollionem Gallienus, *Caligas gemmatas annexiſſe dicitur, cum Campagos reticulos appellaret.* Ubi quidem *reticulorum* nomen adjunctum, rurſus eum in Campagis illis ornatum præbet obſervandum, ut eorum obſtragula crebris & aptè diſtinctis * inciſuris, retium ad inſtar, aliquando fuiſſe feneſtrata intelligamus. Sic [b] Varroni *feneſtra reticulata* reticulis ſive cancellis objectis munitæ.

Quemadmodum verò Campaga, ait & Tzangæ (Græca fuerit hæc dictio, aut ab Arabibus petita nihil moror: certum tamen priſcis Latinis fuiſſe incognitam) Tzangæ inquam ſuum, eumque pretioſum, Imperatoribus præbuerunt calceatum: quibus nimirum Aquilæ, quæ Imperatorum ſunt inſignia, gemmis vel auro intextæ, vel

b *L. 3. de re Ruſt. cap. 7.*

* Siquidem verbis authoris fides, & ſuus conjecturæ locus debetur, putaverim optimam *Campagorum* Delineationem eſſe, quæ *inter Almæ Urbis Romæ Elegantias* ante aliquot annos authore *Mathamo* prodiit. Eſt enim ea reticulata prorſus, & frequentibus inciſuris conſpicua. Sed nec aliam *Tzangæ* figuram fuiſſe autumaverim, quàm quæ libello eodem exhibetur, propendente in ſummitate pedis quadam quaſi lamella, quæ aquilæ effigiem repræſentat, cujus utriuſque imaginem hîc ſubjecimus.

Digitized by Google



Digitized by Google

C

vel

bant

nus

Tzar

ex la

gius

nico

atq

poſi

nop

bant

pera

corp

rate

(ut

rea

per

lud

c

18.

2

ratio

nem

tum

ſola

ne

ejuſ

vel adſutæ, ſingularem ornatum conciliabant. Id enim teſtatur Georgius [c] Codinus [2], ubi de Imperatore diſſerens ait ipſum Tzangis calceatum, *In quibus Aquila erant ex lapillis & margaritis intexta.* Ita Georgius [d] Phranzez Protoveſtiarius in Chronico diſertè Tzangas illas nobis exhibet, atque in iis eximium Imperatoris inſigne poſitum oſtendit, ubi de capta Conſtantinopoli ſic inter cætera loquitur: *Abluebant corpora mortuorum plurimi, ſi fortè Imperatoris noſcitarent, nec poterant: niſi quod corpus exanime invenerunt, idque ex Imperatorum calcamentis agnoverunt, in quibus (ut Imperatoribus conſuetum eſt) Aquila aurea depicta viſebantur.* Et hæ quidem Imperatorum Tzangæ, præter intextum illud Aquilarum decus, purpureo colore inſignes

c *L. de offic. aul. Conſtant. cap. 5. n. 14.* d *L. 3. c. 18.*

2 Cujus Græca verba accuratiorem deſcriptionem continent, tum reſpectu altitudinis, tum aquilarum ſitus, quod ex ſola conjectura affirmat *in fine cap.* Balduinus. Ea ſunt ejuſmodi. Ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων, ἃ καλοῦνται τζάγκια, ἔχοντα ἐν πλαγίῳ κατὰ τὰς κνήμας καὶ ἐπὶ τῶν ταρσῶν ἀετοὺς διὰ λίθων μαργάρων, ἅτινα καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς εἴς τε τοὺς περιπάτους καὶ τὰς προκύψεις. καὶ ὁ ταῦτα ποιῶν οὐ τζαγκάριος, ὡς οἱ ἕτεροι, ἀλλὰ τζάγκας ὀνομάζεται. *Eſt & aliud calceorum genus, qui tzancia appellantur, qui a latere in tibiis & ſuper plantas aquilas ex unionibus habent, quos etiam geſtat Imperator, cum ambulare & foras proſpicere vult. Qui illos conficit non tzancarius, ut alii, ſed tzagmas nominatur.*

2 Quæ

ſignes erant. Teſtis idem Georgius Phranzez, in eodem Chronico, cujus verba ſemel [e] ante prolata non repeto. Unde Nicephorus [f] Gregoras Michaëlis Palæologi ſocerum, qui Sebaſtocrator dicebatur, cæruleis tantùm calceatum obſervat, quò nimirum ab ipſo Imperatore diſtingueretur. Ejus verba ſunt: *Soceri verò illuſtre diſcrimen in cærulei calceis Aquila intexta conſtituebant.* Qua in re à ſolis Aquilis intextis nullum ſoceri ab ipſo Cæſare diſcrimen eſſe potuit, cum itidem illæ Imperatorum calceos ornarent: ſed potiſſimùm ab ipſo colore cæruleo: cùm purpureus in calceis, ut & in chlamyde, Imperatorum eſſet proprius: ut [g] antehac ex Corippi verſibus oſtendimus. Tzangæ igitur illæ ſic Aquilis, ſive gemmeis ſive aureis, & rubro colore inſignes, quæ aliis φοινικόχροα πέδιλα dicebantur, propria & ſingularia fuerunt Imperatorum inſignia, quemadmodum cæruleo tincti colore calcei, liliiſque aureis opere Phrygio intextis exculti Regibus noſtris ſunt peculiares. Atque inde factum, ut cùm fortè aliqui, plus æquo pompatici cultûs ſtudio, Tzangas illas aliquando auderent uſurpare, Arcadius & Honorius, ut habetur in [h] Codice Theodoſiano, Tzangarum

e *Cap.* 10. f *Lib.* 4. g *Cap.* 10. h *Lib.* 14. *tit.* 10. *l.* 2.

Digitized by Google

garum uſum exilio & confiſcatione bonorum inhibuerint.

Et ne quis eam pretioſioris calceatûs luxuriem, in iis, qui Imperatores non eſſent, nimiùm admiretur, inductis etiam auro calceis pleroſque olim uſos facilè poteſt oſtendi. Omitto referre, quod [i] Caſſiodorus de ſui temporis Conſulibus teſtatur, quos ait ipſo Calendarum Januarii die, cum magiſtratum inirent, *in calceis auratis* inceſſiſſe. Neque velim huc trahere, quod [k] ſupra de aureo quorumdam calceatu prolatum. Unus mihi Scholiaſtes, qui vitam Caroli Magni exſcripſit, & edidit, poſt Capitularia Regum Francorum, quod jam aſſertum, ſatis confirmat: Ubi enim de iis, quæ ad ſumptuoſum veterum Francorum ornatum pertinent agit, ſic eorum calceamenta deſcribit: *Calceamenta forinſecus erant aurata.* Id eſt aureis bracteis inducta, vel ſi mavis aureo tincta colore; quemadmodum pleraque jam videre licet in divitum nobiliumque ædibus aulæa, quæ licet pellicea, eximium à fulvo illo colore ſplendorem acceptum ſpectantium oculis exhibent.

Sed quid, ſi dicam non illic ſtetiſſe quorumdam in calceatu luxuriem? Tzangarum,

i *L. 6. variar. epiſt.* 1. k *Cap.* 6.

Digitized by Google

rum, auro purpureaque inſignium, uſus fuerat prohibitus. Ecce alius aliò irrumpit abuſus, aurea veterum Regum, utpote Alexandri Magni, numiſmata, calceis ad pretioſiorem ornatum adjungi cœperunt. Quamobrem ſic conqueritur D. [1] Chryſoſtomus: *Quid verò diceret aliquis de circumligantibus aurea Alexandri Macedonis numiſmata pedibus? Dic mihi, hæne ſunt ſpes noſtræ, ut poſt crucem Domini, gentilis Regis in imagine ſpem ſalutis habeamus?* Ubi *pedes* dubio procul pro calceis, iiſque elegantibus accipiendi, quibus nimirum ornandis aurea illa numiſmata ſic à quibuſdam addebantur. Ex quibus jam nihil mirum, ſi quando vinculis aureis alios ſua olim calceamenta pedibus aptaſſe legamus, ut apud Manilium:

— *& pedibus fulſerunt aurea vincla.* [3]

Sed hæc atque alia, quæ de pretioſioris calceatûs additamentis hoc loco poſſent afferri, miſſa facio. Satis ſit noſſe Campagorum Tzangarumque ſpeciem & uſum poſte-

1 *Homil.* 25. *ad pop. Antiochenum.*

3 Quæ Scaliger de unionibus auro incluſis in obſtrigillis crepidularum intellexit ex Plinio, ſed Bynæus *l.* 1. *c.* 8. *n.* 6. de periſcelidibus, quod quidem magis arridet. Sed poeta matronarum luxuriam generaliter reprehendens nihil definit.

4 Red-

poſterioris ævi Imperatoribus fuiſſe familiarem, prout harum [m] Curopalates, & illorum [n] Covarruvias [4] meminit ad *Novellam Juſtiniani*. Quanquam & hoc non omittendum, Tzangas illas medio crure tenus altas fuiſſe, pro veteris calcei Romani more. Id enim omnino ſuadent Aquilæ illæ, quibus eas jam diximus inſignitas, cùm ad explicandam Aquilæ effigiem amplius quàm pedis tantùm integumentum requiratur. Atque ad eam altitudinem ſpectaſſe videtur vetus Interpres Horatii, cùm Tzangas *Senatorios calceos* eſt interpretatus. E tribus enim, quibus Senatorum calcei fuerunt inſignes, luna, nigredine, & altitudine, hoc poſtremum in Tzangas propriè magis quàm priora duo poteſt quadrare, cùm pro nigredine purpura, pro lunulis Aquilæ Tzangas illas exornarent.

C A-

m *L. de officiis palatii Conſt. cap.* 5. n *L.* 21. & 26. *obſ. cap.* 28.

4 Reddidi auctori citationem librorum & capitum, prout in prima editione appoſita erat, quam inſequens editio ejecerat, non quidem injuria, quia libros Obſervationum a Covarruvia editos ignorabat: ſed temeraria tamen in alieno opere audacia, utpote quæ pejoris negligentiæ Balduinum arguit, qui alias ſe ſatis accuratum oſtendit, niſi quod hoc in loco παρόραμα commiſerit Covarruviam pro Cujacio ponens; & ſecundus numerus male irrepſiſſe videtur.

CAPUT XIX.

DE PHÆCASIIS ET SICYONIIS.

Quorum alia Philoſophis & Sacerdotibus, alia Mulieribus uſurpata fuerunt.

CAmpagis & Tzangis Phæcaſia Sicyoniaque ſuccedant, ut quæ qualiave illa calceamenta fuerint intelligamus. De Phæcaſiis certè, ubi, qui olim ſcripſere auctores, eos inter ſe compono, quo per eos rei alioqui dubiæ lux ſua reddatur, ridere an indignari placeat, anceps hæreo: nam quod unus adſtruxiſſe videtur, alii ſtatim velut ex induſtria diruunt. Et ne verbis ludere, Chimæraſque gratis fingere videar: ecce ſi Heſychium conſulas, ab eoque ſciſciteris, quid de Phæcaſiis ſentiat, ipſe reſpondebit, ὑποδήματος εἶδος εἶναι γεωργικοῦ, *eſſe ſpeciem calceamenti ruſtici*. Quod ſi verum eſt, Phæcaſia velut quoſdam perones è craſſo corio, rudique Minerva confectos licebit imaginari. Ridiculus enim ſit, qui ruſticis tenuiores levioresque calceos in uſu fuiſſe ſibi perſuadeat. Alii nihilominus, quibus in calamum Phæcaſiorum incidit mentio, aliter ab

ab Heſychio ſenſiſſe comperiuntur. De iis enim ita ſcripſerunt,* ut ea crepidis baxeisſve Philoſophicis; vel ſoccis*, udonibuſve linteis ſimilia fuiſſe inſinuent. [a] Senecam audiamus: *Puto* inquit, *quadam eſſe, quæ decent Phæcaſiatum & palliatum.* De Philoſophis loquitur, quibus ut peculiare geſtamen erat pallium, ita & Phæcaſia ſuum præbuiſſe calceatum videntur. Quod idem [b] alibi declarat apertiùs, cùm ait: *Pythagoricus quidem emerat a ſutore Phæcaſia, rem magnam, non præſentibus nummis.* Ubi *rem magnam* intellige dictum ironicè; non quòd, ut quidam voluit, pretioſiores eſſent illi calcei, quàm pro perſona Philoſophi: ſed per comparationem cum alia merce [1], ex qua

a *Epiſt.* 113. b *L.* 7. *de beneficiis cap.* 21.

1 Immo nec iſta comparatio nec interpretatio Senecæ menti aptari poteſt; neque enim Seneca de alia merce quam Phæcaſiis ullum verbum præmittit, nec ſequentis deinde *lucelli* voce *rem magnam* explicat, quippe quæ duo contraria ſunt. Sed non ironice tantum, verum etiam veriſſime innuit Seneca Pythagoricum in re anguſta conſtitutum emiſſe rem magnam, quoniam etſi vile calceamentum, tale ei erat, qui repræſentare tam vile pretium nequibat, quod exponit auctor adjungens *non præſentibus nummis*, quibus ſtatim ſolveret. Deinde quum Balduinus truncam Senecæ fabulam nobis dat, lapſus quoque eſt in æſtimando Phæcaſiorum pretio, quod juſte definit quatuor denariorum, prorſus nihil attendens ad Senecæ dubitationem, qua dicit *tres aut quatuor denarios domum retulit.* Et hoc placuit rev. Bynæo, licet in poſteriori editione integra Senecæ verba appoſuerit, quum in priori Balduinum ſolum nobis exhibuiſſet. Sed hos præivit

qua non ſoluto pretio lucrum majus illi Philoſopho potuiſſet obtingere. Quæ noſtra interpretatio, utrùm menti Senecæ reſpondeat, integer locus, ſi conſulatur, oſtendet. Sed placet eum dare, quò ſaltem labore lectorem expediam. Sic igitur pergit Romanus ille Sapiens: *Poſt aliquot dies venit ad Tabernam redditurus, & cùm clauſam diu pulſaret, fuit qui diceret: quid perdis operam tuam? ſutor ille, quem quæris, elatus, combuſtus eſt. At Pythagoricus noſter quatuor denarios non invita manu domum retulit. Deinde, cùm reprehendiſſet hanc ſuam non reddendi tacitam voluntatem, intel-*

ivit exemplo ſuo nobiliſſimus Douza *ad Petronium*. Itaque perinde hic agunt eruditiſſimi viri, ac ſi ex Luciani *Gallo p.* 257. omnium crepidarum, quarum varia ornamenta ſupra nobis occurrerunt, pretium ad ſeptem obolos deprimere deberemus, quum ait *ἀλλὰ κρηπῖδα συντελέσας, ἑπτὰ ὀβολοὺς τὸν μισθὸν ἔχων*. Quod prorſus foret abſurdum, & nequaquam pretium ornatui æquipararetur, quin & ipſa Micylli paupertas & humilis vitæ conditio ex tantilla mercede non niſi vilia opuſcula ab eo confecta eſſe cogitare permittit. Ad eundum igitur modum, quum legimus tribus aut quatuor denariis conſtitiſſe phæcaſia, juſtiſſime colligere licet pro varia ratione ornatus ſive materiæ, ſive operis eorum pretium deminutum & auctum eſſe, ut hominum conditio ferebat. Hinc non abſurdum, quod Heſychius id ruſticum calceamentum appellet, quod tamen ita exornari poterat, ut nec milites id geſtare deceret, unde illa exprobratio apud Petronium: hinc philoſophis placere potuit, & Athenienſium Alexandrinorumque ſacerdotibus: hinc denique phæcaſia inaurata geſtans fingitur Trimalchionis uxor Fortunata apud eundem Petronium.

2 Sic

intelligens arriſiſſe ſibi illud lucellum (intelligis quò ſpectet illud, *Rem magnam*,) *redit ad eandem tabernam, & per cloſtrum, quà ſe commiſſura laxaverat, quatuor denarios in tabernam inſeruit.* Hæc ille, quæ proclivius eò protuli, quòd rei narratio, licèt per digreſſionem hîc inſerta, non parum ad noſtram Minervam ſutoriam pertineat: unde nimirum ſcire licet, ejuſmodi Phæcaſia quatuordecim aſſibus conſtitiſſe: cùm denarius, juxta [c] Budæi ſupputationem, trium aſſium & dimidii pretio reſpondeat.

Ut igitur eò redeam, unde paulùm digreſſus ſum; Si pallium proprius eſt Philoſophorum amictus, ad eoſdem etiam pertinere Phæcaſia licet colligere, ubi duo hæc ſimul juncta eidem tribuuntur. Et eandem ob rem Plutarchus, ubi Antonium cultu, contra morem Romanum, Græcanico ſeu Philoſophico inſignem denotat; ipſum pallio amictum Phæcaſiiſque calceatum refert his verbis: [d] Ἐν ἱματίῳ καὶ φαικασίοις προείη. Ut hinc ſaltem conſtet, in eo Phæcaſia cum crepidis conveniſſe, quòd crepidarum ad inſtar & Philoſophis, iiſque quibus Græcorum habitus arriſit, uſurpata fuerint. Sed ecce rurſus alii aliquantum à ſuperioribus deflectunt, aut

H 3 certè

c *Lib.* 5. *de Aſſe.* d *In Antonio.*

certè non eodem tenore cum iis vocem ſuam attemperant. [e] Appianus ſiquidem, Athenienſium Alexandrinorumque Sacerdotibus (de Philoſophis tacens) Phæcaſia in uſu communi fuiſſe ſignificat, dum ait *Exutus curis omnibus & Imperii obſequiis, ſtolam quadratam Græcorum more, pro patria & domeſtica induit; calceamenta candida, qualia Athenienſium Sacerdotes & Alexandrinorum (quæ Phæcaſia vocant) deferre conſueverunt, ſibi aſſumpſit.* Et [f] Herodianus inſanum Antonini luxum deſcribens, de Phæcaſiis [2] omnino videtur loquutus, cùm

e *L. 5. bel. civil. paulò poſt principium.* f *L. 5. hiſt.*

2 Sic fundamentum ponit, quo deinde ſuperſtruat opinionem Sacerdotum phæcaſia udonibus affinia & linea fuiſſe, Philoſophorum vero coriacea. Sed notandum rurſus hic miſcere Balduinum diverſorum Deorum Sacerdotes, perinde ut *c.* 3. animadvertimus, quaſi de iiſdem agerent Appianus & Herodianus, quum prior de Athenienſibus & Alexandrinis loquatur, quos albis phæcaſiis indutos refert: hic Phœnices memoret linteo calceatos. Hæc quomodo ſociari poſſint, & hinc in albis phæcaſiis ſtatim linteum excogitari, Balduinus viderit, quoniam nullam ejuſmodi ſuſpicionem Appianus nobis ſuppeditat. Neque etiam quod levia eſſent phæcaſia, idcirco lintea fuiſſe probabile eſt, quum etiam diverſæ craſſitudinis coria antea notata ſint. Proinde quum Phœnicum lintea calceamenta temere hunc locum occupaverint, in juſtam poſſeſſionem *cap.* 4. ea rurſus dimittamus. Verum etiam non ſatisfacit Balduinus, quum eorum formam ſoccis ſimilem fuiſſe, atque ita Philoſophos phæcaſia facile crepidis ſuis potuiſſe inſerere hariolatur. Somnia enim nobis narrat. Nam quum poſteriora plane ſimplicem Philoſophi habitum, quem paulo ante laudavit, diſturbent,

cùm interprete Politiano dixit : *Præfecti exercitibus induti tunicas talares, linteis calceamentis utebantur, quemadmodum vates in iis regionibus conſueverunt.* Phœniſſos enim intelligit Sacerdotes; apud quos Imperator ille educatus, Soliſque, quem potiſſimùm colebant, ſacris initiatus fuerat.

Quid igitur hîc tandem ſtatuendum? Primùm ut Heſychium cum ſuo calceamento ruſtico reſpuam, ſuadet (iis omiſſis quæ prolata ſunt) Phæcaſiorum appellationis etymon. Cùm enim ἀπὸ τȣ̃ φαικȣ̃ quod leve atque agile ſignificat, ſuam Phæcaſia deducant appellationem, agreſti calceo, qui craſſus & gravis eſſe ſolet, ineptè Phæcaſii nomen videtur attribui, quod quidem tenuis leviſque calceamenti genus intelligendum ſuggerit. Unde & Eratoſthenes *in Mercurio*, congruè ad hujus etymi ſenſum, Phæcaſio epitethon ἐλαφρȣ̃ adjunxit, ubi ſic:

Πέλμα ποτὶ ῥάπ7εσκεν ἐλαφρȣ̃ φαικασίοιο.
Soleam olim ſuebat tenuis Phæcaſii.

Dein-

bent, & iſta elegantia potius in delicatas puellas, quam modeſtum & frugalem Philoſophum cadat; etiam phæcaſia ſocci [illegible]a fuiſſe non vident, tum quia Philoſophis crepidarum forma placebat, tum quia talem eorum formam ſignificare videtur Clemens Alex. *laud. loco*, ubi βλαύτας & φαικάσια jungit, quas βλαύτας ex ſandaliorum ſive ſolearum genere fuiſſe docuit etiam D. Petavius *ad Syneſii Laudat. calvit. loco ſupra citato.*

Deinde Philoſophis & Sacerdotibus familiaria fuiſſe Phæcaſia non invitus admittam, ſi modò ſic utraque diſtincta credantur, ut Sacerdotes candidis & linteis, quemadmodum ex Appiano Herodianoque conſtat, Philoſophi verò nigris coriaceiſque uterentur: Fruſtra enim Pythagoricus ille, de quo ſuperiùs, à ſutore Phæcaſia diceretur emiſſe, ſi non illa è corio compacta fuiſſent. Albus etiam, aut alius à nigro, color, parum Philoſophum deceat, quem ut verbis, ita externo corporis habitu ſplendoris oſtentationiſque contemptorem eſſe oportet.

Si verò quæ ad utrorumque formam figuramque pertinent, ſpectentur; Sic ea inter ſe ſimilia fuiſſe credam, ut pedes totos tenui obſtragulò contegerent, ſive lineum illud eſſet, ſive pelliceum; Atque adeò propter illam tenuitatem, levem etiam atque agilem pedibus inceſſum præberent. Uno verbo, Sacerdotum Phæcaſia mihi videntur iis udonibus affinia, quos Gallicè *Chauſſons* appellamus: Philoſophorum verò, ſoccis illis, quos noſtro item idiomate nuncupamus *Eſcarpins*. Atque ita Philoſophi Phæcaſia facilè poterant ſuis crepidis inſerere; quo modo jam aliqui calceolos mulleis inſertos geſtare conſueverunt:

runt: Quando igitur apud [g] Juvenalem legere continget:

Phæcaſianorum vetera ornamenta Deorum.

Ubi cum [h] Turnebo notaveris pro *Phæcaſiatis* Deos dici *Phæcaſianos*, quomodo Tullius pro *miniato minianum Iovem* dixit *in epiſtolis*. Sciendum etiam, ſignificari Phæcaſiis illis calceamenta, quæ Sacerdotum erant propria, ut Deorum & iis ſacrificantium calceatus invicem reſpondeat. De aliis verò Phæcaſiis, qualia Philoſophis aliiſque Græcanici cultûs ſtudioſis uſurpata jam diximus, lubens intelligam illa [i] Petronii, quibus nebuloni, legionarium ſe mentienti, alter acutè objicit: *Age verò in exercitu veſtro Phæcaſiati milites ambulant?* Ut hominem mendacii ab ipſius calceatu arguat, ex eo, quòd pro more Romano milites non Phæcaſiis, ſed caligis calceati incederent. Sic enim Phæcaſiatum illum par eſt accipere, ut ejus Phæcaſia non quidem lintea, ſed coriacea tantùm eſſent: Cùm ſoli Sacerdotes, rebus ſacris operaturi linteis ejuſmodi calceamentis uterentur.

Sed ut tandem ad Sicyonia veniam, eorum quidem magis expedita, quàm Phæcaſiorum, explicatio. Eſt enim apud omnes in

g *Sat.* 3. *v.*218. h *L.* 10. *Adver. cap. ult.* i *in Satyr.*

in confeſſo, Sicyonia, ſic à Sicyoniis Græciæ populis appellata, calceos fuiſſe delicatoris cultûs, muliebres & amatorios. Heſychius; Σικυώνια, γυναικεῖα ὑποδήματα. *Sicyonia, muliebria calceamenta.* [k] Cicero: *Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles & apti ad pedes; quia non eſſent viriles.* Mulierum igitur ſic proprii, ut virum iis uti contra decorum eſſet. Ita [l] Virgilius eorumdem delicias oſtendit his verbis:

Cognita nec teneris pedibus Sicyonia ſervans
Nec niveo retinens baccata monilia collo.

Quò item ſpectat [m] Lucretius, ubi ſic:

Unguenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Quî verò Sicyonia illa pulchra, teneriſque pedibus familiaria eſſent, haud difficilè conjicere licet ex [n] Apuleio, qui juvenem muliebri habitu veſtitum deſcribens inter cætera: *Calceis*, inquit, *fœmininis, albis illis & tenuibus indutus.* Ubi quidem hæc, de quibus agimus, Sicyonia depingit, ab ipſorum candore & tenuitate: Sic enim candor ad pulchritudinem, & tenuitas ad delicias pertinet.

Qui-

k 1. *de Oratore.* l *in Ceiri.* m *Lib.* 4. n *L.* 7. *Metam.*

Quibus etiam lubet addere, quod elegantiæ ratio ſuadet, diſpunctionibus [3] inciſuriſque variè & artificioſè diſtincta olim ejuſmodi Sicyonia fuiſſe. Quod calceorum genus, [o] Epicteti teſtimonio auratis & purpureis antiſtabat: Ille namque ſic: Ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. *In calceo, ſi ultra pedem progreſſus fueris, fit auratus calceus, poſtea purpureus, deinde interpunctus.* Unde propter inſigne illud interpunctionis artificium, quo variis diſtincta figuris erant calceorum ejuſmodi obſtragula, *multiformem* appellavit *calceum* [p] Tertullianus, ubi de novis nuptis, elegantiarum plus æquo ſtudioſis ita loquitur: *Jam & conſilium formæ à ſpeculo petunt, & faciem moroſiorem lavacro macerant, forſitan & aliquo eam medicamine interpolant, pallium extrinſecus jactant, calceum ſtipant multiformem, &c.* Hoc enim *multiformis calcei* nomine interpunctum

[o] *In Enchiridio.* [p] *L. de velandis virginibus cap.* 12.

3 Tale quid quum ipſa vocis κεντητοῦ natura ſuadeat, erudite *ad Vopiſci Carinum* probavit Salmaſius, quanquam aliter placuerit Caſaubono. Cæterum an illa elegantia Sicyoniis peculiaris fuerit, ut noſter exiſtimat, non mihi perſpicuum eſt, quoniam nec Apuleius, nec Epictetus, nec Tertullianus de Sicyoniis præciſe loquuntur; & potuit iſte ornatus in multis calceis locum habuiſſe.

ctum ab uniformi & plano diſtinguit, quo modeſtiores fœminæ utebantur. Cum igitur ita eleganter elaborata, atque adeò pretioſa eſſent illa Sicyonia, mirum eſt, cur ea q Lucianus duabus tantùm drachmis, id eſt ſeptem aſſibus, æſtimarit, quando ſcripſit: ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος τὸ πρῶτον δύο δραχμῶν. *Calceamenta Sicyonia primùm duarum drachmarum.* Niſi fortè talia ſignificare voluit, quæ longo uſu attrita eſſent atque diſrupta. 4 Nam aliàs ex com-

q *Dial. meretr. Dor. & Myrt.*

4 Nondum cauſam reperio, cur his anguſtiis nos claudi patiamur, niſi rurſus in iſtam incuriam, quam in phæcaſiis modo commiſit, impingamus. Licet enim ex appoſitis auctorum teſtimoniis conſtet fuiſſe Sicyonia pretioſius & elegantius calceamenti genus, utpote muliebre, non tamen inde ſequitur adeo æqualia illa omnia fuiſſe, ut eandem in materia & æſtimatione elegantiam præ ſe tulerint; qua opinione deceptus Balduinus non niſi tam levi effugio difficultatem ſibi objectam ſe ſuperaſſe exiſtimat. Omnino longe aliam ſententiam ſuppeditat conſideratio perſonarum apud Lucianum, dum nautam cum meretrice colloquentem introducit. Quum enim pauper tenuia dona attuliſſe dicatur, idque ei promte objiciat meretrix faſtidioſa, ſi etiam ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος, etſi duabus drachmis comparata, longo uſu attrita fuiſſent atque diſrupta, an credibile illam non hinc ſtatim arripuiſſe objurgandi ejus cauſam, & tam vile donum exprobrandi? Id quia non appoſuit Lucianus, faceſſat etiam iſta cogitatio; ſed & ipſa meretricis reſponſio id prohibet. Itaque, quum inter reliqua ſua dona nauta recenſeat ἐκ Παλάρων σανδάλια ἐπίχρυσα, illaque omnia quinque drachmis æſtimet ſcortum, tum deinde ὑποδήματα rurſus duabus drachmis matri empta dicat nauta, tutius erit tum omnes calceos, tum ipſa quoque Sicyonia reſpectu materiæ vel artis diſtinguere, & utique in Luciani

comparatione Phæcaſiorum, in quibus minus erat operæ atque artificii, pretioſiora fuiſſe Sicyonia conſentaneum eſt arbitrari.

C A-

ciani Sicyoniis formam quidem eandem, quæ in reliquis, ſed viliore ornatu inſtructam agnoſcere, minime autem detritam & obſoletam. Neſcio tamen, an ejuſmodi opinionem Balduino noſtro ſubjecerit J. Douza *ad Petron. c.* 42. qui ex comparatione Luciani & Senecæ Sicyonia levioris pretii, tametſi Lucretius reclamare videatur, ac duarum drachmarum opus, Phæcaſia vero bis tanti fuiſſe colligit. Sed pace tanti viri dixerim, me in alia omnia ire. Prorſus enim reclamat Lucretius, & ibidem ab Giſanio citatus Lucilius: repugnat Socratis ſimilitudo apud Ciceronem, & Virgilii deſcriptio ornatus Scyllæ, *in Ciri*, quem amore percita negligebat: opponit ſe Euſtathii obſervatio *ad Iliad.* ψ. Notat enim celebres fuiſſe illos calceos in illuſtris Polyſperchontis Macedonum ducis hiſtoria, qui Sicyoniis illis & crocea veſte indutus ſaltavit. Περιάδοντα δὲ τὰ τοιαῦτα, ὡς καὶ ἱστορία δηλοῖ λέγουσα Πολυσπέρχοντα τὸν ἔνδοξον Μακεδόνα στρατηγὸν ἐνδυόμενον κροκωτὸν καὶ ὑποδούμενον Σικυώνια διατελεῖν ὀρχούμενον. Denique alter Luciani locus *in Rhet. præcept. p.* 451. ubi jocoſe Rhetorem fæmineo cultu ſed eleganti inſtruit, in eoque dicit, καὶ ἡ κρηπὶς Ἀττικὴ, καὶ γυναικεῖα τὸ πολυσχιδὲς, ἢ ἐμβὰς Σικυωνία, πίλοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα, quæ crepida Attica, & muliebris multifida etiam calceum Sicyonium alba lana coacta decentem pretioſius opus fuiſſe innuunt. Quum vero Lucianus notabiliter differentiam ponat inter κρηπῖδα Ἀττικὴν & Σικυωνίαν ἐμβάδα, quem etiam ſervaverat *in Dialogis meretr.* ὑποδήματα appellans, & ἐμβάδα tecto calceo ſimilem viderimus, vide, quæſo, an non hæc ad cognoſcendam ejus figuram aliquid juvent.

CAPUT XX.

Reliquæ Calceorum ſpecies ſimul congeſtæ.

QUid plura? nullus ſcribendi finis ſit, ſi quæ apud Græcos aliaſque Gentes in uſu fuerunt calceamenta, ea omnia & ſingula uberiori commentatione vellemus explicare. Et quis etiam tam multiplicem ſibi arroget auctorum lectionem, ut nihil ejus notitiam effugiat? Plura ſunt, ingenuè fateor, quæ me latent, quàm quæ me habere cognita exiſtimo. Sed ſi quædam à ſuperioribus alia, quæ ad hoc noſtrum inſtitutum pertineant, legendo ſum aſſequutus, ea omnia juvat hoc capite breviter, & omiſſa curioſiore plurium teſtium citatione, in unum faſciculum cogere; ne nimium accurata rei, quæ ad pedes abjici ſolet, tractatio, vapidam laudis in deſpicabili negotio infeliciter affectatæ oſtentationem præ ſe ferat.

Ut igitur quod dicimus id præſtemus, *Alcibiadæ*, ſive ut alii ſcribunt, *Alcibiadii*, calcei fuerunt multiplici ſutura compacti, ſicut *Amyclaïdæ*, *Laconicæ*, *Perſicæ*, *Scythicæ*, *&* *Iphicratides*, quemadmodum refert [a] Alexander Neapolitanus. Sed ſingulis

a *L.* 5. *cap.* 18.

gulis hiſce calceamentorum ſpeciebus hæ diverſæ obtigerunt appellationes, cùm à Gentibus & Urbibus, apud quas primùm inventæ ſunt, tùm etiam à Perſonis, quibus illæ familiares fuerunt. Unde non eas omnes ita inter ſe ſimiles fuiſſe credendum eſt, quin ſingulæ à ſingulis peculiari quodam diſcrimine diſtinguerentur; prout varia fuit inventorum atque utentium libido: nam *Studium non omnibus idem*. *Alcibiadæ* igitur id nominis acceperunt ab Alcibiade; quemadmodum *Iphicratides* ab Iphicrate; quòd ii calceamentis illis uterentur: eadem dubio procul ratione, qua jam apud nos & galeris ſignanter & barbis indita ſunt illuſtrium quorumdam hominum cognomina, quos iiſdem eſſe delectatos obſervatum eſt. Unde *galeri Balignæi*, *barbæ* vel *Guyſiacæ*, vel *Pernoniæ*, vel *Marchioniſſæ* jam paſſim nomen obtinuerunt, prout hâc vel illâ formâ galeri illi vel barbæ videntur inſignes. *Amyclaïdæ* verò, *Laconicæ*, *Perſicæ* & *Scythicæ* ipſo ſuo nomine Amyclæos, Lacones, Perſas, & Scythas ſuos deſignant auctores & uſuarios: atque ita quidem, ut ſingulæ ſpecies, ſingulare etiam aliquod ab aliis haberent diſcrimen, vel à colore, vel ab ipſa compoſitione, ſtructurave petitum. Cujus quidem rei exem-

Digitized by Google

exemplum ætas etiam noſtra ſuppeditat: Nam ſi Gallorum, Italorum, Hiſpanorum, & aliarum gentium calceos curioſiùs inſpicias, alios videre erit ea parte, in quam extremi pedum digiti deſinunt, acuminatos eſſe; ita ut roſtrum aliquod rectum repræſentent: alios verò ſimos, atque ad inſtar bovini naſi efformatos. Deinde alios offendes hinc inde feneſtratos, alios omnimodè contectos: alios porrò altè à ſolo editos, alios verò humiles & ſimplici ſolea ſuppactos.

Sed quid me recentia morantur? non locus hic ea ſibi ſpectacula poſcit. Nam ecce veterum calceorum aliæ ſpecies ſeſe confertim offerunt, *Baſilides*, Regii calcei, Regibus Athenienſium familiares. *Argia* Argivis; *Rhodiaca*, Rhodiis; ut & Theſſalis *Theſſalides*, de quibus Lyſippus *in Bacchadibus*. His ſuccedunt *Embades*, calcei vulgares, à Thracibus inventi, Tragicis Cothurnis paulùm humiliores: & *Embata* Comicis Calceis ſimiles. Tùm *Smindyridii* & *Menacii*, ſic de ſingularium hominum, quibus uſui fuere, nominibus appellati. Deinde *Hypoſchiſmata* & *Hypicli*, calcei quidem viriles; ſed hi precioſi, illi verò vulgares. Item *Proſchemata* & *Conipodes*, quæ ſenum calceamenta fuerunt. Præ-

terea.

terea *Eumarides*, tùm & *Diabathra*, viris mulieribuſque communia, quemadmodum & *Pedila*; quibus tamen hoc ſingulare, quod elegantia eſſent atque ad delicias & oſtentationem comparata, utpote variis eximiiſque coloribus picturata. *Dipodia* verò, *Pelyntra*, *Autapodia*, & *Anaxyrides* ſic quidam calceamentorum ſpeciebus annumerant, ut *Dipodia* ſocculi ſint lanei, *Pelyntra* pedum faſciæ, *Autapodia* idem quod *Anaxyrides*, quas nonnulli ocreas, alii femoralia ſive ſubligacula nuncupant.

Sed ut varium & mutabile ſemper fœminarum ingenium in ipſarum etiam calceatu eluceat, ecce multiplices muliebrium calceorum ſpecies, quæ ſolent paſſim apud Græcos auctores occurrere, *Blautæ*, ſeu *Blaudes*, ſeu *Blaudia*, idem quod crepidæ ſive ſoleæ. *Nymphides*, ſponſalia calceamenta. *Tyrrhenica* quæ & *Sandalia*, loris inauratis variegatiſque inſignia, quibus Minervam induit Phidias. *Endromides*, quæ Dianæ venatrici, ut & curſoribus, proprium & ſingulárem calceatum præbuerunt. *Baucides* croceo colore precioſoque cultu inſignes, quibus Jonicæ mulieres utebantur. *Rhadia*, ſandalii ſpecies, ſic appellatæ, quòd in induendis iis parum laboretur, vel quòd præ tenuitate facilè con-

Digitized by Google

convolvi vel inverti queant. *Peribarides* proprium ancillarum calceamentum. Atque ut breviter cætera complectar, quæ ad fœminini calceatûs cenſum pertinent, hæc ſunt: *Aphracta*, *Opiſthocrepida*, *Canabia*, *Nudipedia*, *Nyctipedes*, *Meſoperſica*, *Phittacides*, *Seleucides*, *Noſides*, *Ambracides*, *Amphiſphyra*, & *Acroſphyria*. De quibus atque aliis, quæ *in ſuis Onomaſt.* [b] Jullius Pollux retulit, plura curioſiùs non congero, ne vel Lexicographum agere videar, vel in minutiis iſtis operoſiùs quàm par ſit laboraſſe.

CAPUT XXI.

Calceandi modus, & ad eum ſingularia quædam obſervata.

ENumeratis hactenus explicitiſque omnibus iis calceamentorum ſpeciebus, quæ apud Latinos Græcoſque auctores nobis inter legendum obſervatæ ſunt, nunc inſtituti noſtri ratio videtur expoſtulare, ut, quemadmodum pleriſque veterum calceis adjectitia quædam fuerunt ornamenta, quibus elegantiores pulchrioreſque redderentur: Ita ſuperioribus alias adtexamus obſer-

b *L.* 7. *c.* 22.

Digitized by Google

obſervationes, quæ venuſtiorem plenioremque calcei noſtri compagini concinnitatem atque elegantiam concilient. In primis igitur hoc, ad rem quam agimus inſtitutumque pertinens, occurrit obſervandum, quod antiquis, ut & ævi noſtri hominibus, decorum maximè viſum eſt, ſi ſtrictim calcearentur, ut auctor eſt Feſtus in *Tentipellium*. Unde [a] Sidonius Apollinaris *tenſum Cothurnum* dicit, ubi de Germanico homine lauto loquitur: Illauti enim & incurii hominis indicium eſt, ſi pedes in laxa calceorum pelle natent & folleant. Hinc Ovidius elegantiæ præcepta tradens ei, quæ velit amari:

Nec vagus, inquit, *in laxa pes tibi pelle natet.*

Ita [b] Sidonius Thaliam alloquens:

Soccos ferre cave, nec ut ſolebat
Laxo pes natet altus in Cothurno.

Quod item D. [c] Hieronymo in Epiſtolis expreſſum, ubi male ſanum fœminini cultûs ſtudium perſtringit: *Omnis his cura de veſtibus, ſi benè oleant, ſi pes in laxa pelle non folleat.* Unde idem alibi: *Caligas Monachorum follicantes* dixit, *quales hypocritas geſtare* ait, *ut humani cultûs contemptores videantur.* Ne verò follicarent Calcei,

a *Epiſt.* 13. *l.* 4. b *Epiſt.* 11. *l.* 8. c *Epiſt. ad Euſtochium.*

cei, ſi quando pedum modulo laxiores eſſent, ſolebant eos vel tomento, vel quavis alia re idonea ſtipare. Quo ſenſu [d] Tertullianus inter cætera, quibus operoſam puellarum in ſui ornatu curam exagitat, dixit:. *Calceum ſtipant multiformem.* Sic enim ad eum locum ejus interpres Rhenanus ait, *Stipant, ne ſollicet calceus.* Atque ad hanc rem multùm etiam conferebant anſulæ, ſive corrigiæ, quibus nimirum calcei pedibus ſtrictiùs firmiùſque aptabantur. Unde Tibullus ait:

Anſaque compreſſos alligat arcta pedes.

Ita [e] Sidonius:

—— retinacula bina Cothurnis
Mittit in adverſum vincto de fornice pollex,
Quæ ſtringant crepidas.

Ubi quidem retinacula ſive corrigias ſtringendis ſervire calceamentis oſtendit. [1]

Sed

d *Lib. de velandis virginibus cap.* 12. e *Carm.* 2. *v.* 401. *& ſeqq.*

1 De re ipſa vide Caſaubonum *ad Theophr. Charact.* περὶ ἀγροικίας, & Salmaſium *ad Tertull. de Pallio pag.* 198. Sidonii verſus ſupra examinavimus, quos recte intellexit Balduinus. Sed admiratio me inceſſit, cur tantopere ſudet in explicando *fornice vincto*; eo magis, quia tantum quod Pollucis caput, quod calceamenta recenſet, e manibus depoſuit. Illud enim & quæ præcedunt, potuiſſent ipſum monere de partibus calcei & jugo, quod ad ungues cavi calcei ſitum erat, cujus ad caput de ſandaliis meminimus. Itaque non neceſſe erit de ſuperiore pedis parte accipere, ſed de loro quod illam partem ambiebat, a quo duo retinacula dimittebantur.

2 Quam

Sed verba nihilominùs obſcura, minuſque propria, difficilem primùm intuenti ſenſum exhibent. Si enim Cothurnos hîc & crepidas propriè uſurpata credas, fruſtra in recto ſenſu eliciendo labores. Rurſus non parvum faceſſit negotium, quod pollex hîc in adverſum mittere dicatur vincto de fornice retinacula, quæ ſtringendis crepidis ſerviant. Quid enim per vinctum fornicem præcisè ſit intelligendum, non ſatis apparet. Quibus in dubiis, ut ſaltem coner eorum nodos explicare, hæc mihi mens arbitriumque ſedet. Primùm hic Cothurnos non propriè pro editiore illo calceatu, cujus integumenta ad crus medium protenduntur, ſed tantùm pro crepidis ſoleiſve uſurpari. Deinde per fornicem vinctum intelligendam ſuperiorem eam pedis partem, qua extremi digiti reliquo pedi committuntur: Ut ſit hîc crepidarum delineatio, quæ nimirum ſic erant pedibus adſtrictæ, ut primùm ab uno ſoleæ latere ad aliud, per ſuperiorem extremi pedis partem, ſive fornicem, corrigia, vel ſi mavis anſula quædam tranſverſim duceretur. Deinde ab hujus anſulæ medio, quod pollici proximum eſt, duæ aliæ corrigiæ, quæ hîc *bina retinacula* dicuntur, in adverſum ita pro-

procurrant, ut alteram anſulam, quæ medium pedem ſupernè vinciat, per latera utrimque fiſſam pervadentes pone talum ſimul arctè connectantur. Eo pacto & Sidonii verbis, aliàs obſcuris, ſua lux, meo quidem ſenſu, redditur, & qua ratione retinacula, ſive corrigiæ crepidas adſtringerent, non incommodè intelligitur. Quòd ſi cui lux clarior affulgeat, menſque alia magis arrideat, non invideo: nec aliter ſentire pigebit, ſi quem meliora ſuggerentem offendero.

Interea non omittendum hîc, veteres, cùm calceamenta pedibus inducerent, eaque preſſiùs aſtringerent, ſi quando corrigiam contingeret effringi, malum omen crediſſe, adeò ut ſuſcepta negotia deſererent. Id enim diſertè teſtatur *in Divinatione* [f] Cicero, ubi ſic ait: *Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda, &c.* Quod omen veteres illi portendere credebant, rem ſuſceptam haud feliciter progreſſuram, aut ſiniſtro aliquo caſu impediendam: quemadmodum iis, quibus in itinere corrigiam calceamenti contingit abrumpi, non parvo abruptio illa impedimento eſt, ita ut iter inceptum retardet. Un-

f *Lib.* 2.

Digitized by Google

Unde qui Sacram paginam Gloſſa [2], quæ dicitur ordinaria, illuſtravit; locum illum [g] Iſaïæ: *Non rumpetur corrigia Calceamenti ejus.* Appóſitè ſic interpretatur: *Non impedietur in itinere Dominus.* Ut eum ſignificet re nulla retardandum, quin brevi ſit in hoſtes iracundiæ ſuæ tela, vindice dextra contorturus.

Cùm igitur ea corrigiarum abruptio properantes non minùs moretur, quam ipſamet calceamenta, quæ pedum quaſi vincula ſunt & impedimenta, non mirum videri debet, ſi veteres tabellarii atque curſores excalceati ſua dicantur munia obiiſſe: Sic enim eos magis expeditos atque agiles fuiſſe, par eſt credere. Et ita ſanè cenſuit Muſonius ille Philoſophus, cujus hæc à Stobæo Latinè reddita verba referúntur, quæ proximè jam dictis fidem adſtruunt. *Sine calceis valdè expediti & agiles ſunt pedes, præſertim ſi adſit uſus. Unde Tabellarios videre eſt non uti calceamentis in itineribus: atque ex Athletis curſores celeritatem eam-*

g *Cap.* 5. 27.

2 Quam non bene excepiſſe ſenſum Prophetæ docet rev. Bynæus *l.* 1. *c.* 6. *n.* 7. Quod vero mox addit tabellarios & curſores excalceatos cucurriſſe, hoc ita verum, ut tamen ſcire debeamus apud antiquos etiam curſores habuiſſe ſuos calceos ſine dubio leviores, quales erant ἐνδρόμιδες & τροχάδες, de quibus Salmaſius *ad Tertull. de Pallio* p. 310.

Digitized by Google

eamdem non ſervare, ſi currere ipſos oportet in calceis. Quibus in verbis quod de Tabellariis & Curſoribus obſervatione dignum notamus, idem de Claſſiariis (qui remiges erant ſeu milites maritimi) teſtatur [h] Suetonius, dum ſic ait in Veſpaſiano: *Claſſiarios verò, qui ab Hoſtia & Puteolis Romam pedibus per vices commeabant, petentes*, aliquid ſibi calciarii nomine conſtitui, *quaſi parum eſſet, ſine reſponſo abegiſſe, juſſit poſthac excalceatos curſitare: & ex eo ita curſitant.* Ubi quidem curſorum excalceatorum quæ fuerit apud Romanos & origo ſimul & occaſio demonſtratur.

Sed de calciario, cujus hîc mentio, cùm etiam ad inſtitutum noſtrum pertineat, hoc quoque adtexendum, illud fuiſſe certam pecuniæ penſionem, quæ in calceos emendos erogabatur; ut *legatum Calciarii* apud [i] Juriſconſultum. Ita veſtiarium, ſalarium, hordearium, & id genus alia; de quibus alii. Notabile igitur, quod Herodotus memoriæ prodidit, Ægypti Reginis magnæ alicujus urbis reditus pro calciario aſſignatos. Quo pactò inter Perſas etiam olim ſingulæ urbes, veſtiendis ornandiſque Reginis, penſiones ſolvebant annuas, quarum quidem aliæ capitis, aliæ colli,

h *Cap.* 8. i *Lege Diariis.* 21. *ff. de alim. legatis.*

Digitized by Google

colli, aliæ brachiorum, aliæ pedum emendis ornamentis impenderentur. Unde factum eſſe facilè poteſt conjici, ut olim Pariſiis Reginæ Zonarium ſolutum ſit: quemadmodum doctè obſervavit Clariſſimus [k] Orleanſius cujus mellitam gravemque eloquentiam, multiplicemque & ſolidam eruditionem quivis eloquentiæ & eruditionis ſtudioſus jure admiratur.

His addo, quod præterieram, Græcos olim, eorumque poſtea imitatione Romanos, antequam calcearentur pedes inungere frequentiſſimè ſolitos; ut ex Athenæo conſtat, qui morem hunc ad mollitiem transfert. Quamobrem rectè Sicyonia junxit unguentis [l] Lucretius, cùm dixit:

Unguenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Unde quidam apud [m] Tertullianum, ubi habetur: *Expedit in algore rigere nudipedem, quàm in calceo uncipedem*, eum ſcripſiſſe volunt *unguipedem*: Ut ſic eam ungendorum pedum conſuetudinem perſtringat.

k *Lib. auſpic. Jurid. cap.* 11. l *Lib.* 4. m *L. de Pallio c.* 5.

CAPUT XXII.

In Calceatu uana & varia veterum Religio.

MAlum omen ex abrupta calceamenti corrigia veteres olim ſumpſiſſe, *ſuperiori capite* retulimus. Sed in eo non ſtetit inanis & ſuperſtitioſa eorum Religio: Quidam enim, ſi manè calceos inducturi, eroſos illos à ſoricibus deprehenderent: alii ſi calceum ſiniſtrum pro dextero ſibi perperam inducerent: alii ſi inter calceandum ſternutarent, grave aliquod damnum iis oſtentis ſibi portendi formidabant. Gravia ſanè formidandi argumenta, quibus averruncandis non ſatis ſint centum hoſtiæ, nulla ſufficiant piacula. O cæcam erroribus deluſæ antiquitatis amentiam! Et tamen iis impliciti erroribus fuere, non ſolùm è fece plebis homines, non mulierculæ, non deliri ſenes; ſed ipſamet prima Imperii capita, ſummique apices, in quibus, qui principem locum tenuit, Auguſtus, teſte a Suetonio: *Auſpicia & omina quædam pro certiſſimis obſervabat, ita, ut ſi manè ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextro induceretur, id ut dirum omen abhorre-*

a Cap. 92.

horreret. Quæ vana ſtultaque Religio ei inde potiſſimùm nata, quòd obſervaſſet, ut ait [b] Plinius *Lævum ſibi calceum præposterè inductum, quo die ſeditione militari propè fuerat afflictus.* De aliis verò in calceatu ſuperſtitiosè olim obſervatis egregiè ſimul & lepidè D. [c] Auguſtinus: *Plerumque,* inquit, *tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, ut ad lectum redeant, ſi dum ſe calceant ſternutaverint: & ſi veſtes à ſoricibus arroſæ fuerint, plus timeant ſuſpicionem futuri mali, quam præſens damnum doleant. Unde illud eleganter dictum eſt Catoni, qui cùm eſſet conſultus à quodam, qui ſibi eroſas eſſe Caligas diceret a ſoricibus, reſpondit, non eſſe illud monſtrum, ſed verè monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices à Caligis fuiſſent eroſi.* Sed ne ſepia aut atramento carerent illi veteres, quo ſcilicet denigratam carbone faciem eluerent, ecce [d] Plinius præſentiſſimum, ſi Diis placet, contra mala illa omina ſuggerit antidotum. *Inter amuleta,* inquit, *eſt in calceamentum dextri pedis, antequam induatur, exſpuere.* Dignum profectò patellâ operculum, & ſimiles habent labra lactucas, aſino carduos comedente: maloque nodo non melior cuneus. Quaſi verò ſputum eo ritu, qui præ-

b Lib. 2. cap. 7. c L. 2. de doct. Chriſt. cap. 20. d L. 28. c. 4.

præſcribitur, obſervato, exſpuendis, propulſandiſque, ſi quæ ingruant, infortuniis ſit efficax.

Longè ſanè ſaniori mente veteres Chriſtiani, dum ſe calcearent, crucis ſignum efformabant. Ita [c] Tertullianus: *Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & Calceatum &c. frontem crucis ſignaculo terimus.* Itane ſanctæ puræque antiquitatis alumne, ubi calcei pedibus inducendi, frontem crucis ſignaculo terere? Quid? an non hoc ſuperſtitioſum eſt vetularum delirium? Vide; periculum, ne tuam fidem ſubleſtam gravis Antipapiſtarum virga cenſeat: Ad Sacræ paginæ ſubſellia ipſi te pertrahent. Sed id acuta nare ſubodoratus, quo te tuamque fidem vindices, ſtatim ſubjungis. *Harum & aliarum diſciplinarum, ſi leges expoſtules Scripturarum, nullam invenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix.* Sed quæ illa traditio? dubio procul Apoſtolorum, quorum nempe tempora penè manu contingebat Tertullianus. Quæ item conſuetudo confirmatrix? quam antea mores utentium receperant. Quæ denique fides obſervatrix illius traditionis atque conſuetudi-

c *L. de Corona mil. cap.* 3.

tudinis? Non adulterata, ſed pura puta, verèque ſincera; qualem tum vir ille graviſſimus profitebatur. Hæc obiter, & paulùm extra chordam, in eos qui ſe religionis reformandæ ſtudioſos tantoperè, ſed falsò, glôriantur.

Ut igitur in gradum me recipiam, eo potiſſimùm conſilio veteres illi Chriſtiani ad calceatum crucis ſignum ſapienter adhibebant, quòd ſcirent illi tantam ineſſe vim, ut jure merito cecinerit [f] Prudentius:

Crux pellit omne crimen,
Fugiunt Crucem tenebræ:
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.

Neſcio verò an huc referre debeam, ſed referre placet, quod ipſe nuper in mulier-cula ruſticana lubens & attentus obſervavi. Cùm Pariſiis Ambianos petens apud eam prandii cauſa diverſarer, hæc puellum ſuum ejulantem videns, primùm blanditiis & oſculis lenire dolentem ſatagebat, ſed fruſtrà: ubi verò, ipſo quà ſignis, quà balbutiente lingua, ejulatus cauſam aperiente, deprehendit, ipſi pedes poplitesque dolere ex ſtupore; quòd cibum capiens diu nimium genibus terræ fuiſſet

 in-

f *Hymno* 6. *Cathem. v.* 133.

innixus: ipſum ſtatim brachiis amplexa; cœpit ab ore ſalivam pollice ſumere, ſicque ſuper utrumque pueri calceum crucis figuram efformare. Cùmque ab ea, quo fine id faceret, exquirerem; reſpondit, ſe dudum audiiſſe, præſentiſſimum hoc eſſe contra pedum ſtuporem remedium. En ut inputatæ vites in labruſcas tandem degenerant: En ut adulteratæ monetæ ſinceris & legitimis admiſcentur. Ethnici ſputo; Chriſtiani crucis ſigno averruncandi mali vim, ut audiimus, adtribuunt. Hîc & ſalivam, & ipſum ſalutis noſtræ ſignum ſimul uſurpata, dolori ſopiendo videre eſt. Malum, ubi Chriſti ſequaces profana cum ſacris uſurpant.

Simili penè ſuperſtitionis errore deluſi quidam D.[g] Chryſoſtomi tempore Chriſtiani, qui ad bonum proſperi eventûs omen Alexandri Magni auream imaginem calceis annexam geſtabant. Quamobrem eos aureus ille Doctor ita reprehendit: *Quid verò diceret aliquis, de circumligantibus aurea Alexandri Magni numiſmata pedibus? Dic mihi, hanc ſunt ſpes noſtræ, ut poſt crucem Domini, gentilis Regis in imagine ſpem ſalutis habeamus?* Hinc enim clarè liquet, ex ea imagine calceis alligata, certam quandam

dam

g *In Homil. 25. ad pop. Antioch.*

dam illis fuiſſe rerum felicium expectationem.

Quid dicam ampliùs? ſuum etiam hîc locum habeant ſubtiles amantium nequitiæ, quibus quidem aliquando amicas ſuis amaſiis ſuos aperuiſſe affectus obſervatum eſt. [h] Clemens Alexandrinus: *Multa fœmina ſandaliis amatorias ſalutationes imprimunt, ut per terram numeroſè incedentes, meretricios ſpiritus in inceſſu inſculpant.* Mira profectò ars, in ſandaliorum ſoleis ita characteres ſeu ſigna quædam efformare, ut iis ordine compoſito molliori terræ impreſſis, latentes animi ſenſus aliis aperiantur. His inſuper accedet ridiculum amoris remedium; quod tamen, niſi præfatâ lectoris veniâ, nolim referre: *Qui recentia,* [i] inquit Cardanus, *amicæ ſtercora in ſuo poſuerit calceo, & calceum ſtatim induerit, amore ſtatim liberabitur*, Sed apage has ſordes, & ad Deum Sterculium, Deamve Cloacinam relegato. Equidem, tetro ſtercoris odore amorem cum faſtidio commutandum crediderim, quamdiu nimirum fœtor iſte durabit: poſtea verò, non facilè credam. Credam verò faciliùs, quod, ut auctor eſt [k] Oppianus: *Si quis calceatus pedes hyænæ pelle inceſſerit, canibus hic adeò ſit*

[h] *L. 2. Pæd. c. 11.* [i] *L. 2. de var.* [k] *L. 3. Cyneg.*

Digitized by Google

ſit metuendus, ut ipſi obmuteſcant, nec audeant adlatrare. Quod minùs mirum videri debet, cùm etiam ſola hyænæ umbra, eodem teſte, canum ipſorum latratum compeſcat. Et [1] Plinius [1] eidem aſſertioni ſuffragatur, ſed rem iis adſtringit circumſtantiis, ut eam ſuperſtitionis reddat valdè ſuſpectam, cùm ait, *Eos, qui linguam hyænæ in calceamento ſub pede habeant, non latrari à canibus.* Nam quî potiùs ſub pede, quàm ſupra pedem, aut alio quovis modo, hyænæ lingua calceamento incluſa canum latratum cohibeat? Sed mihi tempero, non enim Spartam eam nactus ſum, quam excutiendis ſuperſtitionum dumetis adornem. Ad alia progrediamur.

CAPUT XXIII.

Nudipedalium varius & multiplex uſus.

IN Calceatu quid veteribus, cùm Ethnicis, tùm Chriſtianis, ſuperſtitiosè religio-

1 *L.* 28. *c.* 8.

1 Liberandus eſt ille auctor ab futilitate, quam ipſi impingit Balduinus; nam non ex ſe illud tradit, ſed ex ſolerti vanitate Magorum, qui illas fallacias vulgarunt. Et tamen non illi ſoli tam creduli fuerunt, ſed pervulgata fuit levitas, cujus originem aperit, & ſimul deridet Lucianus, *in Philopſeude pag.* 468.

2 Si

gioſève fuerit obſervatum, quæ jam proximè diximus oſtendunt. Nunc pedes, ſeu veræ ſeu falſæ Religionis ergo, aliiſve de cauſis, olim excalceatos juvat intueri. Atque in primis Sacrorum Religio non abs re nudos pedes exigit, ut ſic puritas & ſimplicitas animi, terrenis affectibus exuti demonſtretur: Unde præceptum Domini ad [a] Moſem, & Angeli ad [b] Joſue: *Solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Hunc ritum à Moſe mutuati Gentiles, ut obſervavit [c] Juſtinus, in quibuſdam Sacris, ſi quando Deorum ſtatuæ per plateas & vicos circumferrentur, diſcalceatis & nudis pedibus eas comitabantur. [d] Prudentius:

Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres togatos matris Ideæ ſacris.
Lapis nigellus evehendus eſſedo
Muliebris oris clauſus argento ſedet,
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis,
Almonis uſque pervenitis rivulum.

[1] Ita Matronæ Romanæ, ubi vota Deæ Veſtæ

a *Exod.* 3. *v.* 5. b *Joſue* 5. *v.* 16. c *Apol.* 2. d *L. Periſteph. hym.* 10. *v.* 154. *& ſeqq.*

1 Si lubet, inſpice Caſaubonum *ad Suetonii Octav. c.* 100. & mireris oportet non ovum ovo magis ſimile eſſe quam

ſtæ concipienda, ejus ædem nudis pedibus adibant. [e] Ovidius:

Huc pede matronam nudo deſcendere vidi.

Sic etiam bello Gallico, *Virgines, ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitabantur*, ait [f] Florus. Et eodem ſenſu accipienda vox, *nuda*, in hoc verſu [g] Juvenalis.

—— —— Inde ſuperbi
Totum Regis agrum nuda & tremebunda cruentis
Ereptet genibus.

Idem

e *L. 6. Faſt.* f *L. 2. hiſt.* g *Sat. 6. v. 525.*

quam hæc collectanea. Ab his autem diſſentit rev. Bynæus *l. 1. c. 5. n. 2.* Flori hiſtoriam transferens ad uſitatum Judæis morem, quo in luctu & mœrore nudis pedibus incedebant. Qui mos quum apud Judæos ſolos viguerit, ei aſſentiri non poſſumus. Nam præterquam quod notiſſima fuerunt in variis ſacris nudipedalia, qualia ſolenniter hic matronam obſervare videmus, Virgines Veſtales (quas non magis ac reliquos ſacerdotes pedibus nudis ſacrificaſſe putamus) hic diſcalceatas proceſſiſſe apparet, quia fugientia ſacra comitabantur, quibus hoc reverentiæ officium exhibebant, quod mox in L. Albinii facto oſtendit Florus: non vero propter publicam civitatis calamitatem, quæ non magis in illas quam reliquos cives redundabat; ideo hic caſus ad religionem melius referetur. Ad quam etiam ſpectaſſe ſolennitatem in Auguſti funere adhibitam cogitare præſtabit, utpote cui ſtatim divini honores decreti ſunt; & forſan ſimul in Tiberii adulationem: ſaltem nulla inde ſequela exoritur hunc morem in funeribus obſervatum eſſe, ut prave ſtatuiſſe Balduinum animadvertit idem rev. vir *ib. n. 9.* Quo tamen in loco minime ſatisfacit vehemens ejus contra Caſaubonum diſputatio, quaſi ille, poſtquam eos, qui peculiarem, ut a diſcinctis reliquiæ ejus legerentur, hono-

Digitized by Google

Idem quoque paſſim à Romanis obſervatum, quotieſcumque ſtupente cœlo, & arente ſolo pluviæ publicis ſupplicationibus à Diis expoſcebantur. [h] Tertullianus: *Cum ſtupet cœlum, & aret annus, nudipedalia*, (quæ aliàs ab aquis eliciendis *aquilicia*) *denunciantur*. Ducta, ut credere par eſt, imitatione, à ſacris nudipedalibus, quæ quidem Judæi peragebant nudis pedibus, ſacco induti, & in pulvere volutati. Unde [i] Joſephus ſcribit, *Beronicem Reginam, ut Deo vota ſolveret pro ſalute, Hiero-*

h *Apolog. c. 40. l. de Jejun. c. 6.* i *L. 2. de bel. Jud.*

honorem Auguſto habitum cenſuerunt, falli oſtendiſſet, ſimul peculiarem in ejus funere, ut nudis pedibus oſſa legerent, honorem fuiſſe negaverit; quam in Caſauboni verbis ſententiam ego minime reperio. Is enim illos, qui peculiarem Auguſto habitum hunc honorem cenſent, ut a diſcinctis ejus reliquiæ legerentur, Tibulli fide refellit, quia in aliorum funeribus idem quoque factitatum; ſed non id quoque de poſitis calceis aſſeverat in funeribus, ſed in pleriſque religionis ſuperſtitioniſve ritibus. Quam igitur gratiam meret, dum ita confidenter pronunciat? [Nam uti omnino ſingulare fuit, quod primores equeſtris ordinis tunicati & diſcincti legerunt &c.] Tantum valet apud ipſum Tibulli auctoritas, ut malit Romanos mores cum Judaicis confundere. Certe majoris æſtimari debebat Caſauboniana doctrinæ veneratio, quam ut ſuppoſititiis maculis obfuſcetur, quas eluere pro virili conatus ſum. Cæterum ad quæſtionem, an Virgines Veſtales ſacra ſua nudipedes celebraverint, non pertinere Ovidii verſum, quippe quum matronarum ille ritus fuerit, qui ex antiqua loci natura apud poſteros manſit, ex poetæ narratione perſpicuum eſt, & docte animadvertit illuſtris Spanhemius *ad Callimachi Hymn. in Cererem v. 125.* ubi plura veterum ἀνυποδησίας exempla protulit.

Hieroſolymas veniſſe, & pro more patrio, hoſtiis cæſis capilliſque deraſis nudipedem ante tribunal ſtetiſſe. Sicque ab Euſebio mandatum memoriæ eſt apud Lacedæmonios ſacra *nudipedalia* primùm acta, cùm Romæ regnaret Tullus Hoſtilius. Sed & in Pythagoræ Symbolis adnotare licet, *nudis pedibus* adorandum atque ſacrificandum.

Hinc nudis etiam pedibus, in ſolemnibus ſupplicationibus veteres Chriſtianos proceſſiſſe plerique teſtantur. [k] Glicas Theodoſium juniorem, & Proclum Patriacham Conſtantinopolitanum *diſcalceatos* proceſſiſſe tradit in proceſſionibus, quæ Conſtantinopoli ſunt inſtitutæ, cùm civitas gravi & diuturno terræ motu concuteretur. Ita [l] Paulus Diaconus auctor eſt, Juſtiniano imperante concuſsâ terræ motu Antiochiâ, cives, qui remanſerant, *diſcalceatos* omnes Litanias feciſſe, clamantes Κύριε ἐλέησον. Et Concilium * Moguntiacum Chriſtianis ita diſcalceatis procedendum ſignificat his verbis: [m] *Placuit nobis, ut Litania major obſervanda ſit à cunctis Chriſtianis, diebus tribus; ſicut legendo reperimus, & Sancti Patres noſtri inſtituerunt; non equitando, nec pretioſis veſtibus*

k *Part.* 4. l *Lib. hiſt.* m *Canone* 33.

* Celebratum fuit hoc concilium ſub Carolo Magno Anno ſalutis 813.

Digitized by Google

bus induti, ſed diſcalceati, cinereque & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit. Ubi quidem reſpicere videtur Concilium ad Imperatoris Heraclii memorabile factum, qui, ut Exaltionis S. Crucis [n] hiſtoria teſtatur, cùm Imperiali habitu, auroque & gemmis ornatus, crucem Domini humeris impoſitam ferens, ultra portam, quæ ad Calvariæ montem ducebat, progredi non poſſet; abjecto ampliſſimo veſtitu, *detractiſque calceis*, ac plebeio amictu indutus reliquum viæ facilè confecit.

Et ita ſanè primi Chriſtiani, quaſi perpetuò rebus ſacris operarentur, publicève ſupplicaturi procederent, calceis utplurimùm non utebantur, ſed nudis pedibus incedebant. Id innuit [o] Tertullianus, ubi Chriſtiani habitûs cauſam agens, ſic ait inter cætera: *Calceos nihil dicimus, proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verùm & falſam. Quam enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo uncipedem?* Sed apertiùs ex [p] Luciano, qui habitum hominis Chriſtiani deſcribens, ut irrideat: *Pallium*, inquit, *putre, ſine calceis & tegmine, capite detonſo incedens.*

I 7 Quem-

n *An.* 628. o *L. de pallio. cap.* 5. p *In Philopat. paulò ante finem.*

Quemadmodum verò in Religionis, ita & Superſtitionis ritibus obeundis calceos olim poſitos ex [q] Plinio diſcimus: Sic enim ille, *Privatim autèm contra erucas, ambiri arbores ſingulas à muliere incitati menſis, nudis pedibus, recinctâ.* idem etiam obſervatum in funeribus. [r] Suetonius in Auguſto: *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati & diſcincti, pedibuſque nudis, ac in Mauſoleo condiderunt.* Neque tantùm Romanis peculiaris hic ritus, ut diſcalceati luctum funebrem teſtarentur. Nam in Hebræorum quoque funeribus idem factitatum, facilè ex [ſ] Ezechiele Propheta colligo, ubi contra morem jubetur in funere uxoris cuncta lætitiæ ſigna retinere: *Luctum non facies, corona tua circumligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis.* Ergo in funebri luctu diſcalceatis pedibus incedebant.

In Sacris verò Magicis veneficæ unum tantùm pedem exuebant. [t] Virgilius, ubi Magæ habitum deſcribit:

Unum, inquit, *exuta pedem vinclis, in veſte recinctâ.*

[u] Horatius:

Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla

Cani-

[q] *L.* 17. *c.* 28. [r] *Cap.* 100. [ſ] *Cap.* 24. *v.* 17. [t] *L.* 4. *Æneid.* v. 518. [u] *L.* 1. *Sat.* 8.

Digitized by Google

Canidiam, pedibus nudis, paſſoque capillo.
Nudos utroſque pedes dicit; præter Sacrorum Magicorum morem. Virgilio enim aſſentiuntur [x] Ovidius, qui ſic de Medea loquitur:

Tectis egreditur veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.

Et [y] Seneca, ubi loquentem eandem inducens ait:

Tibi more gentis vinculo ſolvens comam,
Secreta nudo nemora luſtravi pede.

Neque tantùm in Sacris Magicis, ſed & in bello quidam populi erant uno tantùm pede calceati. Ita bellaces Ætoli fuiſſe produntur, ac propterea dicti μονοκρήπιδες. Unde ad Hernicos Italiæ populos tranſtulit [z] Virgilius:

——— *Veſtigia nudi ſiniſtri*
Iuſtituere pedis; crudus tegit altera pero.

Nudis illi, credo, utriſque pedibus fuiſſent, niſi tutius pugnandi ratio pedi crurique dextro adhibendum peronis munimentum ſuaſiſſet; cùm in congrediendo illi dextrum pedem ante ſiniſtrum promoverent.

Et certè ſi militiæ conditionem excipias,

x *L. 7. Met.* y *Act. 4. ſc. 2. Medea.* z *L. 7. Æneid. v. 689. & ſeq.*

Digitized by Google

pias, non ita incommoda pedum nuditas, quin illi ſuffragatores in antiquitate ſuppetant. Nam [a] Philoſtratus adoleſcenti delicatulo, cujus pedes ſandalia læſerant, urbanè ſuadet, ut prorſus ἀνυπόδητος* deinceps inambulet. Sed magis ſeriò Clemens [b] Alexandrinus: *Viro*, inquit *pulchrè convenit nullos habere Calceos, præterquam ſi militet. Calceatum enim eſſe, non parvam habet affinitatem, cùm eo quòd eſt eſſe ligatum. Optimum exercitationis genus eſt, nudis uti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem, ubi non prohibeat neceſſitas.* Ita Muſonius apud Stobæum: *Nudis pedibus incedere, meliùs eſt, quam Calceatum: propemodum enim dixerim, Calceatum eſſe, perinde ac vinctum & conſtrictum eſſe. Sine Calceis autem valdè expediti & agiles ſunt pedes, præſertim ſi adſit uſus.* Tabellariorum deinde & * curſorum exemplum profert, quod, & alia quæ huc pertinent, [c] ſuperiùs relata, non repeto.

Ex quibus non omnino mirum videri debet, ſi viri quidam liberi, atque etiam ſplendidioris fortunæ, nudis pedibus aliquando inceſſiſſe dicantur. Ecce enim Phocion, auctore [d] Plutarcho, ruri ac mili-

a *Ep.* 22. b *L.* 2. *pædag. cap.* 11. c *Cap.* 21. d *In Phocione.*

Digitized by Google

militiæ nudo ſemper inceſſit pede, niſi hyems atrocior illum ad calceos impuliſſet. Unde ferunt, inter jocantes milites nullum fuiſſe ſignificandi rigidi frigoris certius argumentum, quàm affirmare, calceatum Phocionem tunc fuiſſe. Cui hac in re non diſſimilis Cato, quem idem [e] Plutarchus tantæ laboris patientiæ fuiſſe ſcribit, ut *Cùm amici, qui unà iter faciebant, equis veherentur, ſingulos ipſe adiens, pariter cum iis loqueretur, pedibus ipſe vadens.* Quibus addit idem Plutarchus; *Sæpè ſine Calceis & ſine tunica in publicum prodibat à prandio.* Hinc illud [f] Horatii:

Quid ſi quis vultu torvo ferus, & pede nudo,
Exiguaque toga ſimulet textore Catonem,
Virtutemve repræſentet moreſque Catonis.

Idem de Socrate teſtatur Ariſtophanes apud Laërtium, his verbis Latinè redditis: *Elatus faſtu viasterit oculiſque innuit, & diſcalceatus mala multa tolerat, & inter nos vultu gravitatem præ ſe fert.* Ad eamdem etiam ferendi laboris aſſuetudinem reſpiciens [g] Lycurgus, Lacedæmoniorum pueris, pro calceamentorum uſu, pedum nuditatem præſcripſit, quò nimirum expeditiùs acclivia conſcenderent, & per declivia

e *In Catone.* f *L. 1, ep. 19.* g *Alex. Neap. l. 5. c. 18.*

Digitized by Google

via graderentur. Sed apud Ægyptios alia fuit puellarum, quæ nondum nuptæ eſſent, excalceandarum ratio, quibus ſcilicet calceos geſtare non licebat; ut ſic evagandi licentia cohiberetur. Cùm illis nudo pede extra ſepta prodire nefas foret.

Quid plura? Caput hoc captivi & ſervi veniales claudent, qui quidem olim pro more nudis erant pedibus. [h] Juvenalis, ubi de Cappadocibus & Bithynis Romam venum traductis loquitur:

Altera, inquit, *quos nudo traducit Gallia talo.*

Hæc ſiquidem nota fuit venalitiorum, ut excalceatis nudiſque pedibus eſſent, iiſque cretatis ſeu gypſatis. Non enim placet hîc, quod vir [i] quidam eruditus intricatè ſcripſit, cretatos pedes interpretans calceis indutos, quibus nota cretacea eſſet impreſſa. Nam quotquot hac de re loquuti ſunt auctores, pedum penè ſemper, calceorum nuſquam meminerunt. Ut hinc etiam noſtra magis conſtet aſſertio, quamvis in ſuperiori verſu ſatis ſit unica voce *nudo* firmata. Prodeant igitur qui quod dicimus, oſtendunt. [k] Juvenalis:

Nu-

h *Sat.* 7. *v.* 16. i *Ad. Reſ. l.* 5. *cap.* 36. k *Sat.* 1. *v.* 111.

Digitized by Google

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

[l] Ovidius:

Nec tu, ſi quis erit capitis mercede redemptus,
Deſpice gypſati nomen inane pedis.

[m] Tibullus,

Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpè coëgit
Barbara gypſatos ferre catasta pedes.

[n] Propertius,

Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cretati medio cùm ſaliere foro.

His accedat [o] Plinius: *Creta pedes venalium trans mare advectorum denotare inſtituerunt majores.* [p] Idemque rurſus: *Cl. Cæſaris libertos vidimus, cùm laureatis faſcibus illò remitti, unde cretatis pedibus adveniſſent.* Quod ſi calceatis fuiſſent pedibus illi venales, horum, quos jam laudavimus, aliquis, dubio procul calceorum aliquid retuliſſet.

l *Eleg.* 8. *l.* 1. m *Eleg.* 3. *l.* 2. n *Eleg.* 5. *l.* 4. o *L.* 35. *c.* 17. p *Ibid. c.* 18.

C A-

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

Ignominioſa Calceorum ſolutio, eademque ceſſionis, alias fidei firmive propoſiti ſignum.

QUemadmodum Religionis divinique cultûs erga Calceos olim poſitos in confeſſo eſt, ita eoſdem ignominioſè quibuſdam interdum detractos nulli debet eſſe dubium. Nam cùm diſcalceatum eſſe captivitatis, ut ſuprà notatum eſt, ſerviliſque conditionis eſſet argumentum; id etiam ex conſequenti certam in aliquibus ignominiæ notam præ ſe tulit. Unde apud Romanos militibus, cùm exautorarentur, ut militiæ privilegiis & honore indigni, inter cætera calcei ſolebant detrahi. [a] Tertullianus militem exautoratum deſcribens: *Speculatoriam*, inquit, *moroſiſſimam pedibus abſolvit*. Id eſt Caligam militarem deponit. Idem etiam aliquando apud Anglos obſervatum teſtatur [b] Valſingamus, ubi ſic: *Andreas Herclè, transfuga Anglus antequam ſuſpenderetur, degradatus eſt, ſecuri amputatis ei ad talos calcaribus, mox diſcinctus balteo militari, & ablatis calceis & chirothecis, mox tractus*

a *L. de cor. mil. cap.* 1. b *In Eduar.* 2.

tractus & ſuſpenſus & in quatuor partes diviſus En ut in militarium inſignium numero habentur calcei, cùm illi reo, militiæ inſignibus exſpoliando, detrahantur, quò ſcilicet omnibus militiæ privilegiis indignus, ignominiaque velut infamis denotandus oſtendatur.

Neque tantùm in militia calceorum detractio ignominiæ notam olim inuſſit. Sicut enim Romanis diſcinctum eſſe, non tantùm militiæ, ſed etiam domi cenſebatur infame: quo modo de.ſolutæ vitæ ganeonibus dicebatur: [c] *In morem diſcincti vivere Natta &c.* Quo item ſenſu Julius Cæſar adoleſcens malè audiebat, quod [d] *malè præcinctus* eſſet: Contraque ſeveri illi & graves Romani veteres *cinctuti* vocabantur, quòd arctè cingerentur. Ita Hebræis tollere calceamentum, & diſcalceatum vocari, judicialis infamia fuit, ſumpto rei ex lege Moyſis initio: Sic enim ille in [e] Deuteronomio. *Si noluerit frater fratris, ſine liberis mortui, uxorem accipere, accedet mulier ad eum, coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pedibus ejus, ſpuetque in faciem ejus, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui,* &

c *Perſius Sat. 3. verſ. 31.* d *Suet. c. 45.* e *Cap. 25. v. 7. & ſeqq.*

& vocabitur nomen illius in Iſrael, domus diſcalceati. Ubi videre eſt, hunc, qui neget fratri mortuo ſemen ſuſcitare, à facie ad pedes, per ſputum & calcei ſolutionem, dehoneſtari. Huic legi (ut eruditiſſimus ille [f] Delrio ſapienter obſervavit) reſpondebat ipſa Iſraëlitarum conſuetudo, inter quos, ſi quis juri ſuo cederet, dominiumque rei ſibi competentis alteri transferret, ejus rei juridicè præſtandæ ſymbolum erat calcei proprii ſolutio, ejuſdemque in manum alterius traditio. Qua de re loquens Samuel, ubi [g] Ruth hiſtoriam enarrat: *Hic*, inquit, *mos erat antiquitus in Iſraël, inter propinquos, ut, ſi quando alter alteri juri ſuo cedebat, ut eſſet firma conceſſio, ſolvebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſraël.* Deinde ſubjungit: *Dixit ergo Booz propinquo ſuo*, Rutham ducere recuſanti, *tolle calceamentum tuum: quod ſtatim ſolvit de pede ſuo.*

Legi [1] reſpondiſſe conſuetudinem dixi: Nam

f *In Adagial.* g *Cap.* 4. *v.* 7.

1 In cujus intellectu quantopere lapſus ſit auctor, dilucide oſtendit rev. Bynæus *l.* 2. *c.* 6. *n.* 5. Ejus tamen ſymbolica ratio, quod detractio calcei ſignum foret, eum privari omni jure quod in viduam habebat, non magis quam Balduini noſtri arridet. Nam quemadmodum repulſa vidua levirum contumeliæ cauſa conſpuebat, etiam ob can-

Nam eò ſic utraque incidunt, ut qui, verbi gratia, fratris viduam uxorem ducere recuſabat, primùm ſui calcei corrigiam ſolveret; quò nimirùm oſtenderet, ſe jure cedere calcandi fundum ſive poſſeſſionem, quam cum vidua erat aditurus. Deinde mulier ultionis demortui mariti gratiâ, calceum recuſantis auferebat, ut ſic eum infamem denotaret. Et eò ſanè ducunt utriuſque loci verba, ſi benè mens eorum expendatur. Nec malè dicitur calceum alteri dare, qui ſolvendo permittit, ut facilè alius eum ſibi auferat.

Quod ſi quis utriuſque, cùm ceſſionis juris, tùm recuſationis nuptiarum, per calcei ſolutionem & detractionem ſignificatæ rationem aliquam exquirat, facilè quoad primum poteſt reſponderi, calceamento dominium ſive jus aliquod in rem aliam indicari; cùm calceus, ut incedentium uſibus inſervit, terram ſibi ſubjectam ſem-

eandem prorſus rationem calceum ei detrahebat, quod unice innuunt verba, quæ vidua pronunciare jubetur, nempe *talem eſſe ejus pœnam, qui fratris domum ædificare nolit:* & quod magis urget, *nomen ejus in Iſraele fore, domus ejus, cui calceus detractus eſt.* Itaque poſterius hoc factum, non magis quam prius, ſymbolicum conſiderari poteſt; ſed potius contumelioſum fuiſſe diſcimus. Legis vero & conſuetudinis ita invicem conjunctæ & mixtæ abſurditatem erudite exponit idem rev. vir *ibid. c. 7.* perinde ut imbecillam Pſalmi 59. explicationem *c. 6. n. 3.*

2 Diſpli-

ſemper habere ſoleat. Quamobrem [h] Pſaltes Regius dixiſſe videtur : *In Idumæam extendam calceamentum meum.* id eſt, eam mihi ſubjiciam. Unde ubi juris ſive Dominii ceſſio ſignificanda eſt, ad id aptè calceamenti ſolutio ſymbolicῶs uſurpatur: prout id olim ingeniosè expreſſit, quiſquis amoris effigiem pinxit; ſiniſtra manu calceum gerentem, altera verò titulum hunc, JUS MEUM ALTERI TRADO. Quoad ſecundum, quid aptiùs ſignificando matrimonio, quàm calceus? Calceum plerumque pedi gravem & moleſtum eſſe nemo ignorat. Idem etiam ſæpè ſæpiùs in matrimonio contingere teſtari poſſunt, qui ſuo malo ſunt experti. Scitum occurrit hac in re Senatoris Romani dictum, qui rogantibus amicis, cur uxorem præſtanti forma inſignem, & in qua nihil apparebat conjugio indignum, repudiaret; Pede protenſo calceum oſtendens: *Hic*, inquit, *pulcher eſt & elegans: Neſcitis tamen, qua parte pedem meum premat.* Unde qui calceum ſibi detrahi volens patitur, is non ineptè ſic uxoris ducendæ curam abjicere ſe demonſtrat.

Huc porrò placet adjungere, quòd apud Arabes Calceum ſibi detractum in alium

jacere,

h. *Pſal.* 59. *v.* 10.

jacere, non equidem ceſſionis ullius ſymbolum ſit, ſed potiùs ſervatæ ſervandæque fidei ſignum, & pignus certiſſimum.[2] Cui rei firmandæ facit omninò quod, referente clariſſimo [i] Lipſio, Luſitanicæ narrant hiſtoriæ, de Raho quodam Benxamutio, viro inter Arabum Duces inſigni. Hic, cùm in Marochienſi agro caſtra & de more familiam haberet, contigit, ut, irruentibus inopinanter Luſitanorum copiis, uxor ejus, cum multa hominum pecorumque turba, raptim abduceretur. Imparem autem cùm ſe Rahus animadverteret, Luſitanis numero militum longè majore ſuperantibus, dolens mœſtuſque primùm

i *In Monitis & Exemplis polit. cap.* 17.

2 Diſplicet illud ſymbolum Bynæo *l.* 2. *c.* 8. *n.* 6. & 7. Nec ſane ſufficiens apparet ratio, qua tale ſymbolum ex illa hiſtoria excitere potuerit Balduinus. Sed quamcunque ob rationem id in more barbaræ iſtius gentis poſitum fuit, diverſa fuit ſententia Limigantum Sarmatarum, qui iſta calcei miſſione in ſignum belli & pugnæ committendæ utebantur, ut clarum eſt ex Ammiano Marc. *l.* 19. *c.* 11. ubi quum ad ſuggeſtum Imperatoris ſermonem ad eos parantis ſtarent, *quidam ex illis furore percitus truci, calceo ſuo in tribunal contorto,* marha, marha, *quòd eſt apud eos ſignum bellicum, exclamavit: eumque ſecuta incondita multitudo, vexillo elato repente barbarico, ululans ferum in ipſum Principem ferebatur.* Quod exemplum evidentiſſime demonſtrat calcei jactum apud illam gentem remotiſſimum fuiſſe ab ſymbolo fidei, ut illo ſigno potius perfidam mentem nudare inceperit, & forſan in contumeliam, ut Plutarchus notat *in Quæſtion.* Sed ſingulorum populorum mores miſcendi non ſunt.

mùm uxorem patiebatur abduci. Sed ecce, cùm illa recedens huic & ignaviam & perfidiam indignabunda exprobraret, acrioribus incitatus ſtimulis, ſtatim, ut in more gentis erat, calceum ſibi detractum in illam jecit: Et ſimul equites ſuos, quos ad ſeptuaginta raptim collegerat, animoſè cohortatus, tanto impetu in Luſitanos irruit, ut hi tandem amiſſo duce, diſſipataque acie, cæſi plerique omnes, aut capti fuerint. Sicque uxorem Rahus ille recepit, voces eo facto & laudes in ſe vertens omnium, qui fidelem & generoſum ejus animum prædicabant. Qua in narratione id potiſſimùm in rem noſtram obſervamus, quod Rahus ille jacto in uxorem calceamento dicere videbatur: *Ne jure mihi aut ignaviæ aut perfidiæ probrum putes competere, ecce, jam tibi meum trado calceum, fidei meæ pignus; ſed ſtatim recipiendum, cùm te fugatis hoſtibus recepero. Quod niſi per me fiat, ignavum me, perfidum & infamem habeto.*

Et certè, non inepta uxoris recipiendæ propoſiti, per calceum in eam conjectum, ſignificatio; cùm, ut obſervavit Rabbi Immanuel *in Pſalmos*, ubi Reges olim urbem aliquam obſidebant, in eam projicere Chirothecam ſolerent, ſignum, ſe ſtatuiſſe

tuiſſe obſidionem non ſolvere, donec urbe potirentur. Nam quod hic per chirothecam factum ait, alii per Calceamentum malunt, eòque [k] Pſalmiſtam ſpectaſſe volunt, ubi cecinit: *In Idumæam extendam calceamentum meum*. Ac ſi dicat, in Idumæam belli ſignum conjiciam, cui finem dare non eſt propoſitum, niſi priùs eam in poteſtatem meam redegero. Cui interpretationi favet ea verſio, quæ ubi communis ſubjungit: *Mihi alienigenæ amici facti ſunt*, habet, *ſubditi ſunt*. Unde etiam de ſubjiciendis alienigenis hoc loco agi, doctiores hiſtorici ſensûs Interpretes arbitrantur. Ecce igitur ex his, quæ hoc capite prolata ſunt, haud obſcurè liquet, quò ſeſe calceorum ſive detractio, ſive jactus in ſignificando protendat. Sed hinc nobis eſt gradus ad alia promovendus, quò myſticè obvelata in ſacris Scripturis calceorum ſignificatio tandem revelетur.

k *Pſal.* 59. *v.* 10.

Digitized by Google

CAPUT XXV.

Prolegomenon ad Myſticam Calceorum interpretationem.

CElebris eſt, & omnium penè ſeu ſtylo, ſeu penicillo illuſtrata hiſtoria, quam de ſe retulit omnium Scriptorum primus ille Moſes, qui cùm oves ſoceri ſui, per avia deſerti paſcentes, deduceret, ecce, derepentè rubus ei in oculis, qui flammas accenſus hinc inde ſpargebat, ita tamen, ut incendio non abſumeretur. Unde ſtupendum illud oſtentum propiùs attentans intueri; audiit illicò vocem præcipientis Domini: [a] *Solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Quòd ſi mihi nunc in rem meam hujus hiſtoriæ mentem liceat deflectere, mihi videor huc uſque lectorem meum, non quidem per avia deſerti, ſed per impreſſa veterum Scriptorum veſtigia deduxiſſe, quibus quidem antiqui calcei materia, forma, ornatus, atque alia adjuncta clariùs innoteſcerent; atque ita ejus animum dape litteraria paſcerem. Sed ecce progredienti mihi rubus ardens in oculis, emi-

a *Exod. c. 3. v. 5.*

Digitized by Google

emicantes nempè calceorum, qui in Sacris litteris occurrunt, ſenſus myſtici, quorum quidem fulgor, è mediis verborum latebris erumpens, oculorum aciem primo aſpectu perſtringit. Quare, dum propiùs in iis certam fixamque lucem cupio intueri, aurem mihi ſubitò vellicat iſtud olim Moſi pronunciatum edictum: *Solve calceamentum &c.* Quo ſanè intelligo, ſapienter, docente D. [b] Bernardo, *eum, qui velit ſacra myſteria rimari, debere priùs terrenis ſe profanarum rerum curis exuère: propterea, quòd rebus profanis immerſa cogitatio animum ipſum deprimit; & divinæ theoriæ meditationi minùs reddit idoneum.* Hîc igitur aliquando tandem profanæ antiquitatis curioſiùs indagandæ curis exſolvendus animus, quò liberior expeditiorque ſeſe in ſacra, myſticæ Calceorum ſignificationis, penetralia inſinuet.

Atque ut rem commodiùs aggrediar, ſolidum hoc ſolum primùm mihi ſubſternendum eſt. Sacræ litteræ, quas Divinus ſpiritus intus alit, non tantùm ſenſum illum legentibus offerunt, quem ipſe verborum contextus ſeu ſonus exterior primùm exhibet intelligendum, ſed alium atque alium, intimis incluſum penetralibus ha-

b *In cap.* 12. *Apoc.*

Digitized by Google

habent, attentiori meditatione exprimendum. Hinc nota illa famoſaque ſenſuum, quos litteræ illæ vel fronte præferunt, vel ſinu fovent, diſtinctio, in *Hiſtoricum*, *Tropologicum*, *Allegoricum* & *Anagogicum*. Nam ea eſt ubertas atque copia divini illius Spiritûs, quo dictante ſacri Codices exarati ſunt, ut una eademque vox quatuor illos ſenſus facilè parturiat. Quod exemplo non longè petito ſic intelligendum oſtendimus. Quid verba illa jam antè laudata, *Solve calceamentum*, *&c.* Hiſtorico, ſeu litterali ſenſu ſignificent, expeditius eſt, quàm ut pluribus verbis opus ſit. Quod ſi Tropologiam ſpectes, hunc tibi ſenſum ſuggerent; Si Deo per amorem propiùs optas adhærere, ſordidas vitiorum pelles de affectibus tuis abjice. Si verò Allegoriam, ſic haud incommodè poterunt exponi; Rerum divinarum myſteria, ſub intelligentiam hominis non cadunt, niſi priùs terrenarum cogitationum involucra depoſuerit. Si denique Anagogiam, & hunc quoque ſenſum facilè ſuppeditabunt; Tum facilis tibi dabitur in beatificæ viſionis arcem aſcenſus, cùm depoſitâ caducæ carnis ſarcinâ, corporeis vinculis animus fuerit exſolutus. Neque nos pro arbitrio, aut temerario quodam auſu,

Digitized by Google

auſu, hos nobis ſenſus effingimus; ſed tritam tantùm aliorum veſtigiis viam inſiſtimus: Cùm qui prius eam feliciter iniêrunt, ſanctiſſimos ſapientiſſimoſque Patres, tanquam Deos viales (ut poſtea conſtabit), habeamus; quos, qui preſſo pede ſequatur, eum à recto veritatis tramite aberrare minimè poſſe cenſeo. Sed antequam myſticos calceorum ſenſus ampliùs aperio, liceat etiam aliquid ad hiſtorici lucem proferre, ne contemptim omiſſum ſe conqueratur.

CAPUT XXVI.

Utrum Chriſtus Dominus pro more Calceatus inceſſerit.

Limitum, quos hujus initio libelli mihi volens præſcripſi, non immemor, operæ duxi pretium hîc inveſtigare, non quidem ea, quorum in Sacra Hiſtoria magni momenti eſt diſceptatio (cujuſmodi ſunt quæſtiones illæ, utrùm Circumciſio in veteri lege purgandis ab originali labe pueris ſufficeret. Utrùm in nova lege Chriſtus Dominus Miſſæ ſacrificium inſtituerit, & ſimiles) ſed tantùm, quæ ad Minervam noſtram ſutoriam pertinent: U-

 trum

Digitized by Google

trum videlicet Chriſtus Dominus pro more Calceis uſus ſit.

Cujus quidem quæſtionis inſtituendæ rationem mihi ſuggerunt, quæ à pleriſque diſſentientibus utrimque ſuper ea re ſolent afferri rationes. Qui negantem viam ineunt, in quibus ſunt Lyrànus, Abulenſis, Dion. Carthuſianus, & D. Bonaventura, eò potiſſimùm feruntur impulſi, quòd cùm apud D. [a] Lucam animadvertant, D. Magdalenam Chriſti Domini pedes inungere, ſuiſque lachrymis irrigare; hinc conſectaneum exiſtiment, illum nudis fuiſſe pedibus: propterea quod aliâs hoc ei beneficium in menſa præſtare minimè potuiſſet. Et ad mentem hanc majus etiam ex eo momentum putant accedere, quòd ibidem Chriſtus Dominus Simoni dixiſſe referatur: *Aquam pedibus meis non dediſti*. Ut quid enim aqua pedibus abluendis, ſi calceorum integumentis illi fuiſſent operti?

Quòd ſi levia quibuſdam videantur hæc momenta, eadem ſic aliundè ſtabiliunt, quòd, cùm Chriſtus Dominus ea opere compleverit, quæ aliquando ſuis facienda præcepit, veroſimile videri nulla ratione poteſt, ipſum calceatis inceſſiſſe pedibus; cùm

a *Cap.* 7. *v.* 38.

cùm ipſum Apoſtolis calceorum uſum interdixiſſe conſtet: Nam diſertis verbis apud D. [b] Matthæum ſic ait: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta.* Et apud D. [c] Lucam: *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.* Rurſuſque [d] alibi: *Quando miſi vos, ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis?* Et ne qua parte vacillet inſtitutæ quæſtionis negatio, qui ſuppetias ferat tanquam triarius adſciſcitur D. [e] Hieronymus, cujus hæc verba licet in *Epiſtolis* legere: *Moſes & Jeſu Nave nudis in terram ſanctam pedibus jubentur incedere: & diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium, ad prædicationem novi Euangelii deſtinantur. Et milites, veſtimentis* Jesu *ſorte diviſis, Caligas non habebant, quas tollerent: Nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat ſervis, id eſt Apoſtolis.* Liquet igitur ex mente ſenſuque tanti Doctoris, neque Chriſtum Dominum, neque illius Apoſtolos calceis uſos eſſe. Sed agmen hoc rationum, pro parte negante pugnantium, non fruſtrà concluſerit, quòd, licèt ple-

b *Cap. 10. v. 9.* c *Cap. 10. v. 4.* d *Cap. 22. v. 35.* e *Ep. ad Euſtoch. de cuſt. virg.*

ræque veterum, cùm ſculpturæ, tùm pi-ctaræ Apoſtolos ſandaliis calceatos oſtentent; nuſquam tamen, aut certè raro, Chriſti Domini effigies, aliter, quàm nudis pedibus expreſſæ videantur. Quod equidem non levi argumento eſt, nudipedalia Chriſtum perpetuò celebraſſe: prout etiam ſcripſit Pariſienſis Cancellarius à [f] Gerſonio. Quibus ita conſtitutis, ſi quis jam affirmantem ſententiam ſe nihilominùs amplecti diceret, periculum fortè, ne non ſatis ſanus crederetur. Quid enim tot tantiſque rationum momentis cum ratione poſſit opponi, non ſanè videtur eſſe promptum aut expeditum.

Verùm non eſt, quod affirmanti ſententiæ indicta cauſa nigrum theta præfigatur. Sunt enim ei ſuæ rationes, ſua jura, quibus æqua lance perpenſis, nemo dùbitet, huic contra negantem veritatis prærogativam deferre. Sed quid verbis opus? Audiamus D. [g] Joannem Baptiſtam: *Non ſum*, inquit, *dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus*, Chriſti nempe Domini, cujus ſe ſervum humilem D. ille Joannes profitebatur. Non ergo merè nudis pedibus Chriſtus Dominus incedebat.

Nolim

f *Conſider.* 3. *Apolog. ad. Carthuſ.* g *Mar.* 1. *v.* 7. *Luc.* 3. *v.* 16. *Joan.* 1. *v.* 27.

Nolim tamen omninò inficias ire, potuiſſe D. Joannem verba illa verè uſurpare, etiamſi Chriſtus nudipes incederet. Sic enim proverbiali loquendi formula ſignificaſſet, ſe non ſatis dignum eſſe, qui in Chriſti famulitio viliſſimum etiam munus obiret. Nihilominùs de veris Chriſti Domini calceamentis verba D. Joannis intelligenda eſſe, nos docet D. [h] Auguſtinus, cùm ait: *De calceamentis iis, quibus calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Dominus: Si enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Joannes diceret, non ſum dignus, &c.* In eam quoque pedibus it ſententiam D. [i] Antoninus, ubi ſic: *Chriſtum*, inquit, *calceatum videre poſſumus, in eo, quod Baptiſta ait, Cujus non ſum dignus, &c.* & D. etiam [k] Chryſoſtomus calceamenta Chriſto attribit his verbis: *Quod nunc dicunt, vellem ipſius Chriſti formam aſpicere, figuram, calceamenta, &c.* Ex quibus ſanè clariſſimè conſtat, quid ſit de Chriſti Domini calceatu ſentiendum.

Quod ſi jam Apoſtoli videntur in exemplum adducendi, ut qui in veſtitu ciboque Magiſtri normam & conſuetudinem ad amuſſim, ut credere par eſt, imitaban-

 tur,

h *Serm. 42. de Sanct. cap. 6.* i *3. p. hiſt. tit. 23. cap. 1. §. 1.*
k *Hom. 60. ad. populum Antiochenum.*

tur, ipſos ſanè calceamentis uſos fuiſſe D. [l] Marcus teſtis eſt locuples: ubi enim, quo habitu Chriſtus Dominus vellet eos incedere, commemorat: *Eis*, inquit, *praecepit, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum: non peram, non panem, neque in zonis aes; ſed calceatos ſandaliis.* Nulla hic opus conſequentium illatione. Res apertè liquet. Et ſi quis aliò vellet eam deflectere, ſuccurrit inſuper, quod Angelum D. Petro è carcere mox educendo dixiſſe refert [m] *Actorum* ſcriba D. Lucas: *Calcea te Caligas tuas*, pro quo Græcè legitur, ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Ut quid enim Caligas ſive Sandalia princeps ille Apoſtolus jubetur induere, ſi quibus pro more uteretur, ea non haberet? Poſſet etiam hîc adjici, quod D. [n] Bonaventura teſtatur, D. Petri ſoleam Romæ tanquam inſigne antiquitatis monimentum aſſervari. Quemadmodum idem alii de B. Andreæ Sandalio referunt, quod ita in Hiſpania, *in civitate Ovetenſi*, ſtudioſè ſervatur. Sed quid opus plura congerere? Apoſtolos paſſim & antiquæ & recentiores picturæ Sandaliis calceatos repræſentant. Chriſtum verò Dominum pari cum Apoſtolis vivendi veſtiendique

l *Cap. 6. v. 9.* m *Cap. 12. v. 8.* n *Tom. 7. in Opuſculo de Sandaliis Apoſtolorum.*

Digitized by Google



nò ra-
nullus
Chri-
nceſſe-
, To-
ntiori-
ſtat aſ-

um ra-
Magda-
nudos
eterum
s in le-
s ſoleis
iendis :
onſtra-
t etiam
aqua.

igura de-
is Gymna-

iritu San-
menta in
memoriæ
d oraculo-
ophetæ ce-
ionem &
ſervirent :
iam nulla
nobis ob-
nis ſollici-
os decet.

tur,
¹ Ma
quo
incec
cepit
tanta
zonis
opus
lique
re,
Petr
fert
Cali
δηqu
ſive
tur
ea n
quo
ſole
tis
dum
ſeru
Ove
plur
tiqu
ceat
min

¹ C
Saud

Pag. 229.



dique ratione uſum dicere, eſt omninò rationi conſentaneum. Quamobrem nullus dubio ſupereſſe debet locus, quin Chriſtus Dominus pro more calceatus inceſſerit. Atque ita Burgenſis, Cajetanus, Toletus, Baradius, & Suarez ex recentioribus ſentiunt. His defixa radicibus ſtat affirmans ſententia. [1]

Sed qui eam concutiunt adverſarum rationum venti ſic eventilandi. D. Magdalena cœnantis Chriſti Domini pedes nudos inunxit: hoc verum. Sed pro veterum more Chriſtus Dominus ſemijacens in lecto menſæ * accumbebat, depoſitis ſoleis ſive ſandaliis, peracta cœna reſumendis: Sic enim veteres, ut [o] ſupra demonſtratum. Nihil ergo mirum, ſi potuit etiam aqua

o *Cap.* 11.

* Accumbendi apud veteres morem ſubjecta figura demonſtrabit, quam *Mercuriali* debemus. *lib.* 1. *Artis Gymnaſticæ capite* XI.

1 Quæ ut verior videtur, ita eam ex vulgari Judæorum veſtitu tuetur rev. Bynæus *in principio memorati operis*. Nam quæ deinde ſequitur dubitatio, cur Evangeliſtæ Servatore jam in crucem ſublato, calceorum inter reliqua veſtimenta non meminerint, & inde tracta ſuſpicio, quaſi Servator nudipes abductus ſit, levi fundamento nituntur. Quis enim non agnoſcit ab Spiritu Sancto ea tantum momenta in hiſtoria paſſionis memoriæ tradita eſſe, quæ ad oraculorum, quæ priſci Prophetæ cecinerant, illuſtrationem & complementum inſervirent? In his autem quoniam nulla calceorum mentio nobis obvia eſt, de iis nimis ſollicitos eſſe minime nos decet.

Digitized by Google

aqua pedibus ejus abluendis impendi. Deinde Chriſtus Dominus Apoſtolis uſum calceamentorum prohibuerit, annuo; ſed eorum tantùm, quæ pedes totos contegerent; non autem ſandaliorum, quæ pedum plantas tantùm, ſuperiori parte nuda, munirent. Sic enim D. Lucas & Mathæus cum D. Marco veniunt conciliandi. Unde ad D. Hieronymum facilis eſt & expedita reſponſio. Suppoſito enim quod jam retuli diſcrimine, Caligas ſive calceamenta non habebat Chriſtus, quæ ſervis ſuis prohibuerat; quis negat? Sed neque Sandalia, non conceſſerim; niſi pro Paſſionis tempore, quo facilè credo nudis pedibus ipſum in Calvariæ montem aſcendiſſe. Omitto, quod alii reſpondent, milites, qui cruci Chriſtum affixerant, ejus calceos vel ſandalia contempſiſſe, quòd nullius eſſent valoris. Ad Chriſti verò Domini effigies, quæ paſſim nudipedes viſuntur, nolim ego ſtatim & crudè tritum illud reponere:

——— Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Sed hoc eſto reſponſum: Quemadmodum reliquo habitu Chriſtum pictores ſæpiùs ab Apoſtolis diſtinguunt, veſtem nempe diſcin-

diſcinctam, ſine ſuperinjecto pallio illi adpingentes, quod idem in cæteris Apoſtolis non ſervant, licèt ipſum cum iis eadem uſum veſtiendi ratione ſit vero ſimiliùs: Ita nihil mirum, ſi nudipedem illum repræſentent: ut ſic quoque magis extet ab Apoſtolis diſtinctus, quos ſandaliis calceatos delineare ſolent. Quòd ſi quidam aliàs & Chriſtum Dominum, & Apoſtolos nudipedes interdum inceſſiſſe contendant, non obluctor: ſed de more, propter antedicta, repugno.

CAPUT XXVII.

Romani Pontificis Calceamenta quæ, quo potiſſimùm inſignita ornatu, ejuſdemque rationes variæ.


LIceat etiam hoc capite de Pontificis illius, qui in terris Chriſti Domini vices obit, calceamentis, deque illorum ornatu ſingulari, ejuſdemque cauſis peculiari tractatione agere. Ita fiet, ut ab Hiſtorica ad Myſticam calceamenti ſacri intelligentiam ſenſim, & veluti per gradus ordine ſibi invicem ſuccedentes, inſtituti noſtri ratio progrediatur. Ut igitur quod proponimus id præſtemus, ſummos religionis

gionis noſtræ principes uno eodemque calceamenti genere ſemper uſoş, non eſt credo qui velit, cùm jure non queat, aſſerere. Qui enim ad D. Petri primi Romanorum Pontificis tempora propiùs acceſſerunt, illi, ut paupertatis ejus, & conditionis potentiorum injuriis obnoxiæ ſucceſſores fuerunt, ita & eumdem in Caligis ſive Sandaliis Apoſtolicis dubio procul imitati ſunt. Hic ſiquidem eſt mortalium omnium genius, ut eorum, quos in aliqua re principes agnoſcunt, & mores & veſtiendi rationem aliquanto tempore lubentes imitentur.


Sed ut eorumdem mortalium res caducæ ſunt, fluxæ & mobiles; ita temporum ſucceſſu facilè tandem illi animum moribus in melius, ut cauſantur, immutandis addicunt. Hinc factum; ut à rudibus illis & craſſioribus, quæ Apoſtolis familiaria fuerunt, Sandaliis, ad linteos Udones ſeſe Pontificum in augenda ſui præſulatûs dignitate ſtudium converterit; tùm præſertim, cum illos inter alia ornamenta dono datos à Conſtantino Magno pedibus inducere cœperunt: ut ſcilicet, quod Gentilium Sacerdotes in profanis ſuis ſacris uſurpare ſolebant; cùm apud eos *Scortea non ulli eſſet fas inferre ſacello*: Id tanquam ab

injuſtis


Digitized by Google



Calceus Martini. I. Papæ et Martyris



Calceus Honorij Papæ. I.



gio
ceai
do
re.
nor
run
tion
ceſſ
gis
imit
omn
qua
veſti
bent

Se
cæ ſ
ſucc
bus
addi
& c
fuer
Pont
gnita
tim,
dato
cere
lium
pare
ulli e

Calceus Silveſtri Papæ. I.




Fig. 2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

injuſtis poſſeſſoribus vindicarent, atque ſinceræ religionis uſibus addicerent. Et certè, lineus ille candor in pedibus, non parum, imò maximè ſacrorum antiſtitem decet; in quo quidem animi ab omni vitiorum labe defæcati puritas, per eum candorem aptè ſignificata, elucere maximè debeat.

Verùm fuerint olim lintei illi calcei Pontificibus noſtris uſurpati, majorum nihilominùs ætate abolitam conſuetudinem illam fateri neceſſe eſt. Cùm jam pridem Sandalia purpurea, crucis aureæ ornamento inſignita, locum in Pontificalibus calceamentis obtinuerint. Sic enim habet *Pontificum Caremoniale* pluries ante laudatum: *Induitur Papali habitu, toga ſcilicet linea alba, Caligis rubeis; & * Sandaliis rubeis, aurea cruce ſignatis.* Ubi quidem duo notanda, quibus Pontificalium calceorum decor jamdudum eſt inſignis; purpureus nempe color, & aureæ crucis ornamentum. Sed cùm de colore illo jam [b] alibi dictum

b *Cap.* 10.

* Ne quid hîc deeſſet, quod illuſtrando textui inſervire aliqua ratione poſſet, ſimul omnem ornatum Pontificium ex Titiano, *de antiquo habitu diverſarum gentium.* fig. 1. & ſpeciatim ideam Sandaliorum Pontificum aliquot Romanorum fig. 2. ex Angelo Rocca, in tractatu *de reliquiis B. Gregorii Magni* hîc exhibemus, quæ ut nonnihil inter ſe differunt, in eo tamen convenire mihi videntur, quod formam crucis alio vel alio modo expreſſam habent.

Digitized by Google

ctum ſit, hîc tantùm juvat cauſas referre, cur ita crucem Sandaliis ſuis ſummi Pontifices affixerint: ut noſtris ea ſuppetant, quibus illos adverſus hæreticorum morſus tueantur, & habeant iniqui noſtræ religionis cenſores, (unde ſi qua ratione ducantur) linguæ ſuæ petulantiam coërceant.

In primis igitur etiamſi Diocletianus Imperator gemmarum ornamenta ſuis calceamentis dicatur addidiſſe, ut ſibi tanquam Deo divini honores per pedum oſcula deferrentur: Non eſt tamen quòd quis inſanam illam mentem Pontificibus noſtris affingat, propter additum Sandaliis aureæ crucis ornamentum. Quin potiùs ex eo ipſorum humilitas atque demiſſio commendari maximè debet. Cùm enim illi primùm agnoſcerent, univerſos paſſim Chriſtianos, pietatis & honoris ergo, ad ſuorum pedum oſcula proruere, ut à ſe honorem illum ad Chriſti Domini gloriam transferrent; Crucem, quæ præcipuum eſt illius gloriæ monimentum, calceis ſuis adtexi curaverunt. Sic enim factum, ut Criſtiani homines, eum honorem, quem Pontifici per pedum ejus oſcula lubentes ibant delatum, Cruce in ipſius calceis perſpectâ, in Chriſtum præſertim referrent; atque

que adeò ipſum ore contingere, impreſſiſque labiis ſuaviari viderentur. Neque eſt, quòd quiſquam propter oſcula crucium ſignis impreſſa reclamet: Cùm teſte [c] Nicephoro in Eccleſia more antiquo receptum ſit, ut venerationis cauſa veri germanique Chriſticolæ crucem oſculis petierint. Cujus rei [d] Prudentius teſtis eſt locuples, cùm ait:

——— *Jam purpura ſupplex*
Sternitur Æneadæ victoris ad atria Chriſti,
Vexillumque Crucis ſummus Dominator adorat.

Hic enim adorandi ritus in oſculo præſertim erat poſitus. Et *adorare*, ſi dictionem tantùm attendas, nihil aliud ſonat quàm ori admovere, ſive oſculari. Unde [e] Job: *Si vidi Solem cùm fulgeret, & oſculatus ſum manum meam ore meo, &c.* Id eſt, ſi Solem adoravi.

Sed aliunde etiam crux illa Pontificum Calceis addita ſuam habet rationem. Cùm enim de Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus futura prænuncians [f] Iſaïas, pulchros ſive *ſpecioſos pedes Evangelizantium pacem* appellavit; An non externis etiam rebus, ut & internis, viros Apoſtolicos ſuo muneri debere

c *L.* 17. *c.* 15. d *In Apotheoſi adverſus Judæos v.* 514. & *ſeqq.* e *Cap.* 31. *v.* 26. & 27. f *Cap.* 52. *v.* 7.

Digitized by Google

debere gratiam, ſplendorem atque dignitatem conciliare ſignificavit? Id certè credendum ſuadet, quo ducimur omnes genius; cùm nempè per externum rerum ſacrarum, & eorum qui illis operantur, ſplendorem, ardentiore affectu erga divina myſteria & Deum ipſum accendimur. Qui aliter ſentiunt, fingant ſibi hominem, ſi queant, qui ſine ſenſuum miniſterio res cœleſtes, & à ſenſibus remotiſſimas apprehendat, atque ad earum amorem excitetur. Semper illud [g] Philoſophi veriſſimum, quamdiu corporis ergaſtulo incluſi detinemur: *Intelligentem intueri oportet phantaſmata.* Quamobrem Apoſtolici viri pulchros greſſus ſuos in calceamentis, per crucem auream iis impreſſam, eſſe voluerunt: ut ſic non à profanis rebus, ſed ab ipſomet victoriæ ſalutiſque noſtræ tropæo majeſtatem auguſtiorem ſibi compararent, atque exinde pios in ſubditorum, ornatum illum admirantium, animis, affectus erga Religionem, ejuſque ſuſpicienda myſteria efficaciùs excitarent.

Quid amplius? In Chriſtianorum omnium fronte & pectore Crucis ſignum, pro more antiquo & verè pio, ſolet efformari; quò intelligant, ſibi in profeſſione fidei non

g *L.* 3. *de anima, cap.* 8. & 9.

Digitized by Google

non erubeſcendum, ſed eam in animo ſimul & ore habendam. Pontificum verò noſtrorum calceis illud idem eſt impreſſum, ut greſſus noſtros in viam pacis rectà deducant. Cùm enim illi gregis Chriſtiani ductores ſint atque paſtores, iis equidem incumbebat ea cura, ne aliquò pedes alliderent, neve errore aliquo temerè lapſi, populum Chriſtianum in ſuum exitium præcipitem agerent. Quare, ut hoc ſacrum privilegium crucis Chriſti beneficio ſibi conceſſum oſtenderent, pedum ſuorum integumenta eximio illo crucis aureæ ſigno inſtruxerunt: ne & ipſi, qui nobis exemplo præeunt, & nos, qui eorum veſtigia ſectamur, per devia errantes in interitum rueremus. *Pedes enim ſanctorum*, ut cecinit [h] Anna, *ſervantur à Domino*. *Nec ſunt*, inquit [i] Pſaltes Regius, *in commotionem pedes eorum*. Quæ verba de Apoſtolicis viris [k] Angelomius intelligit, quos quidem Dominus inter ſcandala perſecutionum ſervat, ut omnes ad eorum pedes tutò poſſint accedere. Juxta illud [l] Deuteronomii. *Qui appropinquat pedibus ejus, accipit de Doctrina ejus*. Unde apud [m] Ezechielem, *Pedes ſanctorum pedes recti* dicuntur.

h *L.* 1. *Reg.* 2. *v.* 9. i *Pſal.* 65. *v.* 9. k *Strom. in l.* 1. *Reg. cap.* 2. l *Cap.* 33. *v.* 3. m *Cap.* 1. *v.* 7.

Digitized by Google

tur. Quia per arduas & difficiles hujus mundi ſalebras à Domino ſervantur. Quæ omnia, cùm à Paſſione Chriſti firmitatem habeant, non abs re Pontifices, ut hanc myſticam intelligentiam inſinuarent, crucem Sandaliis impreſſerunt.

Denique, ut hoc etiam antedictis adjungatur, crux illa Pontificum Sandaliis impreſſa, non ſolùm iis in memoriam revocat, ubi ad pedes oculos demittunt, vanas terrenaſque cogitationes exemplo Chriſti eſſe dimittendas, & futiles animi paſſiones, quæ pedum nomine ſignificantur, eſſe cruci affigendas: Verùm etiam omnia cruci, in qua Chriſtus Dominus acerbiſſimos pertulit cruciatus, glorioſiſſimumque retulit triumphum, eſſe proſternenda. Quod nuſquam alibi æquè ac modò experimur; cùm omnes ad Pontificis Sandalia ſeſe abjiciant, & ad crucem iis impreſſam oſculo venerandam communi voto demiſsè ferantur. Atque hæc pro inſtituti noſtri modulo ſufficiant. Si quis plura volet, Joſephum [n] Stevanum conſulat, qui hac de re fuſiùs, in eo tractatu, quem de *Oſculatione pedum Romani Pontificis* [o] edidit.

n *Cap.* 9. o *Ann.* 1580.

C A-

CAPUT XXVIII.

Allegoricè ſignificata per Calceamentum Chriſti Domini Incarnatio.

QUibus aſperum & difficile iter eſt obeundum, iis Calcei maximè ſunt neceſſarii. Res uſu experientiaque non incognita. Ex Ægypto Iſraëlitæ diſceſſuri, & per incultam atque aſperam ſolitudinem iter facturi, profectione inſtante, agnum edere calceamentis induti [a] præcipiuntur: *Sic autem comedetis illum, renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus veſtris.* Hinc juſto dolori locus, cùm magnus ille Rex & Propheta David arma filii Abſalonis fugiens, *Aſcendebat* (ait [b] Sacra pagina) *clivum Olivarum, nudis pedibus incedens.* Tùm enim ſe per viam arduam ſanè & aſperam in deſertum recipiebat. Hinc etiam apud Iſaïam gravis illa comminatio, malorum populo impendentium, ad quæ, plus opere quàm ore prædicenda, jubetur ille [c] Propheta de pedibus ſuis calceamenta tollere, nudipeſque incedere: *Et fecit ſic, vadens nudus & diſcal-*

a *Exod.* 12. *v.* 11. b *L.* 2. *Reg. cap.* 15. *v.* 30. c *Cap.* 20. *v.* 2.

calceatus. Durus profectò & difficilis inceſſus.

Sed quorſum hæc? Longum, difficilè, & laborioſum olim æterno æterni Patris Filio iter erat obeundum; ubi decretum ad rigorem juris pro mortalium noxa ipſi Patri ſatisfacere. Quid tum conſilii? Quis exequendi illius decreti modus? An velut nudipes, in ſingulari tantùm divinæ naturæ ſubſtantia, Filius ille ſe Patri facturus ſatis offerret? Eo habitu nihil ipſi Filio incumbebat exſolvendum; ut qui ſic in ære Patris non eſſet: nihil etiam eidem patiendum; ut qui ſic à ſe omnem doloris ſenſum excluderet. Et tamen ad juris illius rigidi leges integrum grandis debiti nomen juſta pariatione de divino Calendario erat eximendum, atque adeò acerba pœnarum erant ipſi naturæ, in qua contractum olim debitum, perferenda. Ita profectò iter illud pluſquam difficile. Quid igitur tandem conſilii? Reſpondeat hic [d] Alanus de Inſulis, exponens illud Canticorum: *Quam pulchri ſunt greſſus tui, &c. Calceamentum,* inquit, *de animalis mortui pelle fieri ſolet, nec tota pellis cedit in calceamentum hominis. Humana autem natura per pœnas & culpam erat mortificata. Hanc itaque pellem humanæ pœnæ*

[d] *Cap. 7.*

pœna aſſumpſit Dei Filius, quantum ad humanæ naturæ circumſtantiam, ſed non totam: propterea quòd ita pœnam aſſumpſit, ut non culpam. Atque adeò quaſi calceamentum applicuit, quando naturam humanam aſſumpſit. Hactenus ille. En igitur, ut etiam D. [e] Baſilii verbis utar, *Divinitatis calceamentum eſt caro Deum ferens, per quam ad homines deſcendit.* Quod ſi ad placandum Patrem neceſſe fuit, ut ipſius Filius pro nobis ſacerdotio fungeretur, [f] *Aſſiſtenſque Pontifex futurorum bonorum, non vitulorum ſanguine, ſed per proprium ſanguinem introiret ſemel in ſancta:* Quidni dicamus, humanam carnem, quam ad hoc præſtandum aſſumpſit, ipſius fuiſſe calceamentum; cùm auctoribus [g] Ruperto, [h] Durando & aliis, ad hoc Dominicæ Incarnationis inſinuandum myſterium, noſtri Pontifices ſacris operaturi ſandalia induant?

Et certè, non abs re caro humana divinitati conjuncta, per calceum pedi applicitum ſignificatur. Quemadmodum enim in inceſſu Calceus, etſi à pede motum accipiat, propius tamen in vepres & ſpinas, ipſo pede illæſo, ſemper incurrit: Ita poſtquam Dei Filius *exultavit, ut gigas, ad cur-*

e *In Pſal.* 59. f *Ad Heb.* 9. *v.* 11. & 12. g *L.* 1. *de div. off. cap.* 24. h *L.* 3. *ration. cap.* 8.

currendam viam, quam exorſus eſt, *à ſummo cœlo egrediens*; Caro humana, quam ſuæ divinitati tanquam calceamentum induxit, ut hujus vitæ mortalis montes tranſiliret, ab ipſa divinitate quidem præcipuos ſuos motus, mirabilemque illam patrandorum miraculorum vim accepit: quia *virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Sed ubi ferendus æſtus, tolerandi labores, perferendæ ſuppliciorum acerbitates; ea omnia carnis humanæ Calceus, illæſa divinitate, ſemper excepit. Rurſus, ubi magno alicui Principi decretum eſt imperii ſui fines longiùs latiuſque propagare, calceus in hoſticum ſolum, pro veteri Hebræorum more, projicitur; Juxta illud: *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Non diſſimili ratione Chriſtus Dominus, *Rex Regum & Dominus dominantium*, non contentus iis finibus, quibus ante ipſius adventum *notus* tantùm *in Judæa Deus*, *& in Iſraël magnum nomen ejus*; quando id præſtare voluit, ut nullus eſſet, *qui ſe abſconderet à calore ejus*, ut univerſus tandem orbis ſupremum ejus imperium agnoſceret, numenque adoraret; *In Idumæam extendit calceum ſuum*, Id eſt, divinæ illius œconomiæ, qua *verbum caro factum eſt*, prædicationem, juſſit in extremos etiam Gen-

Gentium fines per Apoſtolos propagari. Sic enim doctè [k] Rupertus in S. Joannem: *Quid eſt calceamenta Chriſti portare, niſi incarnationis ejus myſterium palam mundo annuntiare? fecerunt hoc Apoſtoli, in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et quis ſonus, quæ verba Apoſtolorum? In Sole poſuit tabernaculum ſuum Dominus: Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Hoc facientes Apoſtoli, calceamenta Chriſti in Idumæam, & in omnes alienigenas extenſa portaverunt.* Hactenus ille.

Sed & aliunde calceorum cum incarnationis myſterio analogia nobis elucet. Si enim magno [l] Gregorio credimus: *Incarnatus*, inquit, *Dominus quaſi Calceatus apparuit corrigia calceamenti, id eſt ligatura myſterii.* En, calceamenti vincula, cum implexis hujus myſterii nodis componit. Unde ſubjungit: *D. Joannes ſolvere corrigiam calceamenti Domini non valet; quia nec ipſe inveſtigare ſufficit incarnationis myſterium, qui hoc per Prophetiæ ſpiritum agnovit.* Nemo credo velit hanc tanti Patris lucem dubiam cenſere; ſed fides ei major adhibenda, quò plures ejus ſententiæ pari propè vocis tenore ſuccinunt. Sic enim alter

k *In Cap.* 1. l *Hom.* 7. *in Evang.*

alter [m] Gregorius Nazianzenus: *Quid corrigia calceamenti ſignificat? An fortè peregrinationis & carnis Chriſti rationem?* (aptum profectò & notandum peregrinationis & carnis ſymbolum Calceus) *Cujus ne extrema quidem facilè ſolvi atque explicari poſſunt, non dicam ab iis, qui adhuc craſſi & carnales ſunt, atque infantes in Chriſto; ſed ne ab iis quidem, qui ſpiritûs præſtantia Joannem æquant.* Eodem etiam ſpectat Nicetas, cùm ſcribit: *Corrigia lorum eſt calcei. Humanitatis autem a Chriſto aſſumptæ conſilium, ac verbi cum carne conjunctionem ſignificat, cujus ne extrema quidem & breviſſima myſteria ſolvi atque explicari poſſunt.* [n] Theophylactus hîc quoque audiendus, cùm verba illa D. Joannis exponit: *Cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Per calceamenta*, inquit, *intelligas duos Chriſti deſcenſus, alterum è cœlis in terram* (quando nempè venit ad nos humanæ carnis integumento calceata divinitas) *alterum è terra in infernum: hos non poteſt portare præcurſor, intelligere non valens, quomodo facti ſunt.*

[o] Et ſanè, niſi Deus revelet, nemo prorſus intelligat verbum ſine ulla mutatione

m *Oratione in Sancta Lumina.* n *In c. 3. Lucæ & c. 3. Matthæi.* o *D. Thom. 3. p. & alii paſſim Theol. In 3. l. ſent.*

Digitized by Google

tione abbreviatum: Naturam ſingularem, & individuam, ſubſiſtentem, licèt propriâ, ut loquuntur Theologi, ſubſiſtentiâ deſtitutam: unam in duabus naturis, licèt toto cœlo differentibus, eſſe perſonam: unum eumdemque & hominem & Deum eſſe: eandemque eſſe perſonam, quæ duas naturas uniat, & quæ ſit ipſius unionis terminus. Hæ enim ſunt, & plures aliæ, ſupra mentis humanæ captum, implexæ hujuſce calceamenti myſtici corrigiæ. Neque nodus ille Herculeus, qui Proverbio locum dedit, magis inſolubilis. Unde, ut tandem in hoc inſolubili tanti myſterii vinculo, expoſitam illius per calceamenta ſignificationem abſolvam, D. [p] Ambroſium lubens hîc poſtremum audiam, qui paucis, ſed ad rem noſtram appoſitè verba illa D. Joannis: *Non ſum dignus, &c.* ſic exponit; *Non ſum dignus Incarnationis myſterium comprehendere anguſtiis mentis humanæ, atque inopis vilitate ſermonis abſolvere. Unde dixit Iſaïas: Generationem ejus quis enarrabit?* Non tantùm utique divinam, ſed neque etiam humanæ modum, atque rationem.

p *Lib. de Inſtit. virginis 6. cap.* 14.

CAPUT XXIX.

Tropologicè ſignificata per Calceamentum Evangelii prædicatio.

Cùm Evangelicæ prædicationis myſterium, ſub involucro calceamenti latitans revelare aggredior, ſubit in mentem illud principis [a] Poëtæ:

—— In magno populo cùm ſortè coorta eſt.
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus:
Tum pietate gravem ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant.

Exemplum. Tumultuabantur olim Romani, querebanturque graviter, ſibi nobiliorum invidiâ perfidè ſublatum è medio Romulum; cùm ecce Julius Proculus, cujus nota probitas, probatique mores, prodit in publicam populi concionem, ibique [b] *jurejurando affirmat, à ſe viſum auguſtiore formâ Romulum, cùm ad Deos abiret*, &c. Qua in re tantùm valuit illius viri auctoritas, ut ſedato tumultu omnes amicè conquieverint. Magna profectò ad perſuadendum vis in ſuadentis auctoritate digni-

[a] *L. 1. Æneid. 152. & ſeqq.* [b] *Florus l. 1. cap. 1. in fine.*

Digitized by Google

dignitateve poſita. Sed hanc dignitatem ignominioſis perſonis vilibuſque ſervis, quos [c] antea docuimus inceſſiſſe diſcalceatos, ineſſe nemo dixerit. Unde jam nihil mirum, ſi quos Chriſtus Dominus ad religionis ſuæ promulganda myſteria deſtinavit, eos calceatos fuiſſe dicamus; Id eſt, iis dotibus inſtructos, quæ viris auctoritatem fidemque apud alios ſolent conciliare. Quis enim plus Herculi Gallico deferat (qui catenulis aureis ab ore pendentibus dictus eſt magnam hominum turbam, auribus alligatam, huc & illuc pro arbitrio circumduxiſſe) quàm Apoſtolis, quorum concionibus id tandem effectum, ut univerſus orbis Chriſtianam fidem, quam ipſi prædicabant, amplexus ſit? Volo, Hercules ille in dicendo ea gratia & auctoritate valuerit, ut facilè quæ vellet aliis perſuaderet: unde figmento illi datus ſit locus. Sed verbi divini præcones plus auctoritate gratiave apud auditores ſuos valuiſſe, quis neget? effecta probant, quæ inde potiſſimùm ſequuntur, quod [d] *illi profecti prædicarint ubique, Domino cooperante & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.* Hinc etiam dubio procul factum, ut veriſſimè dixerit [e] Apoſtolus: *Quàm ſpecioſi*

 pedes

c *Cap.* 23. d *Marc. ult. verſ.* 20. e *Ad Rom.* 10. *v.* 15.

pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sic enim pedes hi veniunt intelligendi, quòd cùm, ut ait idem [f] Apoſtolus: *Calceati eſſent in præparationem Evangelii*, Id eſt auctoritatis, ab aſſiſtente divino Spiritu & miraculis comparatæ, gratiâ inſtructi, non poterant non eſſe amabiles atque pergrati. Quod ſi cuiquam dubium, ecce in [g] Canticis id aſſeritur, his verbis: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis!* Cùm enim aptè per filiam principis Eccleſia poſſit intelligi, myſticus horum ſenſus innuit, ſpecioſum atque pergratum fuiſſe tandem Eccleſiæ ſive Apoſtolorum (qui præcipua ſunt Eccleſiæ capita) progreſſum in Evangelii promulgatione. Vel placet etiam, filia principis animam fidelem ſignificet? eodem penè verborum ſenſus recidet: Iis enim animæ promptam celeritatem ad fidem verbique divini prædicationem recipiendam intelligemus.

Quare non incommodè per calceamentum Evangelii prædicatio ſignificatur. Ita D. [h] Auguſtinus hunc Pſalmiſtæ verſiculum: *In Idumæam extendam calceamentum meum* exponens, *Cujus*, inquit, *rei calceamentum, niſi Evangelii?* Cui interpretationi

f *Ad Epheſ.* 6. v. 15. g *Cap.* 7. v. 1. h *In Pſal.* 59. v. 10.

Digitized by Google

tioni firmandæ profert ex [i] Iſaïa, quod & Nahum repetiit, & [k] Apoſtolus: *Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, &c.* Et ex Apoſtolo: *Calceati pedes, &c.* Sed addo præcisè magis, ipſum Euangelii prædicandi procinctum per calceamentum ſignificari: quemadmodum ipſius calceatûs prima ſolet eſſe cogitatio, ubi gnaviter iter aliquod eſt obeundum. Unde ſi myſticè velimus [l] monitum illud Angeli D. Petrum è carcere liberantis exponere: ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. *Calcea te caligas tuas*, ſive Sandalia: Non abs re dicemus, iis verbis Angelum D. Petro innuiſſe, jam tùm ipſum è carcere ſolutum debere ſe ad Evangelium gnaviter promulgandum accingere. Sic enim aptè procinctus ille ad Evangeliſtæ munus obeundum per calceos pedibus inductos adumbratur. Et certè, ad eum finem cæteri Apoſtoli apud D. [m] Marcum jubentur eſſe *calceati Sandaliis.* Ibi enim *Chriſtus Dominus*, ut ait D. [n] Auguſtinus, *figuratè loquens, præcipit Apoſtolis, ut Sandaliis eſſent calceati: ut nimirùm pes neque tectus eſſet, neque nudus ad terram: Id eſt, nec occultetur Evangelium, ſed palam præ-*

 dice-

i *Cap.* 52. *v.* 7. k *Ad Eph.* 6. *v.* 15. l *Act.* 12. *v.* 8. m *Cap.* 6. *v.* 9. n *L.* 2. *de conſ. Evang. c.* 30.

Digitized by Google

dicetur; neque etiam terrenis commodis innitatur. Quò loci clariùs exponit quod brevius ad eum D. [o] Lucæ locum: *Citò proferte calceamenta in pedes ejus*, dixerat: *Calceamenta in pedes, preparatio eſt evangelizandi ad non tangenda terrena.* Pulchra ſanè Apoſtolici calceamenti interpretatio, quâ non tantùm procinctus, ut paulò antè, ſed ipſamet Evangelii prædicandi ratio dilucidè exponitur.

Quòd ſi mihi extra meam orbitam liceret excurrere, quàm lubens in hoc Evangelici muneris campo exſpatiarer! Hinc ſanè diſcerent, qui odii metu, potentiorum vitia diſſimulant, iiſque, quos argui oportet, fœdè palpum obtrudunt; vel ad eruditionem oſtentandam, ſimplicem ipſum veritatis habitum futilibus argutiis involvunt; diſcerent, inquam, Evangelium non occultandum, ſed palam prædicandum. [p] *Quod in aure audiſtis, predicate ſuper tecta.* Hinc etiam faſtuoſus ille divitiarum terrenæque potentiæ ſplendor, quem quidam Apoſtolorum ſucceſſores ubique paſſim oſtentant, ſuum ſalem acetumque, quo perfricaretur, haberet: Cùm quod illi ſui muneris obeunt, id totum terrenis tantùm commodis inniti videatur. Utinam hoc

o *Cap.* 15. v. 22. p *Matth.* 10. v. 27.

Digitized by Google

hoc effatum ſeriò attenderent illi, quibus jam crux niſi aurea non placet:

[q] *Relligio dat opes, paupertas relligionem,*
Divitiæ veniunt, relligioque fugit.

Sed audio, *Ne ſutor ultra crepidam.* Ideoque ad ſellam meam recurro.

Alcuinus, Beda, Fulbertus Carnotenſis, Innocentius & [r] Durandus, à Duranto relati, eamdem cum D. Auguſtino prementes interpretationis orbitam, ſignanter obſervant, Sandalia Pontificum ſubter integram ſoleam, ſuprà verò corium feneſtratum habere. Quare id? Quia, cùm ex D. [f] Hieronymo, *In calceamentis pedes, & in pedibus greſſus Evangelizantium intelligantur: Greſſus prædicatoris*, inquiunt illi, *ſubter debent eſſe muniti, ne terrenis polluantur, ſecundùm illud: Excutite pulverem de pedibus veſtris. Et ſursùm aperti, quatenus prædicatio non occultetur.* En conſonantia. Sed addunt: *Et Evangelizantium mentes ad cognoſcenda cœleſtia revelentur.* Benè: Nam fruſtrà quis alios doctrinæ cœleſtis lampade ſuſcipiat illuſtrandos, niſi priùs in ejus animum divinæ claritatis ſplendor illapſus ſit. Ut autem id fiat, ſursùm adſpirans apertus ſit neceſſe eſt. Sed expetit

 forte

q *Boſch. Conc. ar. cœl.* r *L. 2. de rit. Eccl. c. 9. nu. 25.*
f *In Pſal. 59.*

Digitized by Google

forte alius aliam ex obſervata illa Sandaliorum forma elicitam interpretationem? Hanc dabit [1] Ivo Carnotenſis, qui de ſacerdotalium indumentorum ſignificatione diſſerens: *Quemadmodum*, inquit, *Sandalia pedis partem tegunt, partem apertam relinquunt: Ita Evangelii Doctores partim Evangelium operire, partim aperire debent. Ita videlicet, ut fidelis & devotus ſufficientem habeat doctrinam: infidelis verò & contemptor non inveniat blaſphemandi materiam, &c.* quæ ibi planiùs expoſita non neceſſe pluribus hîc ingerere.

CAPUT XXX.

Tropologicè ſignificata per calceamenta ſanctorum Patrum exempla.

PLeriſque animantibus hoc eſt à natura innatum, ut non tantùm viva ſed etiam mortua mirabiles effectus operentur. Tritum eſt, quod de mutuo luporum & ovium odio plerique [a] teſtantur, ipſum ſcilicet non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem perſeverare: Ita quidem, *ut ſi confectum è lupina pelle tympanum pulſetur, oves non longè adſtantes ſonum ipſum exhorreſcant.*

1 *Serm. de ſign. indum. ſacerd.* a *Alciatus Embl.* 171.

Digitized by Google

reſcant. Omitto, quòd adjiciunt, ſi lupina pellis in ovili pendeat, oves pavore conterritas omninò paſtum negligere: utque leonina pellis inficit aliorum animalium pelles, ſic ovinam à lupina exedi & conſumi. Rurſuſque harmoniam nullam unquam ex ovis lupique tenſis ad concentum viſceribus poſſe coïre. Sed mirabiliùs eſt, quòd de Ziſca Bohemorum Duce bellicoſiſſimo retulit primùm [b] Æneas Sylvius, & poſt eum Cochlæus. Ipſum nempe, cùm ægrotaret, juſſiſſe *poſt mortem cadaveri ſuo pellem adimi, atque ex ea tympanum fieri, quo duce bella gererentur: Inde arrepturos fugam hoſtes, quamprimùm ejus tympani ſonitum audirent:* quibus adjecit Albertus [c] Crantzius *feciſſe amicos quod juſſerat, & reperiſſe quod promiſerat.* Ita [d] ſuperiùs ex Oppiano retulimus, hyænam canibus adeò eſſe formidabilem, ut ſi ex ipſius mortuæ corio calcei conficiantur, qui eos calceaverit, tantum etiam canibus illis terrorem incuſſurum, ut ei non audeant adlatrare. Mira profectò vis, quæ ſic etiam poſt fata vigeat.

Sed ut ad rem quam agimus hæc referantur, nemo neſcit, quàm multæ nobis

b *Comment.* 3. *de reb. Alph. l.* 5. *hiſt. Haſſ. Hiſtor. Bohemicæ Cap.* 46. c *Wandaliæ lib.* 9. *cap.* 11. d *Cap.* 22.

in hujus vitæ peregrinatione adlatrent canes, quàm multæ nos dentibus appetant, quàm multæ calcaneo noſtro inſidientur, ut mordeant. Hinc fœda voluptatum lenocinia: Inde anxius honorum atque divitiarum ambitus: Inde livida in potentiores invidia, & faſtuoſa inferiorum deſpicientia, & cætera ejuſmodi vitiorum monſtra nos undequaque mirum & miſerandum in modum infeſtant. Unde quærendum adverſus ea tutamentum? A myſticis illis calceamentis, per quæ ſanctorum Patrum exempla ſignificantur. *Quid enim*, inquit Guilhelmus parvus, exponens illud [e] Canticorum: *Quam pulchri ſunt greſſus tui, &c. præcedentium exempla Patrum, niſi quædam tanquam ex pellibus mortuorum animalium ſpiritualia calceamenta?* Unde qui contra pravos perditorum hominum mores, ſeſe majorum, qui ſanctè vixerunt, exemplis informant & inſtruunt; hi mortuorum pellibus calceati dici poſſunt. Eam etiam ob rem [f] Gloſſa interlinearis calceamenta illa, quibus Iſraëlitæ jubentur in eſu agni Paſchalis eſſe calceati, *de Sanctorum exemplis* exponit. Et benè id quidem: nam cùm Deus agnoſceret Ægyptum, in qua captivus erat ipſius populus, viperis

&

e *Cap.* 7. f *Exod.* 12.

& ſcorpionibus infeſtam eſſe, id eſt infidelibus & flagitioſis hominibus refertam, quibuſcum nimirùm tutò habitare non licebat; ſed neque Deo ſervire cum cæremoniis à lege præſcriptis: Ideò jubet Iſraëlitas eſſe calceatos, ut hoc ſymbolo intelligerent, ſibi omninò imitanda eſſe ſanctorum Patrum exempla, nec ab eorum impreſſis veſtigiis uſquam recedendum; ne per aſſiduam cum infidelibus illis & perditis hominibus conſuetudinem, perditis etiam ipſorum moribus inquinari ſe & corrumpi ſinerent. Quemadmodum enim pravorum conſuetudo magna eſt ad peccandum illecebra, quæ nempè efficit, ut ipſa ſe vitia in melioris etiam notæ animas inſinuent; ita profectò eorum, qui cum laude & gloria vixerunt, exempla, tutiſſimum præbent adverſus ea munimentum.

Hinc ubi limoſum carnalium lutum, aſpera ſcandalorum ſaxa, & lancinantes ærumnarum ſpinæ per virtutis viam gradientes impediunt & morantur; calceamentis pedes, id eſt, ſanctorum Patrum exemplis affectus inſtructi ſint oportet. Ita enim [g] Caſſiodorus ad eum locum Canticorum: *Quàm pulchri ſunt greſſus, &c. In cal-*

g *Com. in Cant. cap. 7.*

calceamentis, inquit, *ſunt pedes animæ pulchri, quando affectiones conſtringit ſanctorum Patrum exemplis, quibus & à luto, & à ſaxis, & ſpinis defenditur: à luto carnalium, à ſaxis ſcandalorum, & à ſpinis tribulationum. Et per hæc omnia, ut ait Gregorius, confidenter calceata graditur.* Ita Honorius Auguſtodun. eamdem etiam calceamenti ſequitur interpretationem, quam tamen ſuo pede paulò aliter emetitur. Neque enim Caſſiodorum preſſis vult urgere veſtigiis: *Animæ greſſus*, inquit, *ſunt quatuor affectus, concupiſcentia, timor, gaudium, dolor, qui eam portant ad opera, ſicut pedes corpus portant ad loca. Hi pulchri ſunt in calceamentis, dum ſecundùm exempla Patrum virtutes vel vitam æternam concupiſcunt, peccata vel gehennam timent, gaudent de bonis, dolent de malis, &c.* Sic ille paulò ut dixi aliter: ſed qui levicula declinatione facilè in idem veſtigium ita recurrit; Quando affectus animi Patrum exemplis, velut pedes calceamentis, inſtructi amore in virtutem, & odio in vitia feruntur, non eſt ſanè, quod illis periculum aut detrimentum, quæ hujus vitæ viam aſperant, ſaxa & ſpinæ facilè queant creare.

Atque ad hanc mentem ſi myſtica quæratur ratio, cur Chriſtus Dominus apud D. [b] Mar-

D. [h] Marcum jubeat Apoſtolos eſſe calceatos; reſpondebimus, hoc ipſo inſinuare nobis per hujus vitæ, tot ſcandalorum ſpinis obnoxiæ, viam incedentibus, habendos eſſe calceos; bona nempè piorum hominum exempla, & firmum eorum imitandorum ſtudium. Quod ſi quid in ſanctorum Patrum exemplis imitandum, eorum profectò tenuis, dura & continentiſſima vita (quam etiam ſymbolicè calceus adumbrare poteſt) id ſingulari quodam jure poſtulat. Nam ut ſcribit D. [i] Gregorius Nicenus: *Spinæ, quæ pedibus infixa, non ſolùm retardant retinentque, verùmetiam enecant, peccata ſunt, a quibus durities calceorum defendit: Continentiſſima videlicet, tenuis ac dura vita, quæ debilitat ac frangit ſpinarum acumina, quæ à parvo tenuique principio tandem ad interiora uſque ingrediuntur, ut penitùs occidant.* En fructus & utilitas calceamenti illius, quod contra nullæ vitiorum ſpinæ quidquam valeant inferre nocumenti: unde maximè expediat unumquemque fidelium ita ſemper eſſe calceatum. Quare ſi quando Chriſtus Dominus dicatur Apoſtolis præcepiſſe, [k] *ne calceamenta portarent;* Tum ſanè aliò reſpexiſſe cenſendus eſt: ut nimirum ea ratione ſigni-

gnifi-

h *Cap. 6. v. 9.* i *In vita Moſis.* k *Matth.* 10. *Luc.* 10.

gnificaret (aliam differo rationem) tempus adveniſſe, de quo [1] Iſaïas olim prædixerat: *Erunt prava in directa, & aſpera in vias planas.* Nam ubi viæ planæ ſunt & æquabiles, quivis certè per eas nudis etiam pedibus facilè poteſt incedere.

CAPUT XXXI.

Tropologicè ſignificata per Calceum Mortis meditatio.

SEd an non explicita illa mortuorum pellis ampliùs extendi poteſt, atque ad alium calcei myſtici modulum revocari? Exempla equidem ab iis petita, qui olim cum laude vita functi ſunt, affectuum pedes, ne in vitiorum ſpinas incurrant, utiliter & fructuosè, fateor, conſtringunt, ſed non arctè ſatis plerumque. Quot enim ſunt, qui tritum illud [a] Medeæ dictis factiſque uſurpant?

— *video meliora proboque,*
Deteriora ſequor.

Quamobrem alia mihi jam ob oculos obverſantur calceamenta, quæ dubio procul inſanientes quoſcumque petulantium affectuum motus poſſunt arctiſſimè cohibere.

1 *Cap.* 40. *v.* 4. a *Ovid. princ. l.* 7. *Met.*

Digitized by Google

bere. [b] *Memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.* Eam ſibi mens noſtra ſeriò poteſt meditationem, tanquam ſpirituale quoddam calceamentum inducere: quando nimirùm calceos è mortuorum animalium pellibus confectos in corporis ſui pedibus animadvertens, ineluctabilem mortis aliquando ſubeundæ legem in memoriam revocat; hincque pavonum ad inſtar pedes ſuos deſpicientium, expanſas inanis gloriæ plumas illicò contrahit atque demittit.

In eum ſcopum collimans Eccleſia, quotannis, ſolemni illo jejunii Quadrageſimalis auſpicio, non joco ſoccos manibus noſtris (ut olim in dormientem [c] Claudium Imperatorem à domeſticis ſæpè factum) ſed ſeriò myſticum illud calceamentum mentibus inducit, per pulverem capitibus inſperſum, cum memorabili illa verborum formula: [d] *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Et quis hac mortis ſeriò meditatæ ſoleâ conſtrictus, per viam illam, *quæ ducit ad perditionem*, excurrere audeat? Quis non potiùs, *ſicut paſſer ſolitarius in tecto*, conſidens, anteactæ vitæ errores excutiet, aut *in lege Domini*

b *Eccleſiaſtici Cap. 7. v. ult.* c *Sueton. in Claud. c. 8.* d *Geneſ. 3. v. 19.*

Digitized by Google

mini die ac nocte meditabitur? Et quis arcto illo calceamento impeditus, *ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus*, inſaniat? Quis non potiùs ſe pro divini Numinis arbitrio quoquoversùm agi lubens volenſque patietur? Subtiles equidem & levipedes admodùm ſunt [e] ſimiæ, ita ut vix à venatoribus ac ne vix quidem queant apprehendi: ſed ubi ſibi venatorum imitatione calceos induxerunt, tùm facili negotio in eorum veniunt manus. At quàm feliciùs in regiam Dei ſervitutem quis abduci ſe patitur, cùm animo ſuo aliàs fugaci, conceptam illam mortis meditationem tanquam calceamentum induxit? Tùm certè illum ad omnia, juxta divini numinis arbitrium, agenda, promptum & expeditum ex animo profitentem audire eſt: *Domine quid me vis facere?*

Sed ecce rurſum alia hujus calceamenti, quod cum mortis meditatione componimus, utilitas. Quiſquis enim meditationis illius integumento munitus incedit, liberè, alacriter, & impolluto affectuum greſſu futiles caducarum divitiarum quiſquilias, & fœtidas obſcœnarum voluptatum ſordes proterit atque conculcat. Ingens ille Coloſſus, quem teſte [f] Daniele vidit in ſomnis

e *Plinius lib. 8. cap. 54.* f *Cap. 2. v. 34. 35.*

Digitized by Google

mnis Aſſyriorum Rex Nabugodonozor, cùm ſua magnitudine, tùm vario illo metallorum, quibus conſtabat, aggeſtu, ingentem ſomnianti excitabat admirationem, cùm ecce ſtatim *abſciſſus de monte lapis percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tuncque pariter ferrum, æs, argentum, & aurum contrita ſunt, & quaſi in favillam redacta.* Mirus profectò lapis, ut eo ſtatuæ pedibus incuſſo, tanta illa moles ita peſſum corruërit. Sed quid hæc ad propoſitum? quod ex arcanis illius ſomnii latebris myſterium eruimus? Si quando quis tritum illud, quod è cœlo in terram eſt delapſum, g γνῶθι σεαυτὸν, tanquam lapidem de monte abſciſſum uſurpet, atque ita in ſui contemplatione defixus mentis aciem conjiciat in pedes ferreos & fictiles, id eſt in corpus ſuum oſſibus nerviſque compactum, pelleque & carnibus veſtitum; illudque conſideret ita fatali decreto eſſe morti obnoxium, ut velit nolit tandem ſit illi neceſſariò ſuccumbendum: Tum profectò & aureus divitiarum ſplendor, & argenteus elegantis formæ candor, & æreus magni nominis ſonitus, & ferrea vegetæ valetudinis firmitudo, & cætera omnia, qui-

g *Juvenalis Sat.* XI. *v.* 27.

quibus hominum malè feriatorum inſoleſcit inſania, illa inquam omnia valido meditatæ mortis ictu percuſſa, ſtatim & è veſtigio peſsùm abeunt, afflicta jacent, humique proſtrata deſpiciuntur. Nam teſte D. [h] Hieronymo, *Facilè contemnit omnia, qui ſe cogitat eſſe moriturum*. Quid ampliùs? Calcei, ne, qui ſub herba ſæpè latitant, angues incedentium pedibus nocumento ſint, impediunt, opemque præſtant, qua tutò poſſint angues illi pedibus atteri. Aliàs de vita periclitantur, qui nudis pedibus per loca ſerpentibus infeſta incedunt; prout id olim ſuo damno expertam Eurydicen [i] Poëtæ teſtantur. Si igitur tartareus ille ſerpens noſtro inſidiatur calcaneo, dum nos extrema vitæ periodus urget: quidni etiam nos præmeditatâ morte, tanquam calcaneo probè calceato, ipſius caput conteramus? Sed hæc ſatis. Ad alia progrediamur,

CAPUT XXXII.

Tropologicè ſignificata per Calceamenta peccatorum ſordes.

QUid non ars ingenioſa recludit? Planæ illæ uniformeſque tabulæ, quæ unicam

h *In epiſt.* i *Ovidius l. 10. Metam. fab. 1.*

Digitized by Google

unicam imaginis in ſe depictæ ſpeciem ſpectantium oculis exhibent, quibuſdam pictoribus nimiùm planæ minuſque ingenioſæ viſæ ſunt, cùm aliam ipſi tabularum rationem excogitarunt, qua duæ treſve imagines ita ſunt in iis delineatæ, ut ſi directè poſitus è regione in eas oculos conjicias, unam tantùm imaginem, ſi ad dextram converſus, aliam, ſi ad ſiniſtram, rurſus aliam intueri liceat. Quod certè artificium primò intuenti non parvam excitare ſolet admirationem. Mihi autem, cùm aliam meditor calceamenti noſtri myſtici proferre ſignificationem, Sacræ Litteræ tabulis illis videntur eſſe ſimiles, quas quidem divinus earum pictor Spiritus Sanctus ita variorum ſenſuum diſtinxit coloribus, ut illæ aliter atque aliter inſpectæ, modò hanc, modò illam interpretationis effigiem ſpectandam exhibeant. [a] Superiùs expreſſa in calceamenti noſtri tabula Incarnationis, Evangelii, Exemplorum à S. Patribus petitorum, & Mortis ſeriò meditatæ ſymbola vidimus: Nunc verò alia nobis aliter meditantibus ſpeculanda ſpecies obverſatur. Et quemadmodum in tabulis illis una parte inſignem egregia forma puellam, alia plerumque diſtortiſſimum

mum

a *Cap.* 28. 29. 30. 31.

mum Therſitem depictum videre licet? Ita nihil eſt quòd indignetur quis, ſi poſt exhibitas rerum eximiarum effigies (qualia ſunt expreſſa illa Incarnationis, & cæterorum myſteriorum ſymbola) hîc quoque aliarum maximè deformium, cujuſmodi ſunt peccata, imaginem repræſentemus. Ipſa rerum diſſimilium compoſitio facit, ut elegantes amemus magis, & diſtortas magis etiam averſemur.

Quidni verò per calceamenta peccatorum ſordes intelligamus? Ex mortuorum animalium pellibus, ut ante notatum eſt, calceamenta conficiuntur. Et peccata ipſa mortuorum ſunt opera: [b] *Nam anima quæ peccaverit, ipſa morietur.* Morte utique, quâ pejor alia nulla: Cum ſit [c] *mors peccatorum peſſima.* Quin etiam ipſa ſunt opera illa mortua, quæ mortem animæ, à qua proficiſcuntur, viperis ſimilia ſolent afferre. Et ita quidem mortua, ut nunquam vitam ſint ullo modo habitura. Merum profectò morticinium, nec ulla pellis id ſibi nominis æquiùs quàm peccatum vindicet. Sed ecce rurſus, in cœno ſæpè lutoque calceamenta tanquam lutulentæ ſues fœdè volutantur: unde ſors ipſa calceorum (fatendum eſt) non parum vileſcit. Et quid fœdis

b *Ezech.* 18. *v.* 4. c *Pſal.* 33. *v.* 22.

Digitized by Google

fœdis peccatorum ſordibus obſcœnum magis & fœtidum? non equidem Augiæ ſtabulum ſpurciùs olidiùſve, quàm ipſum peccatorum ſterquilinium. Pax ſit auribus, ita Propheta [d] Joël de iis loquens, quos inveterata peccati conſuetudo fœdè & deſperatè corrupit: *Computruerunt*, inquit, *jumenta in ſtercore ſuo.*

Sed non eſt quod hîc plura congeram, unde quàm fœdæ ſint peccatorum ſordes ampliùs appareat. Latè nimiùm ita calcei noſtri pellis diſtenderetur. Noſſe ſufficiat, eo quo jam diximus ſenſu plerumque calceamenta in Sacris Litteris, juxta veterum Patrum mentem, uſurpari. Cùm Dominus Deus *in* [e] *Exodo* ita Moſem de rubo eſt alloquutus: *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Quid ipſum myſticè ſignificare voluiſſe putamus? *Opera mortua*, ut exponit Gloſſa interlinearis, *de* Moſis *affectibus* eſſe deponenda. Unde Lyranus in eum locum: *Ideò*, inquit, *jubetur Moſes ſolvere calceamentum, quia nullus dignè coram Deo conſiſtere, vel Deum videre poteſt, niſi mortalia vitia deponat.* Deinde ſubjungit: *Hinc antiqui, & ſpecialiter Hebræi, ſancta loca pedibus calceatis non ingrediebantur. Et inde eſt, quod Sarraceni non audent*

M intra-

d Cap. 1. e Cap. 3. v. 5.

Digitized by Google

intrare locum orationis, niſi diſcalceati. Pulchrè & appoſitè multa paucis Judæus ille Chriſtianus. Quod enim calceamenta de mortalibus vitiis interpretatur, idem quoque placuit D. [f] Auguſtino, cùm locum eumdem exponens ait: *Quid tam terra ſancta quàm Dei Eccleſia? In illa ergo ſtemus & calceamenta ſolvamus, id eſt mortuis operibus renunciemus.* Rurſuſque eodem loco: *Calceamenta coria mortuorum ſunt, nobis tegmina pedum. Per hòc ergo jubemur renunciare mortuis operibus, cùm calceamenta non portare jubemur.* Ita mens eadem D. [g] Gregorio Nazianzeno arriſit; Sic enim ille: *Qui terram ſanctam ac divinis veſtigiis impreſſam contacturus eſt, calceamenta ſolvat, ut nihil mortuum ferat, nec inter Deum atque homines intermedium.* Quid autem magis mortuum, quàm ipſum peccatum, quod ipſius vitæ ſpiritualis vera mors eſt? [h] *Peccatum, cum conſummatum fuerit, generat mortem.* Quid etiam magis inter Deum & homines intermedium, quàm idem peccatum, quod ipſam animam à Deo toto cœlo ſeparat? [i] *Iniquitates veſtra diviſerunt inter vos & Deum veſtrum.*

Quod ſi per calceamenta illa, quæ juſſus

f *Serm. 42. de Sanct. cap. 6.* g *Orat. 2. de Paſch.* h *Jacob. 1. v. 15.* i *Iſaia 59. v. 2.*

ſus eſt Moſes ſolvere, rectè peccata veniunt intelligenda, non minùs credo ad Chriſti Domini mentem accommodatè interpretabimur ea, quorum uſum ille [k] Apoſtolis prohibuit his verbis: *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.* Volebat enim iis Apoſtolus docere, ut interpretatur D. [l] Auguſtinus: *Ne quidquam mortuum geſtarent, nec ullis mortis operibus eſſent impliciti, à quibus quidem immunes eſſe debeant* divini verbi præcones, juxta illud [m] Iſaïæ: *Quàm ſpecioſi pedes Evangelizantium, &c.* Qua enim fronte quis audeat aliorum ſordes dicendo arguendove detegere, quem peccatorum colluvies dehoneſtat? Qua ratione queat aliis ad virtutem lampada præferre, qui vitiorum tenebris eſt involutus? quomodo alios vitæ innocentis candorem doceat, qui flagitiorum fuligine eſt infuſcatus? Juſtiſſima profectò eſt illa [n] Apoſtoli increpatio: *Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris Idola, ſacrilegium facis.* Juſtiſſimam dixi, quia non minùs quàm è tripode verùm illud eſt: *Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere:* Si

 quam

k *Matt.* 10. *v.* 9. *Luc.* 10. *v.* 4. l *Loco ſup. cit.* m *Cap.* 52. *v.* 7. n *Ad Rom.* 2. *v.* 21. 22. 23.

Digitized by Google

quam nimirum velit ex ſua dictione melioris vitæ frugem ab aliis colligere.

Sic eorum quibus res ſacræ miniſtrantur utilitas in miniſtris vitæ puritatem expetit. Sed illius, cujus honori res illæ ſacræ ſerviunt, ſuſpicienda majeſtas, eamdem omnibus titulis expoſcit. Unde ad eam ſignificandam, non dubito factum, ut in antiqua lege Hebræi, quemadmodum ex Lyrano ante notatum eſt, & quidem Sacerdotes Templum ingreſſuri, ob venerandam loci Deo conſecrati ſanctitatem, pedes ablatis calceis nudarent, eoſque etiam, ubi Thymiama Domino in altari erat offerendum, in mari æneo aqua lavarent, juxta illud [o] Exodi: *Et miſſa aqua lavabunt in eo* (mari nempe æneo) *Aaron & filii ejus, manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt Tabernaculum teſtimonii, & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerant in eo Thymiama Domino, &c.* Unde facilè colligitur, Sacerdotes illos nudis pedibus Templum ingredi ſolitos. Propterea etiam, ut doctè obſervavit [p] Gregorius Nyſſenus *in Cantica*, cùm Dominus in antiqua lege cunctis membris ſacerdotalibus ornamenta pulcherrima præſcripſiſſet conficienda, nulla tamen de pedum calcea-

o *Cap.* 30. *v.* 19. & 20. p *Oratione.* II.

calceamentis mentio: *Volens hoc ipſum pedi ſacerdotali cultûs pulcherrimi loco eſſe, quòd ab omni tegumento nudis ac immunis eſſet, quia ſcilicet iſtis in ſacro conſiſtendum pavimento.*

Atque ut conſtet, quid per illam penum nuditatem innueretur, idem rurſus paucis interjectis proferens illud D. Joannis: *Non ſum dignus, &c.* ſubjungit, *Solvere corrigias calceamentorum, idem eſt, quod calceos exuere, nempe abluere ſe. Nam qui pedes abluturi ſunt, illud prius faciunt. Et quia Chriſtus corrigiâ peccati* (audis peccatum pro calceamento?) *conſtrictus non erat; ideò præcurſor teſtatur id ſe ſoli Chriſto facere non poſſe.* Pedes igitur ab omni calceamento immunes, vitæ peccatorum ſordibus defæcatæ, atque adeò calceamenta ipſa peccatorum ſignificationem exhibent. Si verò quis hîc ea expectet, quæ de Gentilium rebus ſacris operantium nudipedalibus dicenda videbantur; Eum, ne tautologos ſim, ad ea remitto, quæ [q] ſuperiùs expoſita fuerunt.

q *Cap.* 23.

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

Tropologicè ſignificatum per Calceamentum Corpus mortale.

MOrtale Corpus hîc in Calceo ſpeculanti mihi occurrit opportune, quod [a] anteà protuli, celebre dictum illud Romani Senatoris, qui felicem eum jactantibus amicis, quòd uxorem egregiâ formâ, generis claritate, divitiiſque nobilem nactus eſſet, argutè reſpondit; *Vos quidem calceum hunc* (pedem ipſo calceatum attollens) *pulchrum cernitis & elegantem: Ego verò qua parte pedem meum lædat probè ſentio.* Hinc opinor nemo eſt, qui non facilè colligat, non aurum eſſe quodcumque relucet: neque quidquam tam in ſpeciem jucundum, quòd ærumnarum felle non ſit conditum. O quàm fallaces externæ rerum ſpecies! Quis, ſi ſuis tantum credat oculis, beatum non judicet juvenem eum, cui vividus ſanguis in oculis flammas, in brachiis robur, in pedibus levitatem, in toto denique corpore vires & elegantiam conciliat? Nihil ſanè in ſpeciem optabiliùs. At ſi mentis acies interiora

a *Cap.* 24.

Digitized by Google

teriora ipſius penetralia pervadat, quàm tumultuantes ibi diſſidentium affectuum æſtus, quàm graves animi & corporis in diverſa tendentium rixæ! quàm turbidi fluctuantium hinc inde paſſionum motus! hos cùm intimò doloris ſenſu ſæpiùs expertus [b] Apoſtolus, altò ducens ſuſpiria corde ita conquerebatur: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et eamdem ob cauſam in has erumpebat querelas [c] Propheta Regius: *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.* En ut inſignes illos ſanctitate viros mortale corpus urgebat; quod tamen ipſum exteriùs intuenti non niſi præclarum naturæ opus videri poteſt. Ita profectò corpus ipſius animæ calceus eſt.

Sed id etiam aliæ docent rationes: nam, ut omittam quòd cùm calceus è mortuorum animalium pellibus fiat, aptum ſit ejus quod morti obnoxium eſt ſymbolum: ſi calceus pedem ipſum veſtit, à quo motum accipit; ſique magis propter pedem calceus, quàm propter calceum pes: Idem quoque reſpectu animæ corpus, quod ſcilicet animam tanquam veſtimentum operit: [d] *Pelle & carnibus veſtiſti me.* Ab eadem etiam quidquid habet vi-

 rium

b *Ad Rom.* 7. v. 24. c *Pſalm.* 119. v. 5. d *Job.* 10. v. 11.

rium & cæterorum vitæ munerum; totum illud accipit: [c] *Inſpiravit Deus in faciem hominis ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Magis quoque propter animam corpus, quàm propter corpus anima: Nam [f] *anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimentum.* Præterea, quemadmodum ad iter obeundum pedi calceus eſt utilis, cui tamen eſt oneri: Sic ad obeunda vitæ munia corporis conſortium animæ eſt neceſſarium; ipſi nihilominùs ita grave eſt, ut ad cœlos evolare cupientem ſuo pondere ad terram deprimat. [g] *Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

Quibus ita conſtitutis, hoc præſertim juvat ampliùs exponere, quòd ubi mortalis hujus vitæ curriculum pro immarceſſibili corona eſt emetiendum, calcei pedibus adjuncti ſint oportet; id eſt neceſſarium ipſius corporis cum anima conſortium: ſed ita ut [h] *pulchri ſint greſſus filiæ principis in calceamentis*, ut lòquitur Sapiens. Ut nimirùm anima, quæ per gratiam filia eſt principis Chriſti, *utatur corpore*, quemadmodum ait D. [i] Ambroſius, *tan-*

c *Geneſ.* 2. *v.* 7. f *Luc.*12. *v.*23. g *Sap.* 9. *v.*15. h *Cantic.*7. *v.* 1. i *Serm.* 17. *in Pſal.* 118. §. *Greſſus meos. &c.*

Digitized by Google

tanquam calceamento, ad interioris opera virtutis: ad miniſterium, non ad præcipitium: ad obſequium, non ad delectationem: ad obedientiam, non ad diſſenſionem: & in via ſapientiæ veſtigium collocet. Quod fiet, ſi calceamentum ſuum non inquinet luto corporali, nec in vitiorum merſet voragine: ſi caſtiget carnem ſuam, ne moretur ad curſum, & arvina pinguis pondere prægravetur. Hactenus ſanctus ille Doctor; cui ſuccinens [k] Caſſiodorus, eundemque pari tenore locum exponens: *In Calceamentis*, inquit, *ſunt pedes animæ pulchri, quando carne jam perdomitâ eâ utitur ut ſoleâ, vel ſandalio; eaque ſpiritui jam non eſt oneri, ſed ornamento: non pro vinculo, ſed ſupplantari, &c.*

Si verò quis aggravante ipſa terreni corporis mole liberiorem ſibi ad rerum cœleſtium intelligentiam optet aditum, non eſt quod id aſſequi poſſit, niſi prius ſolverit, juxta præceptum Domini ad [l] Moiſem, *Calceamentum de pedibus ſuis:* Id eſt niſi *carnalium cogitationum*, ut loquitur [m] Divus Bernardus, *involucra depoſuerit*. Rurſuſque, ſi ad beatificum divini numinis intuitum idem adſpiret, Solutio item calceorum neceſſaria; id eſt, animæ à

k *In c. 7. Cant.* l *Exod. 3. v. 5.* m *in 12. Apoc.*

Digitized by Google

corpore ſeparatio: propterea, quòd non poteſt quiſquam feliciſſimo divinæ viſionis lumine perfundi, niſi priùs anima corporis vinculis exſoluta ſit. Hinc D. [n] Dionyſius rationem reddens, cur Angeli diſcalceati nudiſque pedibus depingantur: *Hoc*, inquit, *ipſos ſignificat ſolutos ac liberos, atque exterioris omnis adjectionis labe puros eſſe, & ad divinæ ſimplicitatis ſimilitudinem pro viribus tendere.* Poterat quidem alia proferri ratio; ideò nudis pedibus Angelos depingi, quòd in cœlo reſideant, quod quidem ſancto templorum ſolo ſanctius eſt, utpotè præcipuum & ſingulare, non tantùm beatarum mentium, ſed etiam ipſius divini Numinis domicilium. Sed eam hîc ſequimur, quæ noſtro ſervit inſtituto.

Et certè, neceſſaria eſt illa pedum nuditas, atque ab omni corporeæ molis concretione libertas, ad beatificum divini numinis intuitum: Cùm Deus ita merè purus putus ſpiritus ſit, ut omnem prorſus corporei oculi, etiamſi totus ſit Lynceus, aciem effugiat. [o] *Deum nemo vidit unquam:* Nec unquam videbit, oculis nempè corporeis. [p] *Non videbit me homo, & vivet.* Pul-

n *Lib. de Cæleſti Hierarchia cap. 15.* o *Joan. 4. v. 12.*
p *Exod. 33. v. 20.*

Pulchra ergo & optanda profectò, quæ nobiliſſimæ libertatis index eſt, ea pedum nuditas, ſive corporeæ molis ſolutio: qua nempe fit, ut animus noſter expeditus & alacer in feliciſſimam illam divinæ lucis contemplationem evolet.

Unde cùm ipſius animi noſtri, quamdiu corporis calceo vinctus detinetur, ſtatum intueor, mihi videre videor miſeram illam Junonem, quam Poëtarum figmenta commemorant, in medio aëre ſuſpenſam hæſiſſe, cùm ejus pedibus duas incudes Juppiter appendiſſet. Ut teſtatur [q] Homerus, ubi ſic iratum Junoni Jovem loquentem inducit.

Ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν.
Ἄκμονας ἧκα δύω. σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλησιν
Ἐκρέμω. Id eſt.

An ſubit ut te ſuſpendi, pedibuſque ligavi
Incudes binas. ſublimis ab æthere at ipſa
Pendebas.

His equidem vincta compedibus Juno, quantùm in altum nitebatur aſcendere, tantùm eam incudum gravitas ad terram deprimebat. Ita, ubi noſter animus cupidinis cœleſtium ſubvectus alis in altum adſpi-

M 6

q *Iliad.* 15.

ſpirat & contendit, aliunde terrenum corporeæ molis pondus ipſum terram versùs etiam deprimit. Unde meritò conqueri poteſt, ut apud [r] Alciatum ille:

Ut me pluma levat, ſic grave mergit onus.

An non igitur verè liber animus, quando depoſito corporis calceamento nudipes & expeditus incedit? Ita equidem liber, ejusque tanta libertas, quantâ majorem viri quique nobiliſſimi optare non valeant. *Nudatio*, inquit [ſ] Rupertus, *à terrenis & corporalibus, qualis Moiſi præcepta, Solve calceamentum, &c. hominum eſt principum.*

Non ita tamen de alia pedum nuditate ſentiendum, quando nimirum animus calceamentis ſpiritus, id eſt virtutibus, quæ in Sanctorum exemplis elucent, eſt deſtitutus: hæc enim miſeræ ſervitutis, eſt argumentum. Unde ſapienter idem [t] Abbas: *Ancilla*, inquit, Evam intelligens, *calcaneus a ſerpente fuit admorſus, quia diſcalceata erat:* Illis utique virtutum calceamentis. Cùm è contrario, ut idem quoque obſervat: *B. virgo, quæ iis erat probè calceata, caput ſerpentis contriverit*, juxta Propheticum illud edictum: [u] *Et ipſa conteret caput tuum.* Sed hæc ſatis ad calceamenti cum corpore compoſitionem.

C A-

r *Embl.* 121. ſ *In c.* 7. *Cant.* t *Ibidem.* u *Geneſ.* 3. *v.* 15.

Digitized by Google

CAPUT XXXIV.

Tropologice ſignificata per Calceamentum venia peccatorum Spes.

MUlta ſunt equidem, quibus hominis in hac vita mortali conditio graphicè poteſt repræſentari. Sed nihil meo quidem judicio ad id aptiùs, quàm ipſum ut militem in bello, aut ut peregrinum in via contemplari. Quemadmodum enim definiente [a] Jobo, *Militia eſt vita hominis ſuper terram:* Et talis quidem militia, ut juxta D. [b] Hieronymi ſententiam, *Miles Chriſtianus quotidie de vita periclitetur:* Ita dubio procul eadem vita via eſt, cùm ſemper mutetur; & ut ait idem ille [c] Job, *Nunquam in eodem ſtatu permaneat:* Sed ab ortus initio uſque ad occaſus metam ſine intermiſſione decurrat. Hoc ita ſe habere, facilè, credo, quilibet agnoſcit. Verùm ut abſolutior evadat inſtituta comparatio, ſuus etiam utrique, cùm militi, tùm peregrino, procinctus hîc aſſignandus. Etenim, ſi militi non tantùm debet eſſe galeâ caput opertum, loricâ pectus obar-

a *Cap.* 7. *v.* 1. b *Epiſt.* 13. *l.* 2. *epiſt. famil.* c *Cap.* 14. *v.* 2.

obarmatum, & gladio latus ſuccinctum; ſed etiam ſpeculatoriâ pedes calceati: Non minùs quoque peregrino, præter peram & baculum renesque ſuccinctos, calcei ſunt neceſſarii: quidquid alii contra ſenſerint. Neque eſt, quod in probanda, quam utrobique ſtatuimus, calceorum neceſſitate tantillum immoremur: cùm utriuſque conditionis muneribus obeundis calceorum uſum nemo neſciat eſſe maximè neceſſarium.

Sed quis erit militis noſtri viatoriſve myſtici procinctus? Omitto dicere, quod Chriſtiano militi fides ſit pro galea, firmitudo animi pro lorica, & verbum Dei pro gladio: quodque peregrinus charitatem pro pera, Crucis meditationem pro baculo, continentiamque pro renibus ſuccinctis habeat: horum enim accuratior explicatio nos extra præſcriptas calcei noſtri metas educeret. Quos igitur homini, hujus vitæ militiam aut viam obeunti calceos tandem aſſignabimus? videndum, quid ſit, quod militem per medias armatorum hoſtium turmas; quid peregrinum per mille viarum & latronum diſcrimina impellat intrepidum. Solent enim ideò potiſſimùm calcei pedibus induci, ut incedentes intrepidè per vias ſentibus & vi-


peris

Digitized by Google

um;
Non
ram
ndeci
ſen-
ıda,
ne-
u-
nis
ıl-

ſe
od
ir-
lei
a-
o
c-
or
o-

Pag. 279.



BIBLIOTECA NAZIONALE · VITTORIO EMANUELE III · NAPOLI

Digitized by Google

peris infeſtas gradiantur. Sed in eo non neceſſe laborioſiùs inquirendo deſudare. Notum enim illud eſt [d] Livii: *Eò impendi laborem ac periculum, unde emolumentum & honos ſperetur.* Spes itaque, ſive lucri, ſive honoris & gloriæ, ſive quietis, ea eſt, quæ efficaces omninò hominum animis ſubjicit aculeos, quibus incitati, quæcumque intercurrunt impedimenta facilè ſuperant, modò tamen quod appetunt id aſſequi ſe poſſe confidant. Atque hoc eſt calceamentum, quo noſtrum ſive militem ad bellum, ſive viatorem ad iter ineundum inſtruimus.

Ne verò gratis id videamur effingere, quid obſecro ſibi volebat ille apud D. [e] Lucam Paterfamilias, cùm reduci filio pannoſo calceos inter cætera jubet afferri? Cur pilei, quo nudum ipſius caput operiret, non ita eſt ſollicitus? Nihil in Sacris Litteris ocioſum: omnia plena myſteriis. Ut poſtremum hoc primùm ſolvam, quò prioris momentum magis expendatur, graviuſque appareat: Pileus libertatis ſymbolum eſt. Hinc cæſo Julio Cæſare Brutus monetam, in qua expreſſus duos inter pugiones * pileus, [f] excudit: quò ſe Rem-

d *Lib.* 4. e *Cap.* 15. *v.* 22. f *Dion. lib.* 47. *p.* 341.

* Nummus autem Bruti, cujus hìc mentio facta eſt, ſic habet.

Rempublicam extincto Tyranno in libertatem aſſeruiſſe ſignificaret. Cùm autem aſotum illum malè quæſita libertas miſerum reddidiſſet, pater eum in ſuum dominium recipiens, de pileo tacet, quò ſcilicet innuat filio deinceps ſerviendum: Ita tamen, ut ea ſervitus veram libertatem ſociam ſit habitura. *Servire enim Deo regnare eſt.* Ita nihil neceſſe prodigo illi pileum dare.[1] Sed eidem calcei omninò neceſſa-

1 Se ipſum obliviſcitur auctor, dum hypotheſim ſuam longe quæſita ſimilitudine amplificare fervidius ſtudet, & nimis πολυπραγμονεῖ. Indigna enim eſt ejus eruditione præcedens quæſtio, & magis aliena reſponſio, quæ non alia dari poteſt, quam ad Judæum prorſus nihil pertinere Romanorum e ſervitute liberatorum pileum. Romæ enim tantum pileus libertatis poſt ſervitutem vel captivitatem recuperatæ emblema exprimebat, quo etiam Bruti nummus alludit, quaſi occiſo Julio Cæſare, adeoque ſublata tyrannide reſpublica in priſtinam libertatem reſtituta eſſet, perinde ut poſt Neronis mortem plebs pileata tota urbe diſcurrit apud Suetonium *in fine Vitæ ejus*. Itaque Romana iſta conſuetudo cum Judæis communicari nulla probabili ratione poteſt, ad quos ſermonem faciens Servator, & ipſe Judæus, parabolam ſuam expoſuit procul dubio ad ipſorum mores accommodatam. Immo an ipſe aſotum hunc alterius ſervituti obnoxium fuiſſe indicat? De ſervis nihil memorat, ſed de mercenariis ſive μισθίοις. Quin etiam quum vult Balduinus patrem ideo de pileo tacere, ut filio, quem in ſuum dominium recipiebat, innuat deinceps ſerviendum, (ſic loquitur ſuo periculo) an ergo ſtatuit filium emancipatione vel alio modo de patris poteſtate exeuntem pileum geſtaviſſe? Utique cum hoc inauditum ſit, & jus illud patriæ poteſtatis adeo proprium ſit civium Romanorum; ut nulli alii ſint homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, nonne hoc eſt diverſarum gentium mores confundere & ἀπροσδιόνυσα loqui? Sed hic aliam quam in præcedentibus perſonam

ceſſarii. Quid ita? Cùm furvæ tetræque ſcelerum imagines peccatoris animo obverſantur, hincque exulceratæ conſcientiæ ſtimuli ſic ipſum miſerè lancinant, ut ſemper ultricem divini numinis vindictam expaveſcat, Quis Zethes aut Calaïs importunas illas ægræ conſcientiæ harpyias abigat? Quis clypeus minacia illa numinis irati tela retundat? Quod, uno verbo, pharmacum tanto malo medelam afferat? *Spera*, inquit D. [g] Auguſtinus, *in eo quem times: Confuge ad eum, à quo aufugiſti: Invoca opportunè, quem ſuperbè provocaſti*. Sed quis inde fructus? *Spes*, ait [h] Apoſtolus, *non confundit*. Ita paſſim [i] Propheta Regius: *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum. Deus meus in te confido, non erubeſcam. In te ſperaverunt, & non ſunt confuſi. Omnes ſuſtinentes te non confundentur.* Ad hanc ergo ſpem, quæ tantoperè eſt utilis & neceſſaria, apto ſymbolo ſignificandam, pater ille familias reducem ad ſe filium amicè complectens, domeſticis ſuis ait: [k] *Date calceamenta in pedes ejus.* Aptum

g *Lib. Medit.* h *Ad Rom.* 5. *v.* 5. i *Pſal.* 30. 24. 21. 24. k *Luc.* 15. *v.* 12.

ſonam agit, quare veniam hanc meretur. Forſan potius ex hoc exemplo colligere licebit, quantopere Judæi ἀνυποδησίαν utpote luctui propriam ſint averſati, adeoque hoc etiam facere ad refellendam eam ſententiam, quæ eandem in Servatore cogitabat.

Aptum dixi ſymbolum: Nam quemadmodum calcei minaces ſpinarum aculeos obtundunt, ne pedes lancinent: Ita ſpes inquietos ſpinoſæ conſcientiæ motus compeſcit, ne importuniùs animum exagitent: Dum nimirum qui aliàs Deum delictis ſuis infenſum formidabat, eum deinceps miſericordem propitiumque ſibi ad eum confugienti fore confidit.

CAPUT XXXV.

Anagogicè ſignificata per Calceamentum æternæ beatitudinis Spes.

QUemadmodum hominem ſupremus omnium rerum Arbiter, in hac vitæ mortalis conditione, tanquam militem in bello, aut ut peregrinum in via conſtituit: Ita etiam hos illi fines terminoſque voluit eſſe præſcriptos, ut exantlatis illius militiæ itinerisve laboribus tandem aliquando conquieſceret, meritamque laborum ſuorum mercedem aſſequeretur. Juſtiſſimum hunc atque ſuaviſſimum divinæ providentiæ ordinem probè cognitum habebat [a] Apoſtolus, cùm hæc ita confidenter enunciaret: *Bonum certamen certavi, curſum*

a 2. *Ad. Tim. cap.* 4. *v.* 7.

ſum conſummavi. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, &c. Hinc profectò ſpes illa emergit, quæ, ut idem loquitur [b] Apoſtolus: *Tuta firmaque animæ anchora uſque ad interiora velaminis incedit.* Id eſt, qua noſter animus, non tantùm ipſam ſibi pollicetur divini numinis benignitatem, qualem in hujus vitæ curriculo mortales experiuntur; ſed audacioribus ſubvectus alis, ad immenſas illas, quæ in æternis cœlorum adytis reconditæ ſunt, divinæ largitatis divitias totus anhelans adſpirat & contendit.

Et hæc quidem ſpes illa eſt, qua tanquam calceo inſtructus animus, omni prorſus abjecto metu intrepidus, [c] *Super aſpidem & baſiliſcum ambulat, conculcatque leonem & draconem:* Facilè inquam avaritiam, invidentiam, ſuperbiam, iracundiam, & cætera ejuſmodi monſtra ſuperat. Unde licet anteà calceamentum illud, quod recepti in gratiam filii pedibus voluit [d] pater familias induci, aptum illius ſpei dixerimus eſſe ſymbolum, quæ circa peccatorum veniam occupatur: Idem nihilominùs etiam commodè nobis hanc æternæ beatitudinis expectationem repræſentat. Quiſquis enim cum Deo in gratiam

b *Ad. Heb. 6. v. 19.* c *Pſal. 90. v. 13.* d *Luc. 15. v. 22.*

Digitized by Google

tiam rediit, ejuſmodi calceamento cenſendus eſt inſtrui, ut non tantùm deinceps inoffenſo pede queat vitiorum monſtra proterere, ſed etiam alacriter ad æternæ felicitatis lauream convolare. Atque ad eam mentem [e] Tertullianus, ubi militi Chriſtiano militiæ inſignibus exautorato gratulatur: *Si ſpeculatoriam*, inquit, *moroſiſſimam pedibus abſolvit, Spe calceatus donativum Chriſti expectat.* Spe utique bonorum illorum indeficientium, quæ in hujus vitæ agone legitimè certantibus, in cœlis repoſita ſervatur.

Quidni verò hanc cœleſtium bonorum expectationem aptè calceamenti ſymbolo dicamus expreſſam? Id etiam apud Ezechielem ita ſignificatum licet animadvertere, ſi ritè ad mentis illius libram ejuſdem verba expendantur. Cùm enim per eum Dominus Deus Iſraëlitico populo beneficia exprobraret, quæ in eum effuſa manu contulerat, inter cætera ſic ait, [f] *Calceavi te hyacintho:* Quid aliud quàm ſpem illam cœleſtium adumbrat? *Per hyacinthum*, inquit poſt Philonem D. [g] Hieronymus, *qui coloris eſt aërei, cœleſtia ſignificantur.* Aptè id quidem: Sed res ut cla-

e *Lib. de cor. mil. cap.* 1. f *Ezechiel. Cap.* 16. *v.* 10. g *In hunc locum.*

Digitized by Google

clarior eluceat, accuratiori indiget explicatione. Quamobrem ſolvendus hîc nodus occurrit, An per hyacinthum flos, an lapis debeat intelligi. Si enim flos, cum non cærulei, ſed purpurei eſſe coloris plerique omnes conſentiunt. Unde illud [h] Perſii de Cauſidico toga purpurea induto:

Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina lana eſt:

Et coloris illius ratio videtur locum duplici fabulæ dediſſe, qua quidem hyacinthus & Ajax in eum florem dicuntur commutati: ubi nimirum illius folia eorundem purpureo colore perfuſa fuerunt: vel certè effuſus idem cruor flos ut primùm naſceretur effecit. Qua de re ſic [i] Ovidius:

Ecce cruor qui fuſus humi ſignaverat herbas,
Deſinit eſſe cruor, Tyrioque nitentior oſtro
Flos oritur, formamque capit quem lilia, ſi non
Purpureus color his, argenteus eſſet in illis,

Quod ſi flos ille purpureus, quid illi cum aëreo cæruleove colore poteſt eſſe commune? De lapide non minùs videtur poſſe dubitari; cùm eadem utriuſque nomencla-

h *Sat.* I. *v.* 32. i *Lib.* 10. *Metam. Fab.* 5.

Digitized by Google

clatura eumdem etiam utriuſque colorem ſuggerat intelligendum. Lapidi namque id nominis omninò videtur inditum, quòd florem colore repræſentet.

Sed ſive flos, ſive lapis intelligatur, utrobique ſpei ſymbolum ſtare poteſt immotum. Hyacinthus enim ille flos purpureus nihil aliud eſt, quàm rubrum noſtrum lilium, ut ex antecedentibus Ovidii verbis facilè poteſt colligi. Unde, cùm ſponſa, in [k] Canticis, ſponſi ſui labia cùm liliis comparat, his verbis: *Labia tua lilia diſtillantia, &c.* Vult ea eſſe non pallida, cujuſmodi vulgò ſunt lilia, quòd ſanè eſſet in vitio: Sed roſea & corallina, ſeu purpureo quodam ſplendore rutilantia; ſicut lilia purpurea, quæ teſte [l] Dioſcoride in Syria ſunt laudatiſſima: Si autem Hyacinthus lilium, ecquid adumbrandæ ſpei aptiùs unquam poteſt excogitari? Lilium, ſive candidum, (ſive rubrum, nihil refert) ſpei ſingulare eſt hieroglyphicòn. Id docent plerique veteres nummi, in quibus una parte * lilium, altera

k *Cap. 5. v. 13.* l *L. 3. cap. 99.*

* Diſſentit hac in parte Antonius Auguſtinus *in ſuo antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque libro*, *dialogo* 2. qui herbam trium duntaxat foliorum eſſe exiſtimat, ſeu primum illud germen, quod jacto grani ſemine naſcitur, & cujus,

Digitized by Google


Digitized by Google

Pag. 286.

Veſpaſiani



Hadriani



Digitized by Google

tera verba hæc: SPES POPULI ROMANI. expreſſa videntur. Unde princeps [m] Poëta, dum Marcellum proprio illuſtrat emblemate:

> ——— *Spes*, inquit, *unica noſtri*
> *Tu Marcellus eris, manibus date lilia*
> *plenis.*

Et ſignificationis illius ratio non à colore petenda, ſed ab eo, quòd lilium etiam exciſum effloreſcat. Hoc enim ſpei familiare, quòd rebus afflictis meliora ſemper expectanda ſuadeat. [n] *Etiamſi occiderit me Deus*, inquiebat ille, *in ipſo ſperabo*. Quamobrem calceatus Hyacintho pes, animum ſpe inſtructum aptè ſignificabit.

At de cœleſtium expectatione hîc quæſtio eſt? Et hanc quoque Hyacinthus lapis poteſt adumbrare. Licèt enim eadem floris & lapidis appellatio, eumdem utrique colorem videatur aſſignare; unde quidam Hyacinthum cum cœlo nihil habere ſimilitudinis poſſent arbitrari: unus tamen [o] Marbodæus viam nodo ſolvendo, reique explicandæ aperit, cùm docet: *Hyacintho-*

m *Æneid. 6. v. 883.* n *Job. 13. v. 15.* o *Cap. 7. dactyl.*

cujus, ut veteri verbo dicitur, *ſpes* adhuc *in gramine eſt*. Nos benigne lector, ut liber ſuus cuique ſenſus ſit, ex veteribus nummis tam illum tibi damus, qui lilium exhibet, quàm qui trifolii figuram repræſentat: nec quidquam cauſæ eſt, cur non eadem res utroque modo ſatis commodè adumbrari poſſit.

thorum tres eſſe ſpecies, primam rubei coloris, & vocari granatos; Secundam cinerei, & dici citrinos; Tertiam denique cærulei, & vocari venetos. Quo diſcrimine conſtituto, ſi poſtremam Hyacinthorum ſpeciem, omiſſis duabus aliis, hîc ſpectemus? An non jure per cæruleum illum Hyacinthi veneti colorem, qui aliàs cæleſtis appellatur, res cæleſtes intelligemus? Hæc Philoni, D. Hieronymo, Hugoni, Lyrano atque aliis mens. Poterant quidem tres illæ ſpecies ſingulæ ad ſenſus myſticos ita revocari, ut calceatus Hyacintho pes animum oſtenderet charitate rubeum, humilitate cinereum, & ſapientia cæruleum: vel qui, cùm ira exardeſcit, igneum ruborem; cùm vehementi metu percellitur, citrinum; & cùm invidia rumpitur, cæruleum ſeu lividum colorem prodit. Sed hîc rubos ejuſmodi non excutio. Itaque calceatus Hyacintho pes, expreſſam nobis imaginem exhibet, animi, qui præpetibus ſpei ſubvectus alis *obviam*, ut loquitur D. [p] Hieronymus, *Domino graditur in aëra, & ad cæleſtia regna feſtinat*. Unde [q] Apoſtolus, cùm ejuſmodi ſpe calceatus, jam animo per ampla cœlorum palatia exſpatiaretur: *Noſtra*, inquit, *converſatio in cœlis*

[p] *In c. 16. Ezech.* [q] *Ad Philip. 3. v. 20.*

cœlis eſt. Ita ejus inſiſtens veſtigiis Eccleſia ſic inter cætera Deum orans preces ſuas concipit: *Da quæſumus, ut inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, ubi vera ſunt gaudia.* Et certè quemadmodum in calceamentis pulchri ſunt greſſus hominis, cùm ejus pedibus ſic aptè calceamenta cohærent, ut non follicent: Ita tum demum anima inceſſus decore præcellit, cùm ſuos affectus æternæ beatitudini ſic affixit, ut ab ea divelli ſe nunquam patiatur.

Sed ut tandem concludam, quemadmodum olim inter Gentiles,

[1] *Scortea non ulli fas eſt inferre ſacello:*

Quòd res mortuæ, qualia ſunt ex mortuorum animalium pellibus calceamenta, divino Numini cenſerentur abominabiles: Ita non eſt, quod quis ſpe quadam futili, vividoque bonorum operum ſpiritu deſtituta, ſibi putet aditum in æterna cœlorum adyta patefactum iri. Beatitudinis illius præmium ſpei quidem propoſitum eſt, ſed quam Petrus Apoſtolus *ſpem vivam* appellat. Hæc planè ſpes & fiducia, quæ naſcitur ex patientia, ex bonis operibus, atque adeò ex teſtimonio bonæ conſcien-

 tiæ,

[1] *Ovid. 1. Faſt.*

tiæ, juxta doctrinam [f] his locis expreſſam: *Patientia probationem operatur, probatio verò ſpem. Qui benè miniſtraverint gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Hæc inquam ſpes viva & perfecta ita dubio procul ad immarceſſibilem æternæ felicitatis gloriam deducit, ut quod inter varias vitæ mortalis anguſtias diu ſperavimus, tandem aliquando poſſideamus.

EPILOGUS.

HÆc habui, quæ de Calceo Antiquo & Myſtico ſcriberem. Plura fortaſſan & meliora plerique vellent Sed iis operoſiùs reſpondere jam non eſt animus aut propoſitum. Neque me juvat ullis verborum lenociniis aliquam huic operi commendationem aucupari. Quodcumque illud eſt, utendum offero. Si placet, ametur: ſi non, alia, eaque meliora præferantur per me licet. Alii, ut fœcunda ſemper eſt invidorum ſeges, livoris œſtro perciti, genuinum, opinor, in me meamque opellam infigent. Quibus nihilominus, ut pro malo

[f] *Ad Rom. 5. v. 4. & 5. Jac. 1. v. 3. 1. Joan. 3.*

malo bonum rependam, benè eſſe volo, Morbonamque precor, ut iis ſuum morbum auferat. Non enim placet iſtud reponere:

Ventre crepent medii quos premit invidia.

Alios denique à malevoli animi contagio liberos, quibus nota mea conditio, ſubibit fortè mirari, atque adeò hæc amicè ſuggerere: Ergone ſic ab equis, quod ajunt, ad aſinos, à ſuggeſtu ad ſellam, à pileo ad calceum; uno verbo à ſtudiis Theologicis ad humaniores litteras recurris? Et his quoque, ut mihi ſemper arriſit ingenuitas, ita ingenuè lubenſque do manus. Quid facerem? *Trahit ſua quemque voluptas.* Cùm enim mihi ſuperioribus annis ferias ab argutis ſcholæ Theologicæ tricis volens indixiſſem, ut in otio negotium aliquod quærerem, placuit interdum ea relegere, quibus antea fueram impensè delectatus. Sed ne quiſquam me tanquam divinæ illius ſapientiæ deſertorem jure poſſet incuſare, gemmas etiam atque aurum à Sacris Litteris & Sanctorum Patrum monimentis ſtudiosè conquiſivi, quibus ut elegantiorem volui calceo meo concinnitatem afferre, ita ſymbolum aliquod meæ in Sacrarum Litterarum ſtudiis operæ ſi-

Digitized by Google

mul exhiberem. Quod ſi jactum hunc dextro Hercule cecidiſſe comperero, naſcetur fortè cum tempore talis occaſio, quæ mihi de rebus aliis gravioribus ſcribendi argumentum ſuppeditabit.

FINIS.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 32 col. 1 lin. 29 Iliad. Ψ. *lege* Odyſ. Θ. 391
95 2 12 κοιλῷ *l.* κοίλῳ
108 2 8 filiren on *l.* ſilire non
—— 9 hicuique *l.* unicuique
115 2 12 eam *l.* eum
137 1 14 in media ſuræ parte, *adde*, vel potius tibiæ, cujus luculentiſſimum exemplum exhibet Pyrrhi imago depicta ab Jac. Sponio *in Miſcellan. erud. Antiq. p.* 139.
150 1 13 quorum *l.* quarum
171 2 ſolveret, *adde*, quod dulciſſime exprimit Plauti avarus Euclio *in Aulul. a.* 2, *ſc.* 8. *v.* 6. *Cara omnia: Atque eo fuerunt cariora, as non erat.*
179 1 ult. uon *l.* non
201 1 2 *l.* 1

IN-

INDEX AUCTORUM,

Qui in Balduino & notis laudantur, explicantur aut illuſtrantur.

A.

ABulenſis. 224
Acta Apoſtolorum. 17. 98. 228. 249
Ælianus. 37.63
Æneas Silvius. 253
Alanus de Inſulis. 240
Alciatus. 65. 252. 276
Alcuinus. 251
Alexander Neapolitanus. 18. 36. 41. 182. 209
Alexis. 130
D. Ambroſius. 245. 272
Ammianus Marcell. 217
Angelomius. 237
Anthologia. 107
D. Antoninus. 227
Appianus. 102. 174
*Apulejus.*62.128.129.151.178
Ariſtophanes. 82. 95. 102. 103. 209
- - *Scholia.* 16. 137
Ariſtoteles. 13. 14. 236
Arrianus. 32
Artemidorus. 15
Athenæus. 41. 42. 53. 75. 94. 97. 102. 193
Auctor ad Herennium. 33
D. Auguſtinus. 195.227.248. 249. 251. 266. 267. 281
Auguſtinus Ant. 286
Auſonius. 115

B.

BAradius. 229
Barneſius. 97
D. Baſilius. 9. 241
Beda. 251
D. Bernardus. 221. 273
Bleſenſis. 28. 110
Blondus. 55
Bochartus. 95
Bonaventura. 224. 228
Boſchierus. 251
Briſſonius. 115
Budæus. 130. 153. 173
Burgenſis. 229
Bynæus. 7. 13. 21. 22. 31. 70. 76. 91. 116. 135. 148. 168. 171. 191. 202. 214. 215. 217. 229

C.

CÆremoniale Pontificum. 27. 81. 101. 233
Cajetanus. 229
Callimachus. 155
Camerarius. 85
Canticum Canticorum. 111.240. 248. 254. 272. 285
Capitolinus. 114. 163. 164
Cardanus. 199
Carthuſianus. 224
Caſalius. 69. 132. 145

N 3 Ca-

Caſaubonus. 21. 49. 76. 82. 88. 96. 115. 130. 148. 155. 162. 179. 188. 201
Caſſianus a Puteo. 132
Caſſiodorus. 167. 255. 273
M. Cato. 58. 79. 153. 156
Catullus. 13. 85. 86. 148
Cephiſodorus. 105
D. Chryſoſtomus. 168. 198. 227
Ciacconius. 91
Cicero. 11. 15. 55. 58. 87. 88. 101. 102. 108. 121. 126. 137. 177. 178. 181. 190
Claudianus. 95
Clemens Alexandrinus. 103. 106. 116. 175. 199. 268
Cluverius. 33. 95. 154
Cochlaus. 253
Codex Theodoſianus. 166
Codinus. 165
Concilium Moguntiacum. 204
- - *Senonenſe.* 59
Corippus. 80. 166
Covarruvias. 35. 155. 169
Crantzius. 253
Cujacius. 26. 169
Curopalates. 169
Curtius. 41
D. Cyrillus. 5

D.

Daniel Propheta. 260
Delrio. 214
Dempſterus. 67. 88. 210
Digeſta. 11. 154. 192
Dio Caſſius. 77. 78. 92. 102. 113. 114. 121
Diogenes Laertius. 37. 128. 209
D. Dionyſius. 274
Dioſcorides. 286
Douza. 172. 181
Durandus. 241. 251
Durantus. 251

E.

Eccleſiaſticus. 259
Egeſippus. 117
Eginhardus. 48
Elias R. 111
Epictetus. 179
Eraſmus. 85
Eratoſthenes. 175
Eugenes. 97
Euripides. 162
Euſebius. 104. 204
Euſtathius. 32. 95. 181
Eutropius. 47. 61
Ezechiel. 206. 237. 264. 284

F.

Fabrettus. 43
Feneſtella. 74
Ferrarius. 77
Feſtus. 11. 12. 72. 78. 83. 119. 151. 156. 158. 187
Florus. 102. 202. 246
Froiſſardus. 28
Fulbertus Carnotenſis. 251

G.

Galenus. 49. 116. 125. 127. 136. 161
Galonius. 38
Gellius. 83. 126
Gerſonius. 59. 226
Giſanius. 181
Glicas. 204
Gloſſa interlinearis. 191. 254. 265
D. Gregorius Magnus. 243
- - *Nazianzenus.* 244. 266
- - *Nyſſenus.* 257. 238
Gronovius. 16. 64. 100
Grotius. 16. 100

Gua-

Digitized by Google

Guagninus. 36
Guilhelmus parvus. 254
Gyraldus. 26

H.

HArpocration. 14
Hemſterhuſius. 85
Herodianus. 25. 174
Herodotus. 11. 18. 31. 94. 99. 136. 137. 192
Heſychius. 14. 95. 170. 175. 178
D. Hieronymus. 40. 49. 152. 187. 225. 251. 262. 277. 284. 288
Hippiatrica Graca. 44
Hippocrates. 49. 125. 161
Hiſtoria Exaltationis Crucis. 205
- - gentis Franc. 38
Homerus. 275
Honorius Auguſtodunenſis. 256
Horatius. 12. 56. 60. 72. 92. 142. 146. 148. 206. 209
- - ſcholia. 169
Hugo Cardinalis. 288

I.

D. IAcobus. 266. 290
Immanuel Rabbi. 218
Innocentius. 251
Interpretes LXX. 99. 102
D. Joannes. 92. 226. 274. 290
Job. 73. 235. 271. 277. 287.
Joel. 265
Joſephus. 99. 116. 263.
Joſua. 99. 102. 201
Iſaias. 70. 111. 191. 235. 239. 249. 258. 266. 267
Iſidorus. 35. 67. 74. 86. 87. 121. 151
Judicum liber. 73
Judith. 93. 94
Julianus. 85. 86
Jungermannus. 15. 95
Junius. 151
Ivo Carnotenſis. 28. 252
Juſtinianus. 169
Juſtinus. 11. 100. 115
Juſtinus. 201
Juvenalis. 3. 12. 60. 65. 75. 82. 105. 113. 117. 134. 143. 153. 177. 202. 210. 261
- - ſcholia. 64. 158. 159
Juvencus. 107

L.

LAmpridius. 47
Laſcaris. 130
Lazius. 86
Leodebodi teſtamentum. 110
Licetus. 117
Lipſius. 56. 60. 86. 115. 137. 217
Livius. 89. 124. 279
- - Andronicus. 81. 188
D. Lucas. 98. 101. 192. 104. 108. 224. 225. 226. 250. 267. 272. 279. 281. 283
Lucianus. 13. 37. 82. 95. 96. 102. 103. 104. 133. 136. 137. 140. 172. 180. 181. 200. 205
- - ſcholia. 14
Lucilius. 181
Lucretius. 178. 181. 193
Lyranus. 73. 224. 265. 268. 288
Lyſippus. 184

M.

MAnilius. 87. 168
Marbodaus. 287
Marcilius. 62
D. Marcus. 92. 98. 226. 228. 247. 249. 257

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM.

Marlianus. 53. 55
Martialis. 12. 27. 45. 60. 65. 90. 91. 92. 142. 144. 146. 151
Martianus Capella. 19
Martyrologium Romanum. 38
Mathamus. 164
D. Matthæus. 92. 225. 250. 257. 267
Mercurialis. 49. 229
Menander. 113
Minucius Felix. 20
Meurſius. 159
Monſtrelettus. 30
Moſis libri. 6. 11. 23. 100. 102. 111. 201. 213. 220. 237. 239. 259. 265. 268. 272. 273. 274. 276
Munkerus. 153
Muſonius. 191. 208

N.

Ahum. 249
Nicephorus. 166. 285
Nicetas. 224
Nigronus. 118. 121. 122. 147

O.

Oizelius. 122
Onuphrius Panvinius. 53
Oppianus. 199. 253
Orleanſius. 193
Oſorius. 25
Ovidius. 9. 11. 63. 84. 139. 143. 187. 202. 207. 211. 258. 262. 285. 289
Olaus Magnus. 18. 36
- - *Wormius.* 36

P.

Agninus. 73
Pamelius. 20
Parthenius. 125
D. Paulus. 241. 247. 249. 267. 271. 282. 283. 288. 290
Paulus Diaconus. 80. 204
- - *Venetus.* 40
Perizonius. 112
Perſius. 3. 82. 105. 124. 153. 213. 285
Petavius. 175
Petronius. 33. 172. 177
D. Petrus. 289
Philo Judæus. 284. 288
Philoſtratus. 31. 37. 68. 71. 85. 102. 208
G. Phranzez. 80. 165. 166
Pindarus. 45
Pinetus. 74
Plato. 11
Plautus. 16. 42. 54. 84. 91. 105. 147. 158
Plinius. 5. 17. 18. 21. 23. 29. 43. 48. 52. 55. 74. 87. 95. 114. 117. 131. 149. 195. 200. 206. 211. 260
Plutarchus. 41. 65. 113. 141. 173. 208. 209. 217
Politianus. 13. 175
Pollux. 12. 14. 34. 44. 76. 93. 95. 96. 143. 151. 186
Pomponius. 47
Propertius. 11. 142. 147. 211
Prudentius. 21. 87. 197. 201. 235
Pſaltes Regius. 215. 216. 219. 237. 264. 271. 281. 283
Pyrrhus Ligorius. 49. 55
Pythagoras. 204

G. Raard.

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM.

R.

G. Raard. 22
Rhenanus. 188
Ribera. 25
Ang. Rocca. 233
Regum liber. 237. 239
Roſinus. 53. 67
Rubenius. 68. 75. 77. 96. 135.
Ruffus. 54
Rupertus. 241. 243. 276
Ruth. 214

S.

Sabellicus. 53
Sapientia Liber. 272
Saliſberienſis. 158. 159
Salmaſius. 32. 37. 58. 75. 83. 98. 105. 121. 148. 151. 163. 179. 188. 191.
Salmeron. 25
Saluſtius. 95
Savaro. 145
Scaliger. 56. 134. 156. 168
Schelhamerus. 57
Scholiaſtes vitæ Caroli M. 167
Seneca Philoſophus. 41. 42. 114. 137. 347. 171
- - Tragicus. 148. 207
Servius. 62. 122. 135. 142. 153
Sidonius. 136. 156. 157. 158. 187. 188
Spanhemius. 96. 136. 161. 203
Spartianus. 48. 60. 79. 88. 128
Sperlingius. 78. 85. 96. 116. 125. 130
Sponius. 33
Statius. 65. 69. 137
H. Stephanus. 14. 26. 96. 161
J. Stevanus. 27. 238
Stobæus. 191. 208
Strabo. 11. 18. 96
Suarez. 229
Suetonius. 33. 54. 77. 89. 100. 102. 105. 114. 115. 119. 124. 146. 152. 192. 194. 206. 213. 259. 280
Suidas. 96
Syneſius. 96. 97

T.

Tacitus. 89. 93. 137
Targum Chaldæorum. 111
Terentius. 84. 91. 112
Terentianus Maurus. 81
Tertullianus. 19. 20. 37. 48. 57. 58. 62. 81. 113. 118. 124. 128. 132. 144. 150. 158. 159. 160. 179. 188. 193. 196. 203. 205. 212. 284
Teſchemacherus. 108
Theocritus. 161
Theophylactus. 244
Theophraſtus. 86. 115
D. Thomas. 244
Tibullus. 84. 188. 211
Tiraquellus. 34. 68
Titianus. 36. 133. 233
Titinnius. 57. 76
Toletus. 229
Torrentius. 53. 91. 113. 115. 118. 133
Trebellius Pollio. 164
Turnebus. 128. 177

V.

Valerius Maximus. 122.
Valſingamus. 212
Varro. 54. 55. 164
Victorius. 105
Virgilius. 81. 84. 134. 137 142.

142. 154. 178. 181. 206. 207. 246. 287

Vives. 151

Vlpianus. 27

Volaterranus. 55

Vopiſcus. 35. 61. 69

Voſſius. 13. 26. 43. 73. 85. 151. 153. 161

F. Vrſinus. 91

W.

W*ormius.* 86

X.

X*enophon.* 13. 43. 44

X*iphilinus.* 117

Z.

Z*onaras.* 67

Digitized by Google

INDEX

Rerum & verborum memorabilium tam in Balduinum, quam in notas.

A.

ABlativos I declin. corripit Tertullianus. 20
Abruptio corrigiæ inter calceandum malum omen. 194
Accumbendi mos veterum. 229
Acroſphyria calcei. 186
Adam primus calceorum opifex. 6. 7
Adam pellibus indutus. 9
Adam figura Chriſti. *ib.*
Adami perizomata e ficuum foliis. 7
Adorandi ritus in quo poſitus. 235
Ægyptiorum calcei papyracei. 18
Ægyptiorum puellæ nudipedes. 210
Ægyptus junci feraciſſima. 22
Ægypti Reginis urbium reditus pro calciario aſſignati. 192
Ætoli bellaces uno pede peronati ad bellum. 154. 207
Ajax in hyacinthum mutatus. 285
Albi calcei mulierum. 60. 62. &c.
Alcibiadæ calcei. 51. 182. 183
Alexandri M. numiſmata calceis alligata. 168. 198
Alexander Imp. albis baxeis utebatur. 79
Allegoricus ſenſus. 222
Aluta quid. 12
Amantium ſubtiles nequitiæ. 199
Ambracides calcei. 186
Americanorum veſtes ex avium plumis. 18
Amoris antidotum ex Cardano. 199
Amoris effigies inſi-

Digitized by Google

gnis. 216
Amphiſphyra calcei. 186
Ἀμφοτεροδέξιοι ſive ambidextri Cothurni. 140. 141
Amyclaidæ calcei. 51. 182. 183
Anagogicus ſenſus. 222
Ἀνάτρητοι ἱμβάδες. 96
Anaxyrides calcei. 51. 185
D. Andreæ ſandalium etiam nunc in Hiſpania. 228
Angeli diſcalceati pinguntur. 274
Animæ a corpore ſolutio ad Deum videndum neceſſaria. *ibid.*
Animæ corporis calceo ſolutæ libertas. *ibid.*
Animantibus a natura inditum ſe ſuaque tueri. 6
Antiochia terræ motu concuſſa. 204
Antiochi luxus in bello. 116
Antonini Imp. lintea calceamenta. 25. 174. 175
Ἀνυπόδητοι qui. 93
Aphracta calcei. 186
Apollo Sandaliarius. 53
Apollinis Soleæ expreſſæ. 86
Apoſtoli calceis non uſi. 98
Apoſtolorum Sandalia. 98. 230
Aquilæ Tzangarum ornamentum. 164. *&c.*
Aquilicia. 203
Ἀρβύλαι calcei. 15. 161
Argentei calcei. 40. *&c.*
Argenteæ ſoleæ mularum. 45
Argiæ calcei. 184
Arguta ſolea ſive crepida. 85
Arpides calcei. 51
Auguſti in inducendo calceo ſuperſtitio. 194
Aulæa pellicea auro inducta. 167
Aurati Conſulum calcei. *ibid.*
Aurea Baſſæ matula. 45
Aurea calceorum vincula. 168

Aure-

Aurea Deorum Sandalia. 104
Aurei calcei. 40. &c.
Aureis ſoleis calceata Poppææ jumenta. 43
Aurelianus morum corrector. 61
Aurelianus calceos mulleos, cereos, albos & hederaceos viris abſtulit. 62
Autapodia calcei. 185

B.

Bacchus ejuſque cultores cothurnati. 137
Baculum unum habebant antiqui. 100
Baculus crucis ſymbolum. 278
Barbæ Guyſiacæ, Perroniæ, Marchioniſſæ. 183
Baſilides calcei. 184
Baucides calcei. 185
Baxeæ calcei. 61. 128
Beatitudo ſpei propoſita in præmium. 289
Beronice Regina nudipes. 203
Bini calcei. 101. 107
Blautæ calcei. 185
Βλαύται, βλαυτία, βλαυτῶν. 97. 98. 175
Bœotii Crupeziphori. 6. 34
Bœotiorum calcei. 5. 6
Boethius primus calceorum opifex. 5
Bruti nummus cum pileo expreſſus. 279
Βυβλινοπέδιλος. 32
Βύβλος papyrus. 32

C.

Calcaria amputata. 212
Calcaria unde dicta. 4
Calceamen. *ibid.*
Calceamentum. *ibid.*
Calceamenta militum fortia. 35
Calceamenta Chriſti portare. 243
Calceamenti cum corpore comparationes. 271. 272
Calcearium. 4
Calceatus. *ibid.*
Calceatus ad repentina mandata. 155
Calceatum eſſe idem quod vinctum. 208
Calcei Ærei. 10. 37

Digitized by Google

Calcei Albi. 60. 62. &c.
Argentei. 10. 40. &c.
Aurati. 41. 167
Aurei. 10. 29. 40. &c.
Cærulei. 166
Coriacei. 10. &c.
Cornuti. 59
Feneſtrati. 108
Ferrei. 10. 36. &c.
Gemmati. 29. 46. &c.
Juncei. 10. 22. &c.
Lanei. 152
Lignei. 10. 31. &c.
Lintei. 10. 25. &c.
Lunati. 64. &c.
Lutei. 148
Mullei. 74. &c.
Nigri. 60
Papyracei. 10. 18. &c.
Pellicei. 10. &c.
Plumbei. 49
Purpurei ſeu rubri. 80. 166
Repandi. 59
Roſtrati. ibid.
Serici. 18
Spartei. 10. 21
Straminei. 24
Virides. 61
Uncinati. 58. &c.
Calcei derivatio. 4
Calcei in plur. unum par. 102
Calcei auro inducti. 167
Calcei crus tegentes. 56. 63. 76. 99. 122. 136. 138. 151. 153. 157. 169
Calcei detracti ob ignominiam. 212. &c.
Calcei pedibus inducti. 278
Calcei a ſoricibus eroſi. 194. 195
Calcei ad iter neceſſarii. 106. 122. 239
Calcei togæ ſocii. 124
Calcei traditio. 214
Calcei venales expoſiti. 52
Calceo quocumque percutere. 82
Calceolarii. 4
Calceoli. *ibid.*
Calceorum color. 60. &c.
Calceorum genera. 51
Calceorum materia. 10. 18. 27. 31. 40. 49. 50
Calceorum origo. 4. &c.
Calceorum par unum ad iter. 100. &c.
Calceorum uſus. 105. 106. 107

Digitized by Google

Calceum in alium jacere. 217
Calceus non delicatior Sandalio. 105
Calceus in hoſtium ſolum jactus. 219
Calceus laxus. 187
Calceus matrimonium notans. 216
Calceus Romanus. 66. &c.
Calceus ſiniſter pro dextro inductus. 194. 195
Calceus tenſus. 187
Calciarium. 192
Caliga militare calceamentum. 113
Caliga Maximini. 114. 163
Caliga infimus ordo militiæ. 114
Caligæ. 51. 113. &c.
Caligæ derivatio. 35. 120. 121
Caligæ altæ a ſolo. 120
Caligæ clavatæ. 115. &c.
Caligæ ad crus medium protenſæ. 122
Caligæ an pedem & crus tegant. 122
Caligarius i. e. ſutor. 121
Caligarum ſoleæ ligneæ. 34. 35. 120
Caligata militia. 113
Caligatus miles. 113. 114
Caligatus Senatus. 114
Caligula unde dictus. 114. 115
Caligula aureo ſocco calceatus. 41
Calopodia Belgarum. 36
Cameli Carbatinis calceati. 14
Campaga quæ calceamenta. 51. 162. &c.
Campaga reticulata. 164
Campaga Imperatoribus propria. *ibid.*
Canabia fœminarum calcei. 186
Candor in pedibus puritatis ſymbolum. 233
Captivi nudipedes. 210
Capucinorum ſandalium expreſſum. 86
Capucinorum ſandalia Apoſtolicis ſimilia. 96
Cardani ridiculum amoris remedium. 199
Carini Auguſti gemmeæ

Digitized by Google

meæ fibulæ. 69
Carbatinæ quales calcei. 13. 14. 15
Carnifices olim urbis domicilio excluſi. 15. 16
Caroli Magni calceamenta. 48
Carrectum quid. 24
Caſtorum templum, nunc S. S. Coſmæ & Damiani. 53
Catonis elegantiſſima reſponſio. 195
Cato laboris patientiſſimus & ſæpe diſcalceatus. 209
Κεντητὸν ὑπόδημα. 179
Cernuus calceus. 151
Ceſſio juris per calcei ſolutionem. 241
Chauſſons. 151. 176
Chirothecæ jactus. 218
Chirothecarum detractio. 212
Chriſtiani plerumque diſcalceati. 205
Chriſtus an calceatus. 224. *&c.*
Chriſtus Dominus an nudipes. *ibid.*
Chriſtus unus idemque homo & Deus. 245
Cincti vocati veteres Romani. 213
Claſſiarii curſores excalceati. 192
Clavi aurei ſoccorum & crepidarum. 42
Clavi ferrei uſitatiſſimi. 115. 116
Clavi caligarum ferrei, argentei & aurei. 115
Clericis prohibiti calcei cornuti & feneſtrati. 59
Comœdi plebeio ſermone loquebantur. 146
Comœdi ſoccati. 145
Compagia. 51. 162
Cœnaturi Soleas deponebant. 90. 91. 229
Cônipodes ſenum calceamenta. 184
Conſules quando calceis auratis uſi. 167
Concilium Senonenſe quando celebratum. 59
Concilium Moguntiacum quando celebratum. 204
Coriarii urbibus excluſi. 15. 16. 17
Cornuti calcei. 59
Corporis & animæ diſſidia.

Digitized by Google

ſidia. 270
Corpus animæ calceamentum. 271. &c.
Corpus aggravat animam. 272
Corrigiæ abruptio malum omen. 190. 191
Corrigiæ Sandaliorum ἱμάντες. 96
Corrigiæ calceorum. 188
Corrigiam calceamenti ſolvere. 244. 245. 269
Corroyeurs. 14
Cortices arborum materia calceorum. 31
S. Coſmæ & Damiani templum. 55
Cothurnati agnomen. 141
Cothurnatus Virgilius. 144
Cothurni. 51. 131. &c.
Cothurni ἀμφοτεροδέξιοι ſive ambidextri quomodo intelligendi. 140
Cothurni humiles. 143
Cothurni purpurei. 81. 139.
Cothurnis calceati aliis altiores. 132. 133
Cothurnorum cum calceis affinitas. 138
Cothurnorum ſtructura. 132. 135. &c.
Cothurnus Gallicus, Hiſpanicus, Turcicus & Venetus. 133
Cothurnus triplex Tragicus, Venatorius & Virgineus. 135
Cothurnus infamis. 137
Cothurnus Sophocleus. 142
Cothurnus pro ſtylo gravi & tragico. 142. 143
Crepidæ. 51
Crepidæ unde dicantur. 84. 85
Crepidæ Græcorum, & mulierum, & Philoſophorum calceamenta. 123. &c.
Crepidæ pallii comites. 124
Crepidæ cum Gallicis eædem, diſcrepantes. 123. 124
Crepidæ ferreæ. 37. figura 38
Crepidarum & Solearum affinitas, diſcrimen. 84. 85. 86
Crepidarum pretium. 172
Cretati venaliciorum pedes.

pedes. 210, 211
Cretenſium venatorum Calcei. 161
Cruce frontem ſignare primi Chriſtiani ſoliti inter calceandum. 196. 197
Crucem nudipes Heraclius portat. 205
Crucis ſignum quam efficax. 197
Crepezia. 32. 33. 34
Crux aurea Pontificum ſandaliis impreſſa cur. 233. &c.
Curſores excalceati. 191
Cybele an eadem quæ Iſis. 20, 21

D.

Demetrius aureo calceo uſus. 41
Denarius quantus. 173
Deus oculo corporeo videri non poteſt. 274
Deus primus calceorum auctor. 8
Diabathra viris mulieribuſque communes calcei. 185
Dircis Soleæ expreſſæ. 86
Diocletianus gemmas calceis addidit, quo fine. 47. 234
Dipodia ſocculi lanei. 185
Diſcalceati per ludos Romani quomodo. 90, 92
Diſcincti reliquias legunt. 202, 203
Diſcinctum eſſe infame olim habitum. 213
Divinitatis calceamentum caro humana. 9. 41
Divinitatis humanitati conjunctæ cum pede calceato comparatio. 241
Dominii in rem aliam ſymbolum calceus, quare. 215
Duo calcei unum par. 101
Δύο ὑποδήματα unum par. 103
Dux Nivernenſis, legatus Henrici Magni ad Paulum V. Sexaginta mulos habuit, qui dum Romam ingrederentur, ſoleis argenteis erant calceati. 45

Digitized by Google

E.

EFfœminati perones qui. 159
Elegantes fœminarum crepidæ & perones. 127. 159. 160
Eloquentia Cothurnata. 144
Eloquentiæ cum probitate conjunctæ vis. 246. 247
Embades Tragœdorum calcei. 184
Embatæ Comœdorum. 151. 184
Empedocles ferreo calceo uſus. 36
montis Ætnei flammis abreptus. 37
Endromides Dianæ calcei. 136. 185
Endromides curſorum. 191
Epigri ſoccorum. 42
Epiſcoporum ſandalia. 28. 108
Ἐπισφύριον quid. 68
Equi an habuerint ſoleas. 43
Ἐρυθρὰ πέδιλα. 80
Ἐρυθρόχροα πέδιλα. *ibid.*
Eſcarpins. 149. 176
Evæ calcaneus à ſerpente morſus. 276
Evangelii prædicatio calceamentum. 248
Eumarides viris mulieribuſque communes calcei. 185
Eumenii Rhetoris ſtatua. 108
Exautorationis militis exemplum inſigne. 212
Excalceati tabellarii & curſores. 91
Excalceatus pro Soleis exutus. 90
Exempla veterum per calceum ſignificata. 254. &c.
Exemplum bonorum contra pravos antidotum. 255

F.

FAuſtinæ templum nunc S. Laurentii. 55
Feneſtrati calcei expreſſi. 108
Feneſtræ reticulatæ quid. 164
Ferreæ ſoleæ pedibus martyrum ſuffixæ. 38
Ferrei calcei. 36

in

Digitized by Google

in ſcena uſitati. 37
Fibulæ eburneæ nobilium calceis adſutæ. 68
Fidei dubiæ homo, cothurnus. 141
Fidei maritalis erga uxorem exemplum inſigne. 218
Figulorum vicus ubi Romæ. 54
Filia principis quæ. 248. 272
Flaminicarum ſuperſtitio. 12
Fœminarum genus curioſum. 127. 160
Fœminarum calcei albi. 62
Fœminæ larvatæ. 160
Fœminæ pretioſi cultûs ambitioſæ. 48
Follicantes calcei. 187. 188
Forum Romanum. 54
Frigoris rigidi ſignum Phocion calceatus. 209
Frontis cruce ſignandæ conſuetudo vetuſtiſſima. 196
Fullienſium Sandalium expreſſum. 86
Funebris luctus. 206

G.

Galbus color. 61
Galea fidei ſymbolum. 278
Galeri Baſſignæi. 183
Galli ſacerdotes Cybeles. 20. 21
Galli crudeles, hæretici, monſtra. 38
Gallicæ Regum pompatici calcei. 29. 30. 166
Gallicarum ſoleæ ligneæ. 34. 35
Gallicæ. 51. 121. &c.
Gallicæ quid, unde, quomodo Crepidis ſimiles. 123
Galloches. 34
Gallorum calcei hodierni. 184
Gemmæ calceis additæ. 46. &c.
Generatio Chriſti utraque inenarrabilis. 45
Germani veteres peronati. 154
Germanus peronatus expreſſus. *ibid.*
Germanus ligno calceatus depictus. 33

Glo-

Digitized by Google

Globulis ornati nobilium fœminarum calcei. 70
Gothorum barbarie Latini ſermonis puritas corrupta. 163
Gothorum perones ſetoſi. 157
Græci atque Romani antequam calcearentur pedes inungebant. 193
Gymnoſophiſtæ olim pelliti. 11
Gypſo pedes venalium notati. 210. 211

H.

Hæreticorum luſus crudelis. 38
Haſſandelar Rabbinus. 111
Hebræi mulierem foras prodeuntem ſcortum vocabant. 147
Hederaceus color. 62
Heliogabali calceamenta gemmis ſculptis inſignita. 47
Heliogabali calceamenta lintea. 25
Henrici Magni ſimulachrum in ærario Sandioniſiano quale. 30
Heraclii memorabile factum. 205
Hercules Gallicus. 247
Hercules tragicus repræſentatus. 132
Herculis nodus proverbium. 245
Hernici populi Italiæ, peronibus uſi. 154
uno pede tantum peronati. *ibid.* 207
Heroës olim proceri. 131
Hiſpanorum calcei quales. 184
Hiſpanorum calcei Spartei. 21. *&c.*
Hordearium quid. 192
Hyacinthi flos. 285
Hyacinthi lapidis tres ſpecies. 288
Hyacintho pes calceatus. *ibid.*
Hyacinthus ſpei ſymbolum. 286
Hyænæ lingua, pellis, umbra, canibus metum incutit. 200. 253
Hymenæus ſoccatus. 148
Hypicli & Hypoſchiſmata

mata calcei viriles. 184

I.

ICHthyophagorum ædificia è Cetorum oſſibus. 18
Idumæa Gentiles & alienigenas ſignificat. 219
Imperatores olim ſericis uſi calceamentis. 28. 29
Imperii inſignia in calceis expreſſa. 80
Incarnationis myſterium inſolubile. 245
Indi calcei lignei. 31
Indorum calcei ex albo corio. 32
Indorum Philoſophi pellibus veſtiti. 11
Infimus ordo militiæ *caliga* dictus. 114
Interpuncti calcei auratis & purpureis pretioſiores. 179
Joppenſis coriarius D. Petri hoſpes. 17
Joppe ubi ſita. *ibid.*
Iphicratides calcei. 51. 182. 183
Iſis & Cybèle an eadem. 20
Iſidis ſacerdotes diſcalceati. *ibid.*
Iſidis ſacerdotes raſi, non exſecti. 20
Iſidis ſacerdotum pedes papyro involuti. 19. 20
Italicarum, Hiſpanicarum, & Turcicarum mulierum calceamenta, ſeu cothurni. 133
Judæorum calceamenta. 99
Judæorum nudipedalia. 203
Judithæ ſandaliis Holofernes in amorem pellectus. 93. 94
Jugum Sandaliorum. 95
Julius Cæſar Mulleis utebatur. 76. 78
Julius Cæſar adoleſcens diſcinctus. 13
Julius Proculus tumultuantes Romanos compeſcit. 246
Juncea Moſis ut Ægyptiorum calceamenta. 24
Juncea Chriſti Domini corona. *ibid.*

Jun-

Digitized by Google

Juncorum ferax Ægyptus. 23
Juncus marinus ſpinoſus, qui alias ὀξύσχοινος, alias Rhamnus, alias carrectum. 24
Juno in aëre ſuſpenſa quomodo. 275
Juvenalis acerrimus vitiorum cenſor. 134

L.

Lanius pro carnifice. 16
Laconicæ Laconum calcei. 51. 182. 183
Laneorum ſoccorum uſus ad calorem. 152
Larvatæ nunc fœminæ nobiliores. 160
Larvis utebantur infames Comici. *ibid.*
S. Laurentii in Miranda templum. 55
Leonina pellis alias excedit. 253
Λευκοχίδα Sandalia. 96
Liber pes. 148
Libertatis index nuditas quæ. 275
Lignei calcei. 31
Ligneæ ſoleæ damnatorum pedibus inductæ. 33
Ligneæ ſoleæ tibicinum. 34
Lignei calcei viliorum. *ibid.*
Lilium excifum effloreſcit. 287
Lilium in nummis expreſſum. 286
Lilium rubrum ut & candidum. *ibid.*
Lilium ſpei ſymbolum. *ibid.*
Limigantum hiſtoria. 217
Linei calcei. 25. *&c.*
Linei primùm Romanorum Pontificum calcei. 232
Linei Sacerdotum Alexandrinorum calcei. 174
Linei calcei dicti udones, alias ſocci. 150. 151
Lineorum calceorum uſus ad mundiciem. 152
Lipſii laus. 56
Lorica conſtantiæ ſymbolum. 278
Luctus ſigna. 206
Lunata pellis. 12
Lunati Patriciorum & Sena-

Digitized by Google

Senatorum calcei. 12. 64. &c.
Lunulæ quid in calceis Senatorum. quis earum uſus. cui calceorum parti adſutæ. 65. &c.
Lunatorum calceorum origo. 67
Lunatus Patriciorum calceus expreſſus. 69
Luporum & ovium odium. 252
Lycurgus Lacedæmoniorum pueris pedum nuditatem præſcripſit. 205

M.

D. MAgdalena Chriſti pedes abluit. 224
Magica ſacra. 206. 207
Magorum vanitas. 200
Malum omen ex abrupta calceamenti corrigia. 194
Marcellus ſpes populi Romani. 287
Marius a caliga ad conſulatum venit. 14
Materiæ cum ædificii fundamento & rudi tabula comparatio. 49. 50
Matrimonii ſymbolum calceus. 216
Matrimonium in ſpeciem jucundum, ſed ſæpè moleſtum. *ibid.*
Matronæ Romanæ nudipedes ædem Veſtæ adeunt. 201
Maximinus e milite Imperator. 114
Menacii calcei. 184
Meretricium foris vagari. 147
Meſoperſicæ fœminini calcei. 186
Militia caligata. 113
Militis Chriſtiani procinctus. 278
Militum calceamenta fortia. 35
Mimi & Pantomimi inter comicos numerati. 145
Minitnus Juppiter pro *miniato*. 177
Molere quid. 72
Molat alteri uxor mea quid. 72
Momus Veneris crepidam carpit. 85. 86
Mors ſeriò meditata Dæmonem frangit. 62

Mor-

Digitized by Google

Mortem qui cogitat omnia contemnit. *ibid.*
Mortis cogitatio petulantes affectus coërcet. 258
Mortis ſymbolum calceus. 259. *&c.*
Moſes calceamenta ſolvere jubetur quare 23. 24. 220. 221. 265
Moſes omnium ſcriptorum primus. 220
Moſis calceamenta ex junco marino contexta. 23
Mulierculæ ruſticanæ ſuperſtitio 197. 198
Mulierum in calceandi & veſtiendi ratione luxus. 48. 81. 160. 185. 187
Mulierum albi calcei. 60. 62. *&c.* 106
Mulierum calcei tecti. 107
Mulierum calcei alti. 130. 133. *&c.*
Mullei. 51
Mullei primùm proprii Regum calcei, deinde patriciorum, tùm etiam mulierum, poſtea Imperatorum. 78. *&c.* 165
Mullei unde dicti. 72. 74. 78
Mullei ab Uncinatis & Peronibus diſtincti. 58
Mullei tibiatim calceant. 76
Mullei elegantibus ſuturis inſignes. 74
Mullei repandi. 75
Mulleus nobiliorum calceus. 79
Mulleorum alta compoſitio. 75. *&c.*
Mulleorum color rubeus. 75
Mullus piſcis. 74
Μύλλω appropinquo, ſubigo. 72
Multiformis calceus quis. 179
Myſtica calceorum interpretatio, *à cap.* 25. *uſque ad finem.*

N.

NArta quid, eademque expreſſa. 36
Nicias Megarenſis fulloniam artem invenit.

Digitized by Google

nſt. 5
Nigra Philoſophorum Phæcaſia. 176
Nigri Senatorum calcei. 60
Nobilitatem in talis habere quid. 71
Nobilitatis nota in calceis quæ. 64. *&c.*
Noſides fœminarum calcei. 186
Nudipedalia uſurpata in templis, in proceſſibus, in ſuperſtitioſis, in funeribus, in magicis, in bello: à viatoribus, viris principibus, puellis & ſervis. 200. *&c.*
Nudipedes cujus rei ſymbolum. 269
Nudipedia fœminini calcei. 186
Nudis pedibus Sacerdotes templum ingrediebantur. 268
Nuditas pedum quæ libertatis, quæ ſervitutis index ſit. 275. 276
Numiſmata Alexandri calceis addita. 168. 198
Nuptiarum recuſatio per calcei ſolutionem ſignificata. 216
Nyctipedes fœminini calcei. 186
Nymphides ſponſalia calceamenta. 51. 185

O.

Obſtragula fuere in omnibus virorum & mulierum calceis. 63
Obſtrigilli qui & unde dicti. 87
Ocreæ aliis Anaxyrides. 185
Odium naturale canum & hyænæ. 253
Odium naturale ovium & luporum. 252
Odones. 27
Olearii in Velabro habitantes. 54
Opifices ejuſdem artis in eodem loco habitantes. 53
Opiſthocrepidæ fœminei calcei. 186
Orleanſii laus ab eruditione & eloquentia. 193
Ornatus ſplendidior in ſacris

Digitized by Google

ſacris & majeſtatem conciliat, & pietatem excitat. 235. 236
Oſculandi crucem mos antiquus & pius. 235
Oves lanam ad veſtes præbent. 11

P.

Pacis templum. 54
Pallium proprius Philoſophi habitus. 171. 173
Παντόφελλοι. 130
Pantoufles quid. 130
Papyracei Ægyptiorum calcei. 18. 19
Papyracei calcei βύβλινοι. 32
Papyraceis membranis calceati Sacerdotes Iſidis. 19. 20
Papyri membranæ olim ad ſcribendum uſurpatæ. 19
Papyrorum copia in Ægypto. 18
Pariſiis Reginæ Zonarium ſolutum. 193
Parrhaſii elegantia. 97
Parricidarum pœna. 33
Paſtores abominabiles Ægyptiis. 22
Patientia ſpei & fiduciæ parens. 289
Patins. 133
Patriciorum & Senatorum calcei lunati. 64
Peccata viperis ſimilia. 264
Peccatorum mors. *ibid.*
Peccatorum ſordes calceamentum. *ibid.*
Pedes calceati mortis meditationem ſuggerunt. 259
Pedes excalceati agiles. 208
Pedes intecti pro Soleis induti. 88. 89
Pedes nudi ſimiliter. 88
Pedila calceamenta quæ. 185
Pedis offenſio in limine malum omen. 190
Pelles calceis materiam præbuerunt. 11
Pelles crudæ primùm conficiendis calceis uſurpatæ. 12. 13
Pelles nigræ. 12
Pelliceis veſtibus Adam indutus. 7. 8
Pelliceis veſtibus induti Gymnoſophiſtæ,

Scythæ, Perſæ & primi Romanæ curiæ Senatores. 11
Pellis lunata. *ibid.*
Pellium concinnatores urbibus excluſi quare. 15. 16
Pelyntra pedum faſciæ. 185
Peregrinationis ſymbolum calceus. 244
Peregrini procinctus perâ, baculus, & calcei. 278
Peregrini ſchema pileus & pero. 159
Peribarides ancillarum calcei. 107. 186
Periſcelides. 148. 168
Περιχιδῶς calcei. 96
Pero unde dictus. 152
Pero aliorum atque aliorum plus minuſve elegans calceus. 152. *&c.*
Pero Romanis proprius, nôn peregrinus. 158
Perones. 51
Perones è craſſo crudoque corio confecti. 156
Perones effœminati quare ſic appellati. 159. 160
Perones ſetoſi. 156. 158
Peronum laxa amplitudo. 153
ad mediam tibiam procurrebant. *ibid.*
Perſæ pellibus veſtiti. 11. 18
Perſarum Reginis penſiones datæ ad ornamenta corporis. 192
Perſarum ſubligacula pellicea. 18
Perſicæ Perſarum calcei. 51. 182. 183
Pes liber ſocco indutus. 148
Pes natans ſeu follicans quid. 187
D. Petri hoſpes Joppenſis coriarius. 17
D. Petri ſolea Romæ aſſervata. 228
Phæcaſia. 51. 170. *&c.*
Phæcaſia lintea Sacerdotum calceamenta. 176. *&c.*
Phæcaſia Philoſophorum coriacea. *ibid.*
Phæcaſia unde dicta. 175
Phæcaſiani Dii pro Phæcaſiatis. 177
Phæcaſiatus Philoſophi

phi epitheton. 171
Phæcaſiatus miles non miles. 177
Phæcaſiorum pretium. 171. 173
Phittacides fœminarum calcei. 186
Phocion ruri, ac militiæ nudo ſemper incedebat pede. 208. 209
Φοινικόχροα πέδιλα. 29. 80. 166
Pictores & Poëtæ in fingendo audaces. 230
Pileus libertatis ſymbolum. 279. 280
Πίλημα, Πίλοι. 42
Plumbei calcei. 49
Poloni agreſtes calceos ligneos habent. 33
Πολυσχιδεῖς calcei. 96
Pontificum Romanorum calceamenta non ſemper eadem. 27. 28. 81. 108. 231. &c. 251
Poppææ Neronis uxoris luxus. 43
Præfectus vigilum calceatus. 155
Prodigo reduci data calceamenta quare. 279. &c.
Proſchemata ſenum calcei. 184
Purpurei calcei Imperatorum proprii. 80. 168
Purpurei cothurni. 81. 139
Purpureum lilium hyacinthus. 286
Purum idem quod album. 62

Q.

QUadrageſimæ initio inſperſi capitibus cineres quid ſignificent. 259
Querimonia gravis in Gallorum hæreticorum crudelitatem. 39

R.

RAhi Benxamurii hiſtoria. 217. 218
Redemptio humana difficilis. 240
Religio parens opum. 251
Religionis ergo depoſiti calcei. 201
Religionis parens paupertas. 251
Renes ſuccincti conti-

Digitized by Google

nentiæ ſymbolum. 278
Reipublicæ Romanæ centum Senatores ab initio tantum fuere. 67
Repandi calcei qui. 59
Reticulatæ feneſtræ. 174
Reticuli campagi qui. *ibid.*
Retinacula calceorum. 189
Rhadiæ ſandalii ſpecies. 185
Rhamnus quid. 24
Rhodiacæ Rhodiorum calcei. 184
Romanæ mulieres eoſdem viris calceos geſtabant. 63. 64
Romani pellibus veſtiti. 11
Romani ſine calceis non prodibant. 105. 122
Romani veteres à luxu alieni. 70
Romani in conviviis Soleas deponebant. 90. *&c.*
Romani in conviviis, & ſpectaculis utebantur Soleis. 90
Romanis infame diſcinctum eſſe. 213
Romanorum calcei pellicei. 11. 12
Romanorum calcei qui & quales. 56. *&c.*
Romulo è vivis ſublato tumultuantur Romani. 246
Romulus poſt mortem viſus cui & quomodo. *ibid.*
Roſtrati calcei. 59
Rubus ardens incombuſtus. 220
Rubri calcei ab Imperatoribus ad Pontifices traducti. 81
Rubri mulierum calcei. 81
Ruſticorum calcei perones. 105. 152

S.

Sabots quales calcei. 34
Sacerdotes Judæorum nudipedes in Templo. 268
Salarium quid. 192.
Samſon ex Hebræorum mente Philiſtinorum mulieres ſubigere coactus fuit. 73

San-

Sandalia. 51
Sandalia Apoſtolis permiſſa. 98. &c.
Sandalia Græcis ſuam debent appellationem. 111
Sandalia novis nuptis prælata. 113
Sandalia Pontificum qualia. 108. 110. 233. 251
Sandalia quæ, qualia, quibus uſurpata, elegantia, inelegantia, purpurea, aurea, feneſtrata, aperta ſupernè ibidemque operta, ſacra, profana. Illorum vox an Hebræa, vel Græca vel Latina. 93. &c. 185
Sandalia unde dicta. 85. 96
Sandaliarius Apollo quare ſic appellatus. 53
Sandaliarius vicus. 53
Sandaligeri qui. 91. 112
Sandalii uſus non durior calceo. 105
Sandaliis ſua fuere integumenta. 100
Sandaliis calceata Judith. 93
Sandaliis Pontifices utuntur. 110
& cur. 251
Sandaliotis dicta Sardinia. 95
Sandalothecæ quid. 113
Sardinia Sandaliotis & Ichnuſa dicta. 95
Scabella. 33
Schaatſen. 36
Σχιστά. 96
Scortea templorum ingreſſu prohibita. 232
Scortum Hebræis dictum *foras prodiens*. 147
Scaligeri lepidum dicterium in Italicas mulieres. 134
Scricfinnorum ſoleæ. 36
Scriptorum impropriæ locutiones ſandaliorum notitiam minus liquidam efficiunt. 93
S. Scripturæ ſenſus quadruplex. 221
Sculponeæ quales calcei. 153. 162
Scythæ pellibus veſtiti. 11
Scythicæ Scytharum calcei. 51. 182. 183

Digitized by Google

Seleucides fœminini calcei. 186
Senatores primo centum Romæ. 67
Senatoris Romani dictum notabile. 216. 270
Senatorum calcei nigri. 60
Lunati. 64. &c.
Septentrionis populi domos ſtruunt ex cetorum oſſibus. 18
Serici Pontificum & Imperatorum calcei. 28. 29
Servi nudipedes. 210
Servitutis argumentum pedum nuditas. 276
Sicyonia. 51. 177. &c.
Sicyonia calcei delicati, muliebres & amatorii. 178
Sicyonia candida, tenuia & interpuncta. 178. 179
Sicyoniorum pretium. 180. 181
Signum crucis in calceando veteribus uſurpatum. 195. 196
S. Silveſtri udones. 27. 232
Simiæ quomodo capiantur à venatoribus. 260
Simon coriarius extra Joppen habitans. 17
Smindyriſii à Smind. ſic dicti calcei. 184
Socci. 51
Socci forma quæ. 148
Socci comœdorum & fœminarum calcei. 145. 146. 147
Socci viris probro ſunt. 147. 148
Socci aliis calceis induti. 149
Socci deaurati. 150
Socci fœminarum gemmati. 149
Socci lanei, lintei & cilicini. 151. 152
Socci fuerunt tenues & humiles. 149
Socci cum Udonibus comparati. 151
Soccorum color luteus. 148
Soccus pro humili ſtylo. 146
Socrates diſcalceatus. 209
Solea piſcem, trabem & calceum ſignificat. 83
Soleæ. 51

Soleæ

Digitized by Google

Soleæ quæ, quales, quibus uſurpatæ, quando, ubi, quomodo, an crepidis eædem, an diſcrepantes. 84. &c.
Soleæ corrigiis adſtringuntur. 87
Soleæ ligneæ impares. 33
Soleæ pro alia calceorum ſpecie. 33. 82
Soleæ jumentorum. 43
Soleæ ſine amento. 96
Soleæ nullum habent tegmen. 87
Solutio calcei ceſſionis ſymbolum. 215
Solutio calceorum ignominioſa. 212
Sophocles primus Cothurnum ſcenæ intulit. 142
Spartei calcei paſtorum. 21
Sparteoli. 155
Σπαρτία. 75
Sparto calceata animalia ægrota. 21
Spartum in Hiſpania frequens. 21
Spartum quid. 22
Speculatoria caliga. 118. &c.
Speculatoria moroſiſſima. ibid.
Speculatores qui. 119
Spei ſymbolum calceus. 279. 283
Spes animæ anchora, læſæ conſcientiæ motus componit, non confundit, ducit ad gloriam. 283. 289
Spuere in calceum dextrum alexicacum quibuſdam creditum. 195
Statuæ Nabugodonoſor interpretatio. 261
Sternutare inter calceandum malum omen. 194
Straminei calcei. 24
Subere ſuppacti calcei. 130. 131
Subula quid & unde dicta. 72. 73
Subulones qui. ibid.
Superſtitioſa veterum in calceatu Religio. 194
Sutores ubi Romæ habitarint. 52. &c.
Sutorum primus Adam. 6. 7
Sutorum officinæ. 52
Sutrinæ Græcorum. 52. 53

Sutu-

Suturæ mulleorum elegantes. 74
Syriæ lilia purpurea laudatiſſima. 286

T.

Tabellarii excalceati. 191
Tabularum varias effigies exhibentium deſcriptio. 263
Tanneurs. 14
Templum Caſtorum & Pacis ubi Romæ. 53. 54
Templum S. Coſmæ & Damiani. 55
Templum Fauſtinæ. 55
Templum S. Laurentii in Miranda. *ibid.*
Tenſus cothurnus & Tentipellium quid. 187
Terra primùm inarata frugum ferax. 9
Tertulliani laus. 132. 196
Tertulliani locus de ſigno crucis. 196
Theramenes Cothurnatus dictus. 141
Theſſalides Theſſalorum calcei. 184
Tibus Bœotius ſutrinæ inventor. 5
Tomento ſtipati calcei quare. 188
Tragicæ perſonæ Reges & Reginæ. 139
Τροχάδες curſorum calcei quales. 56
Tropologicus ſenſus. 222
Turcarum calcei quales. 56
Tympani lupini ſonitus oves terret. 252
Tyrrhenica Minervæ ſandalia. 185
Tyrrhenici. 75. 76
Tzangæ. 51
Tzangæ Campagis eædem, purpureæ, ad mediam tibiam protenſæ, aureis aquilis inſignes, eædemque propria Imperatorum calceamenta. 164. *&c.*
Tzangarum vox an Latina. 164
Tzangarum uſus exilio & confiſcatione bonorum prohibitus. 167

V. Va-

Digitized by Google

V.

VAria & vana veterum in calceatu ſuperſtitio. 194
Udones quales & unde dicti. 26. 27
Udones lanei, linei & cilicini. 27. 152
Udones linei aliquando ſummis Pontificibus uſurpati. 232
Udonum & Soccorum affinitas. 151. 152
Velutum purpureum Præſulum & Epiſcopalium pedum ornatus. 28
Venalitiorum nota quæ. 210
Venaticus Cothurnus. 138
Venatorum calcei. 105
Veneris crepidam carpit Momus. 86
- - potius ſandalium. 85
Venus myrtea inter figulos. 54
Verbum divinum per Incarnationem abbreviatum, & tamen immutatum. 244. 245
Veſtales an nudipedes. 201
Veſtes ex lana politiorum populorum. 11
Veſtes duplicatæ. 100
Veſtes confectæ ex pellibus cæſorum animalium plerisque olim in uſu fuere. 11. 12
Veſtiarium quid. 192
Via ſacra. 54
Vicus ſandaliarius. 53
Vigiles Sparteoli dicti. 155
Villarum pretia uno filo inſuta. 40
Vincula pro ſoleis ſive ſandaliis. 84
Virorum nigri calcei. 60
Virum ſoleis, ſoccis & Sicyoniis eſſe calceatum turpe habitum. 88. 147. 178
Vita eſt militia. 277
Vitellius Meſſalinæ pedes excalceandos petit. 146
ejus ſocculum inter togam & tunicam geſtabat aſſiduè. *ibid.*
Vitriariorum vicus ubi Romæ. 54

Unci-

Uncinati calcei à lunatis diſtincti. 58.158
Uncipes. 58
Unguentis inuncti pedes ante calceatum. 193
Ὑπόδημα. 83
Ὑπόδημα tam calceus, quam unum par. 102
Ὑποδήματα de uno pari. *ibid.*
Uxoris cum calceo comparatio. 216

Z.

Zethes & Calaïs harpyiarum propulſatores. 281
Ζεῦγος σανδαλίων. 104
Ziſcæ mortuo detracta pellis, ex eaquè Tympanum confectum. 253
Zoccoli. 133
Zonarium Reginæ ſolutum. 193

FINIS.

Digitized by Google

JULI NIGRONI

GENUENSIS

DE

CALIGA VETERUM

Diſſertatio ſubſeciva.

Qua declaratur, quid ea ſit Latinis Scriptoribus, in Sacra Scriptura, Jure Civili, ac Lapidibus vetuſtis.

EDITIO ULTIMA.



LABORE ET COELI FAVORE.

LUGDUNI BATAVORUM
Apud THEODORUM HAAK,
MDCCXI.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE · VITTORIO EMANUELE III · NAPOLI
Digitized by Google

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

Miraberis benigne Lector, cur Calceis Caligas, feminalia, ut vulgò fertur, tegumentis pedum ſubjecerim: ſed hunc tibi ſcrupulum Nigronus eximet, qui Caligas calceamenti ſpeciem eſſe ſolidis rationibus demonſtrat, ut jam vel propter argumenti ſimilitudinem ſine piaculo fraudandus hoc tanti viri labore non fueris. Nunc id te rogatum volumus, ut quando commodis tuis dicatum eſt, quicquid in novis eſt virium & ingenii, majora meditantem favore tuo proſequi ne dedigneris. Vale.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

Scribendi cauſa, & propoſitio rerum dicendarum.

CAPUT II.

Caligam eſſe pedum indumentum.

CAPUT III.

Caligam uſu primævo ad militiam ſpectaſſe.

CAPUT IV.

De Materia & Forma Caligæ militaris.

JUL.

Digitized by Google

JUL. NIGRONI
GENUENSIS
DE
CALIGA VETERUM
Diſſertatio Subſeciva.

CAPUT I.

Scribendi cauſa, & propoſitio rerum dicendarum.

1. *Error quorundam in Caligæ notione.* 2. *Quid ſit Caliga; ſcilicet calceamentum militare. Non eſt crurum, non femorum indumentum.* 3. *An Brachæ ſint femoralia.* 4. *Bracearum nomine veſtis totius corporis ſignificata.* 5. *Conciliantur contrariæ ſententiæ.* 6. *Diviſio Diſſertationis.*

IN Dictionario Latinæ linguæ, cui *Calepino* nomen eſt, atque in *Theſauro Ciceroniano* Marii Nizolii ad verbum *Caliga*, falſa quædam inhæſit interpretatio, quà dicitur eſſe tibiarum tegumentum, quod ab Italis *Calza*

nuncupatur. Qui error, cùm in omnes ferè Vocabulorum collectiones infuſus eſt, tum verò *in Theſaurum Italicæ Latinæque linguæ*, Petri Galeſinii nomine prænotatum: quem virum ſenem adoleſcens ipſe doctiſſimum exiſtimabam. ac ſuſpiciebam. Verſabatur in eadem caligine Gloſſa, in L. *A caligato. Cod. de Nuptiis*, cùm militem caligatum ſcripſit ab ocreis ferreis dici. Nec agnovit errorem Antonius Nebriſſenſis, probans *in Vocabulario Juris* opinationem Gloſſæ. Joannes quoque Fernandez *Lib.* 3. *Theſauri Scripturarum capite* 16. verbo *Calceamenta*, de tegumento tibiarum, non pedum intelligit Angeli verba ad S. Petrum *in cap.* 12. *Actuum Apoſtolicorum*, *Calcea te caligas tuas*. Idem videtur Joanni Stephano Duranto *Libro* 2. *de Ritibus Eccleſiæ Catholicæ*, *capite* 9. §. 21. quamvis retineat hujus loci vulgatam editionem. Quam tamen ex ejuſdem vocis ignoratione, damnant ſectarii quidam, meritò ipſi notati ac damnati ob hanc cauſam ab Jacobo Gretſero Soc. Jeſu, *tomo primo Defenſ. Card. Bellarm. l.* 2. *c.* 14. §. *Defenduntur Actus Apoſtol. num.* 6. Nomenclator quoque Hadriani Junii d. a. in eadem re peccat, *cap.* 76. qui Caligam interpretatur tibiarum integumentum, & *Caligas*

Digitized by Google

gas follicantes apud S. Hieronymum *Epiſtolâ* 22. *ad Euſtochium*, femoralia uſque ad talos demiſſa, quæ Itali vocant *calze marinareſche* & nautis ſunt in uſu. Nec dubito, quin alii multi ex his turbidis fontibus hauſerint eundem errorem: quem miror à tot doctis viris, qui Calepinum recognoverunt atque auxerunt, nondum fuiſſe notatum atque eraſum.

2. Eſt igitur *Caliga*, bonis Latinis Scriptoribus, priſcis Juris conſultis atque Imperatoribus, in Jure Civili, Lapidibuſque vetuſtis Romanorum, *pedum integumentum*, *& calceamenti militaris genus*, *quo Romani milites gregarii ac manipulares in bello & caſtris potiſſimùm utebantur*: in ſacra verò Scriptura pro calceamento pariter ſumitur, à militaribus non abſimili, quo pedes tantùm muniuntur. Quo fit, ut Caligæ crurum, aut tibiarum operimenta, non ſint: quæ *cruralia* & *tibialia*, probati Scriptores dicunt. Multò minus hæc vox femorum indumentis aptari poteſt ſignificandis; quæ *feminalia* nominantur à Suetonio, & Interprete ſacrorum Bibliorum: *femoralia*, tum ab eodem Interprete, tum à S. Benedicto & aliis Scriptoribus Eccleſiaſticis: *ſuccinctoria* & *campeſtria* ab Horatio, Aſconio, & S. Auguſti-

guſtino: *ſubligacula* à M. Tullio. Quamquam hæc poſteriora vocabula, propriè ſumpta, breviora pudendorum tegmina ſignificant, ut obſervat poſt alios Jacobus Pontanus noſter *in Ovidium l. 5. Triſt. eleg.* 11. De his omnibus videantur, quæ diximus *in Commentario aſcetico Regulæ* XIII. *communium numero* 8. & quæ poſt me ſcripſit Joannes Lorinus noſter in *caput 6. Levitici v.* 10.

3. Quæritur, num *braca*, ſeu *bracca*, ſive etiam *bracha* & *braccha* (his enim quatuor modis ſcribitur hoc vocabulum) femoralia ſonent; & lis adhuc videtur eſſe ſub judice. S. Hieronymus, quem ſecuti ſunt Eccleſiaſtici Scriptores in *cap.* 3. *Danielis*, afferit nomine bracharum, femoralia ſignificari, *quæ uſque ad poplites & genua veniunt*. Declarans enim Sacerdotalem habitum *in Epiſtola* 128. *ad Fabiolam*, inter cetera de hoc genere veſtimenti: *Græcè περισκελῆ à noſtris feminalia, vel bracha uſque ad genua pertingentes*. S. Ambroſius *l.* 1. *Offic. c.* 11. referens verba Exodi 28. præcipientis fieri linea feminalia Sacerdoti, producit ſive ſuam, ſive aliorum verſionem hoc modo: *& facies illis brachas lineas. &c.* Ivit in eandem ſententiam S. Iſidorus *libro* 19. *Originum cap.* 21. *&* 22. docens

docens femoralia dici quoque *brachas*; & B. Alcuinus *l. de divinis Officiis*, *cap. de Veſtibus* declarans quid ſint feminalia veteris Sacerdotis, ait, *Hujuſmodi habitus ita notus eſt in noſtris regionibus, ut ex eo Gallia braccata denominata ſit.* In *cap.* 3. Danielis adhibita eſt hæc vox, ubi de tribus pueris dicitur: *Et confeſtim viri illi, vincti, cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis, & veſtibus, miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis.* Joannes Maldonatus noſter in *cap.* 3. Danielis *num.* 21. *braccam* ait hoc loco, veſtis eſſe genus incompertum: & non defuiſſe apud Hebræos, qui femoralia ſint interpretati. S. Hieronymus in *Commentario Danielis cap.* 3. tradit verbum Hebraicum à Symmacho verſum in ἀναξυρίδας eſſe: quâ voce Theſaurus linguæ Græcæ multis auctoribus probat, braccas, & femoralia ſignificari. Videtur huic interpretationi adverſari, quod ſubdit idem S. Hieronymus, ab Aquila, & Theodotione redditum pro braccis, *Saraballa*; quæ vox in eodem capite *num.* 94. ſubſtituitur pro *braccis*, in repetitione veſtimentorum, quæ per miraculum non ſunt combuſta. Verùm ex eodem S. Hieronymo, tibialia & cruralia ſignificari videntur per *Saraballa*; quòd id

Digitized by Google

vocabulum crura quoque tibiaſque denotet. Reſponderim, vel braccas illorum juvenum fuiſſe femoralia, protenſa adeò, ut tibias àttingerent, aut operirent, qualia dixi *num.* 2. nautarum eſſe femoralia: vel certè, quamvis primaria nôtione *Saraballa* fuerint tibiarum indumenta, tamen uſu populi ſæpè veras notiones detorquentis, poſtea ſignificare cœpiſſe tegumenta femorum, quæ tibiis proxima ſunt. Idem accidit in periſcelidibus. Nam etſi σκέλος ſit crus, unde periſcelides; tamen non tibialia dicuntur periſcelides, ſed femoralia.[1] Itidem ἀναξυρὶς interdum ad pedum indumenta porrigitur apud probatos auctores, quæ communiter ad femorum tegmen pertinet. Hinc apud Suidam, & Heſychium ſynonyma ſunt φιμινάλια, ἀναξυρίδες, βράκια. Juvat hanc ſignificationem braccarum, cum pro femoralibus ſumuntur, Italorum lingua, qui ex bracharum corrupto vocabulo, quævis femoralia *Braghe* appellant, & femoralia inflata, ſeu follicantia *Bragoni*.

4. Obſtant huic notioni profani Scriptores antiqui, & linguæ Latinæ ſcientiſſimi,

1 Egregie hunc errorem exſibilat A. Bynæus *l.* 1. *c.* 8. *n.* 5, quum periſcelides tantum ſint muliebria crurum ornamenta. Idem porro eruditus vir de Saraballis diffuſius examen inſtituit *l.* 2. *c.* 10. *n.* 4. *ejuſdem operis*.

Digitized by Google

ſmi, apud quos *Bracca*, veſtimenti genus eſt intonſum, & varii coloris, ut tradit Diodorus *libro* 6. quod *Barbarum tegmen* dicitur à Cornelio Tacito *libro* 2. *Hiſtoriarum:* quo *Galli Braccati* dicti ſunt populi provinciam Narbonenſem incolentes. Quamquam in uſu præterea fuit Vangionibus, Perſis, Sarmatis, aliiſque gentibus ſub Arctum habitantibus, quòd arcendo frigori aptiſſima veſtis eſſet. Operiebat enim totum ferè corpus. Ovidius. *l.* 3. *Triſtium*, *elegia* 10.

Pellibus & ſutis arcent mala frigora braccis.
Oraque de toto corpore ſola patent.

Pomponius Mela *lib.* 2. *de Situ Orbis*, *capite* 1. Scythiam Europæam deſcribens, & mores Sarmatarum: *Totum braccati corpus; &, niſi quia vident, etiam ora veſtiti.* Plura de forma braccarum legi poſſunt apud commentatores Ovidii, Cornelii Taciti, & Pomponii Melæ; nec non apud Lazarum Bayfium *libro de Re Veſtiaria cap.* 20. Rabbi Abraham, ut refert Maldonatus noſter, intellexit apud Danielem in verbo illo Hebraico, quod in braccas, & ſaraballa verſum eſt, veſtem ſuperiorem; quæ, quia non arſit evidentius miraculum reddidit: ut etiam Maldonatus *num.* 21. & 94. probat.

Digitized by Google

5. Conciliari poſſunt hæ duæ ſententiæ quemadmodum facit idem Maldonatus *num.* 21. ſi dicamus braccas primævo uſu ſignificaſſe priſcis Latinis, genus quoddam ſuperioris veſtis, variæ, intonſæ, frigori pellendo ob magnitudinem aptæ, quâ induti erant tres pueri, conjecti in fornacem Babylonis. Quoniam verò demittebatur uſque ad genua, tegebatque femora, & fortaſſe tibias & crura, uſu poſteriorum adhibita eſt eadem vox ad appellanda femoralia, & verò etiam tibialia, ut in relatis locis patet. Atque hæc dicta ſint per digreſſionem in gratiam adoleſcentium ſtudioſorum, ut habeant plura vocabula, quibus femoralia, & tibialia nominent Latinè; neve putent, ſublata Caliga, femora, & crura integumentorum vocabulis nudata fuiſſe.

6. Redeuntes igitur ad inſtitutam diſputationem, ſtabiliamus illuſtremuſque poſitionem deſcriptam *num.* 2. communem ac receptam à tot viris doctis. Atque ut caligo, quæ in Caligæ notione mentibus adoleſcentiorum poſſet offundi, diſcutiatur, tres in partes Diſſertatiunculam tribuam. Primâ *probabitur*, *Caligam eſſe pedum indumentum:* ſecundâ, *ſpectare ad militiam primævo uſu:* tertia & poſtre-

Digitized by Google

poſtremâ, *de materia, & forma ipſius diſſeretur.*

CAPUT II.

Caligam eſſe pedum indumentum.

1. I *Argumentum a cognomine Caligulæ.* 2. II *Argumentum auctoritate Interpretum Italorum.* 3. III *Argumentum ſententia litterarum.* 4. IV *Argumentum uſus Latinorum Hiſtoricorum.* 5. V *Argumentum ex Hiſtoricorum Græcorum verſione.* 6. VI *Argumentum ex etymologia & auctoritate Grammaticorum.* 7. VII *Argumentum ex adagio* Caliga Maximini. *Quid ſit Campagus.* 8. VIII *Argumentum uſus Ciceronis.* 9. *Romani ſine tibialibus incedebant.* 10. *Non obſtat frigus Romanum.* 11. *Romani & Græci excalceati.* 12. *Aliæ nationes ſine tibialibus.* 13. *Quid peccaret Pompejus.* 14. *Cur diſputatum ſit de faſciis cruralibus. Inſoliti calcei violabant decorum.* 15. *Alter locus Ciceronis expenditur.* 16. *Objectio de Gallica ſolvitur.* 17. 18. *Utrum Caliga differat a Gallica.* 19. *Prima objectio ſolvitur.* 20. *Solvitur altera objectio.* 21. IX *Argumentum ex Scriptura Sacra. Primus locus veteris Teſtamenti.* 22. *Alia probatio ex editione* LXX *& recentiorum Interpretum.* 23. *Alter locus in Teſtamento novo* Actuum Apoſt. c. 12. 24. *Probat eſſe hoc loco calceamentum.* 25. *Aliæ probationes ejuſdem concluſionis.* 26. *Conſentiunt recentiores Interpretes.* 27. *Objicitur vis verbi Græci & ſolvitur.*

Digitized by Google

28. Caligæ Petri non ſunt cruralia. 29. Non ſunt femoralia, quæ non ferebant Judæi. 30. Neque Hebræis neque aliis gentibus femoralium uſus. 31. Aliis nationibus quamvis Chriſtianis defuit uſus feminalium. 32. Objectio contra definita. Prior ſententia. 33. Poſterior ſententia. 34. Excutitur alia objectio. Salvator accumbebat more Romanorum in conviviis. Prima probatio. 35. Altera probatio. 36. x *Argumentum uſus Eccleſiaſticorum Scriptorum. 37. Primus Scriptor Tertullianus. 38.* II *Scriptor S. Ambroſius. 39.* III *Scriptor S. Hieronymus. 40. Alii loci S. Hieronymi. 41.* IV *Scriptor S. Auguſtinus. 42.* V *Scriptor Jo. Caſſianus. 43.* VI *Scriptor S. Benedictus. 44. Caliga quomodo pedum indumenta. 45.* VII *Scriptor S. Gregorius Papa. 46.* VIII *Scriptor Venerabilis Beda.*

PRobabitur decem argumentis, Caligam eſſe calceum in Latino ſermone. Primum ſumitur ex cognomine C. Cæſaris Romanorum Imperatoris quarti, qui *Caligula* militari joco dictus eſt, ex Suetonio Tranquillo, *in Caligula cap.* 9. atque id *à Caliga.* Auſonius *in Monoſtichis:*

Cajus cognomen Caligæ, cui caſtra dederunt,

& *in Tetraſtichis* de XII. Cæſaribus:

Poſt hunc caſtrenſis Caligæ cognomine Cæſar.

Specta-

Digitized by Google

Spectavit rem eandem Sidonius Apollinaris *in Panegyrico Aviti verſu* 105. cùm Imperatores enumerans dixit:

Et caligas Caji, ClaudI cenſura ſecuta eſt.

Hujus cognominis occaſionem Cornelius Tacitus *libro* 1. *Annalium* his verbis narrat, & ſimul quid eſſet Caliga declarat: *Quem militari vocabulo CALIGULAM appellabant; quia plerumque ad concilianda vulgi ſtudia, eo tegmine pedum induebatur.* Expende lector, *eo tegmine pedum*, quod non niſi Caliga erat, ſeu Caligula, quæ parva eſt Caliga, conveniens Cajo, qui puerulus educabatur in caſtris. Sextus Aurelius Victor in Caligula: *Quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris, id eſt, Caligulæ ſortitus eſt.* Dio Caſſius Græcus hiſtoricus, *libro* 57. ut in editione Latina legitur: *Quòd in caſtris enutritus militaribus calceamentis, pro urbanis, uteretur.* Quid clariùs dici potuit ab his tribus hiſtoricis antiquis?

2. Secundum argumentum eſt auctoritate Italorum interpretum Cornelii Taciti, qui Etruſcâ linguâ Tacitum nobis loquentem reddiderunt. Tres legi; Hadrianum Politum, Georgium Datum, & Bernardum Davanzatum. Primus caligas vertit, *Borzachini ſoldateſchi.* Atqui vox hæc

Bor-

Borzacchini noſtratibus deſignat calceos quoſdam, qui à pedibus ad mediam uſque tibiam perveniunt. Melius mea ſententia ſecundus interpres (ut colligetur ex forma Caligæ, de qua *capite* 4. *n.* 1.) qui vertit Caligas, *Calzari*. Liguribus autem, & nonnullis aliis Italiæ populis, atque inprimis Etruſcis, qui principatum in Italica lingua tenent, *Calzaro* calceus eſt, ut vox ipſa corrupta innuit, & docet Academia Florentina, quæ à furfure cognomentum habet, *in ſuo Vocabulario*. Tertius non modò Caligam interpretatus eſt *Calzaro*: ſed etiam eleganter ac propriè Caligulam, *Calzarino* convertit, quaſi dicas *Calceolum*; vocabulo uſus Italis diminuente, atque ad amuſſim Caligulæ reſpondente. Ac ne quis hæreat, in hac interpretatione, idem Bernardus *in Notis* ad eum Taciti locum, declarat, Caligas, quas *calzari* verterat, ſoleas eſſe, nudo pedi alligatas; quæ deſcriptio proba eſt, ut in *capite* 4. demonſtrabitur *ex Columna Trajani: & Arcu Conſtantini*. Quamobrem Gaſpar Sanctius, qui Caligas Petri calceos eſſe intelligit, ut ſuo loco cum laude referam *numero* 26. non metuat in *cant.* 5. *numero* 100. dicere *Caligulam à calceamento militari denominatum*: quando hiſtorici tem-

Digitized by Google

temporum illorum viciniſſimi hoc docent, & tot viri eruditiſſimi hiſtoricorum horum explanatores confirmant.

3. Tertium argumentum eſt communis ſententia virorum prudentiſſimorum, ac de re litteraria benemeritorum ex omnibus gentibus, qui, ut Caligam militarem calceum eſſe dicunt, cum de Caligulæ cognomine diſſerunt; ſic calceamenti genus eſſe docent, cùm vel leges civiles, vel ſacram Scripturam, vel hiſtoricos Scriptores veteres interpretantur. Non eſt animus hîc recenſere omnes, ne longum faciam, ſed aliquot nobiliores. In eorum numero ſunt, Philippus Beroaldus in *Suetonii Caligula cap.* 9. Levinus Torrentius, & Marcellus Donatus in *Suetonii Auguſto cap.* 25. Juſtus Lipſius *in Notis ad Cornelium Tacitum l.* 1. *Annal. cap.* 42. Pierius Valerianus *l.* 40. *Hieroglyph.* §. *Manipularis.* Petrus Ciacconus *libro de Triclinio* ſub finem. Antonius Auguſtinus *libro de Numiſm. dial.* 7. ubi ait inter cætera, *Caligâ vix pedem tegi.* Joannes Antonius Valtrinus Soc. Jeſu *l.* 3. *de Militia Romana cap.* 13. Martinus Delrio Societatis ejuſdem *parte* 1. *Sacror. adagial. num.* 17. Jacobus Gretſerus ejuſdem Ordinis *tom.* 1. *Defenſ. Card. Bellarm. lib.* 2. *cap.* 14. §. *Defendun-*

um

tur Actus Apoſtolici num. 1. Addantur Juriſconſulti, quos in legum quarundam interpretatione referam *cap.* 3. *num.* 3. Adjungantur multi Theologi ſacræ Scripturæ interpretes, quos producam in illuſtrandis duobus Scripturæ ſacræ locis, *Geneſis* 14. & *Actuum* 12. in quibus Caligarum mentio eſt, ut videbitur inferius *n.* 21. & *n.* 23. & *ſeq.*

4. Quartum argumentum eſt uſus Hiſtoricorum Latinorum veterum, qui Caligam pro calceamento, potiſſimùm militari, uſurpaverunt. Cornelium Tacitum, ac Sex. Aurelium Victorem, quorum verba *num.* 1. tranſcripſi, prætermitto; quia repetere ſupervacaneum eſt. Affero Juſtinum *lib.* 38. *extremo*, de Antiochi Regis exercitu loquentem: *Argenti certè, aurique tantum, ut etiam gregarii milites, Caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant.* Quòd hîc Caligæ ſint pedum munimenta, colligitur tum ex verbo *proculcarent*, quod neque tibialibus, neque femoralibus aptari poteſt: tum ex clavis, quibus calcei militum figebantur, ut docebo *cap.* 4. *num.* 8. quos clavos, aureos ex luxu habebant Antiochi milites gregarii & infimi ordinis. Dat lucem Juſtino Valerius Maximus

lib.

Digitized by Google

lib, 9. *cap*. 1. de eodem Antiochi exercitu ſcribens, quem tradit habuiſſe, *Magna ex parte aureos clavos crepidis ſubjectos*. En, *crepidas* dixit Valerius, quas Juſtinus *Caligas*: quia crepidarum ac ſolearum in genere ſunt, ut docebitur *cap*. 2. *num*. 25. & *cap*. 4. *num*. 2. Addo Suetonium Tranquillum *in Caligula cap*. 52. ubi refert inſanam varietatem habitûs illius portenti, qua procedebat in publicum. *Modò*, inquit, *in crepidis, vel cothurnis, modò in ſpeculatoria Caliga, nonnumquam ſocco muliebri*. Cùm cetera hîc enumerata ſint pedum indumenta, crepidæ, cothurni, ſocci, cogimur exiſtimare, ſub eodem genere contineri Caligam ſpeculatoriam; quam, quia calceus erat, *pedibus abſolvit* Chriſtianus ille militiam repudians, apud Tertullianum, *lib. de Corona militis cap*. 1. ut planius declarabitur; cùm de ſpeculatoria Caliga ſermo redibit inferius *num*. 37. Revoca hûc Julium Capitolinum, & Trebellium, hiſtoricos pariter, *ex argumento ſeptimo nu*. 7. ubi expendetur proverbium. *Caliga Maximini*.

5. Quintum argumentum exhibent Hiſtorici Græci, qui Caligam Romanorum militum, unde Cajus cognomen accepit, ὑπόδημα στρατιωτικὸν interpretati ſunt. Ita vertit

vertit Dio Caſſius, in cujus hiſtoria duos obſervavi locos. Alter eſt *in l.* 48. ubi narrat, *veteranos milites per ſeditionem Romæ Senatus locum, & munus occupaſſe:* proinde à L. Antonio, & Fulvia M. Antonii uxore per jocum, & contemptum appellatos *Senatum Caligatum*, ab uſu ϛρατιωτικῶν ὑποδημάτων, militarium calceamentorum. Alter locus eſt *in libro* 57. *ſupra num.* 1. notatus: ubi cognomen Caligulæ datum ab exercitu refert, *Quòd in caſtris enutritus militaribus* ὑποδήμασι, *hoc eſt calceamentis, pro urbanis uteretur.* At ὑπόδημα, pedis calceamentum eſt, omnium Lexicorum Græcorum teſtimonio; quibus veteres Gloſſæ illæ bonæ adſtipulantur. Hinc Græci excalceatos vocant ἀνυποδήτυς; quaſi dicerent, ſine hypodematibus, id eſt calceis. Confirmatur ex Interprete vulgato ſacræ Scripturæ, qui tenax proprietatis verborum eſt, ac ſolidæ auctoritatis. Hic enim ſenſit ὑπόδημα eſſe propriè calceamentum; quia *capite.* 3. Exodi, & *capite* 5. Joſue, ubi nos legimus, *Solve calceamentum de pedibus tuis*, & Chaldaica interpretatio, *Detrahe calceos*; ſeptuaginta duo Interpretes habent ὑπόδημα. Præterea in novo Teſtamento. *Mat.* 10. *Mar.* 1. *Luca* 3. idem ὑπόδημα redditur Latinè

cal-

calceamentum. Unde habemus ab eo hoc ὑπόδημα non exiſtimari niſi calceamentum. At planè convincit optimam eſſe verſionem Dionis reddentis Græcè ὑπόδημα Latinè *Caliga*, tranſlatio *Geneſis cap.* 14. ubi LXX. in editione Romana Græcè habent, ἕως σφυρωτῆρος ὑποδήματος; & Chaldaica verſio, *uſque ad corrigiam calceamenti*, noſtra editio habet, *uſque ad corrigiam Caligæ.* Hinc conficitur ὑπόδημα id calceamentum eſſe, quod à Latinis *Caliga* nominatur, & benè verſam à Dione Caligam Latinam in ὑπόδημα, quia mutata vice Geneſis interpres ὑποδήματι Græco reddidit *Caligam* Latinè. Denique Joſephus *l.* 7. *Antiq. Judaic. c.* 3. ubi narrat fortitudinem Juliani Centurionis, clavatos calceos habentis, id eſt Caligas, ut docebo *cap.* 4. *num.* 11. eum habere ὑποδήματα dixit.

6. Sextum argumentum petitur ex antiquorum Grammaticorum etymologia, & auctoritate. S. Iſidorus Hiſpalenſis *lib.* 19. *Originum* inſcripſit caput 34. *De Calceamentis:* atque in eo enumerans omnia genera calceorum, hæc habet: *Caligula, caliga, vel à callo pedum dicta, vel quia ligantur: nam ſocci non ligantur, ſed tantum intromittuntur.* Si ſic denominantur *à callo pedum,*

Digitized by Google

pedum, quis non intelligit calceos eſſe? præſertim cùm id ſcribatur in capite illo, in quo ſola & omnia calceamenta recenſentur. Confirmatur ex eo, quòd opifex calceorum, qui Plinio, & Agellio *Sutor eſt*, & Plauto *Calceolarius*, ut tradit Horatius Turſellinus Soc. Jeſu *in Nomenclatore Italico Latino*, verbo *Calzolaio*, dictus eſt à Soſipatro Chariſio vetere ſcriptore in grammaticis Inſtitutionibus, *Caligarius artifex*. Quæ vox haud dubiè deducitur *à Caliga*; & eadem ſignificatione retinetur in aliquot Italiæ provinciis, à Latino ſermone, ut par eſt credere, relictâ, diciturque *il Calegaro*. Quinetiam in vetuſto lapide, apud collectorem Romanarum Inſcriptionum *pag.* 649. *num.* 1. legitur Sutori caligarius adjunctus hoc modo:

C. ATILIVS. C. F.
IVSTVS
SVTOR CALIGARIVS
SIBI ET
CORNELIÆ EXORAT
VXORI PI

Placuit eadem etymologia Smaragdo Abbati, S. Benedicti Regulæ explicatori perantiquo, in explanatione *Capitis* 55. ut fuſiùs

ſiùs poſtea docebo *num.* 40. qui Smaragdus Caligam eſſe calceamentum agnovit. Alfonſus Salmeron noſter *tomo.* 12. *tract.* 35. in Actus Apoſt. *Caliga*, inquit, *a ligando calce, id eſt imo pede dicitur, quaſi* calciliga. *Et cum calx à* calcando *dicatur, & calceus à* calce, *liquet propriè Caligas non eſſe tibialia, ſed ſoleas, aut genus calceorum, quod plantas, aut calces muniret.* Retuli Alfonſi verba, non tam ut ejus etymon probarem, quàm ut intelligeret lector ex ejus etymologia, virum doctiſſimum ſenſiſſe Caligas eſſe calceamenta.

7. Septimum argumentum exprimitur ex parœmia quadam, à Julio Capitolino relata, *in Maximini vita*, per hæc verba: *Caliga Maximini;* hoc eſt *Calceus Maximini.* Martinus Delrio noſter *parte* 1. *ſacr. Adag. n.* 17. videtur interpretari proverbium hoc ſenſu, ut ſignificetur Maximinus elatus ad ſummum imperii honorem, ex infimo gradu militiæ, qui erat *caliga*, ut *capite* 3. dicetur. Verùm, ut eſt apud Paulum Manutium *in Adagiis pag.* 50. vulgò dici placet, & meritò, de hominibus, enormis, & ineptæ magnitudinis. Nam ex eodem Capitolino, Maximinus erat, *Pedum octo & propè ſemis; calceamentum ejus, id eſt, campagum regium conſtat pede majus*

majus fuiſſe hominis veſtigio atque menſura. Quem igitur calceum, vulgus Latino verbo *Caligam* dixit, proverbium formans, eum Capitolinus prius *calceamentum* nuncupat, & poſtea *campagum*. Quod calcei genus pariter eſt, Principum proprium: de quo Petrus Pithœus *l.* 1. *Adverſ. Subceſ. c.* 16. Petrus Faber *lib.* 2. *Agoniſtic. c.* 34. & Joſephus Stephanus Epiſcopus Veſtanus *l. de Oſculatione pedum Papæ cap.* 11. Idemque Clericis interdictum, ut illis minimè conveniens, obſervat Jacobus Cujacius, *tomo* 4. *Operum. lib.* 21. *Obſervat. c.* 28. ex jure canonico: *c. Pervenit ad nos. diſt.* 93. ubi reprehenduntur Diaconi *Calceati campagis* Epiſcoporum propriis, ut ex ordine Romano probabitur. *num.* 43. Hæc omnia clariora fiunt ex Trebellio *in Gallienis*, qui luxuriem Senioris deſcribens, *Caligas*, inquit, *gemmatas annexuit, quum campagos reticulos appellaret*, ſenſus eſt, campagos, imperatorios calceos à Gallieno ſpretos, atque in Caligas, calceos militares commutatos: quibus, quia calcei militum infimi ordinis erant, ut docebo *cap.* 3. *num.* 4. gemmas ad pretium atque ornamentum addidit. Vides, Lector, duos alios hiſtoricos antiquos Capitolinum, & Trebellium, Caligam pro calceo uſurpaſ-
ſe;

ſe; ac præterea communem fuiſſe tunc vulgo uſum ejus notionis in adagio fingendo.

8. Octavum argumentum eſt uſus M. Tullii Ciceronis, qui Caligam pro calceo, & ſcripſit, & dixit. Scripſit inquam *l.* 2. *ad Atticum epiſt.* 3. de Pompeio loquens ſub nomine Epicratis, his verbis: *Epicratem ſuſpicor, ut ſcribis, laſcivum fuiſſe. Etenim mihi Caligæ ejus, ut faſciæ cretatæ non placebant.* Ad locum hunc intelligendum mihi lux affulſit à Paulo Manutio, in epiſtolæ hujus explanatione. Laſcivus, ſeu delicatus viſus eſt Attico & Ciceroni Pompejus, quia præter morem geſtabat in Urbe duas res inſolitas, & maximè inuſitatas, calceos militares, & faſcias crurales. Illi *Caligarum* nomine, *faſciarum* hæc *cretatarum* vocabulis ſignificabantur. Quid ſint *faſciæ cretatæ* intelligetur ex hac digreſſione valdè neceſſaria noſtræ diſputationi.

9. Romani, ſtante florenteque Republica nudis cruribus incedebant, quæ non niſi togâ demiſſâ tegebantur. Primum id apparet manifeſtò in ſtatuis, erutis è Romanæ urbis ruderibus ac ruinis: nec non è columna Trajano erecta, in qua non modò gregarii milites, ſed etiam ipſe Im-

perator, ac principes viri ſine cruralibus viſuntur. Deinde perſpicuum fit ex eo, quod Plinius tradit Quinctiliano teſte *l.* 11. *Inſtitut. orator. cap.* 3. M. Tullium ſolitum ad calceos uſque demittere togam, velandarum varicum gratia. Quid opus toga demiſſa, ſi tibialia geſtaſſet? Hæc obvelaſſent varices, quæ in ſuris turgent, etiam toga ſublata. Verùm quia nudis cruribus incedebat; varices apparebant, quas ob deformitatem tegere cupiebat, atque id toga demiſſa obtinebat. Tertiò Cæſar Auguſtus, quamquam Reipublicæ princeps, & mutatis jam in delicias moribus ſeverioribus, non niſi hieme *feminalibus & tibialibus muniebatur*, ut refert Suetonius *in Auguſto cap.* 82. Unde colligas, æſtate atque aliis mitioribus anni tempeſtatibus, nullis tibiarum & crurum integumentis uſum: & præterea inferas cum Levino Torrentio in eum Suetonii locum, (quem alii ſecuti ſunt) hanc concluſionem generalem: *Nudis ergo cruribus feminibuſque incedebant Romani.* Quartò ac poſtremò ſcribit Quinctilianus *lib.* 11. *c.* 3. commemorato, hæc verba, *Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo.* Quibus verbis docet, ætate ſua, faſcias

ſaſcias crurales non conſueviſſe deferri, niſi propter morbi neceſſitatem, qua cogente crura faſciis obvolvebantur, qua remota, nudabantur. Ex hoc loco Quinctiliani Olivarius Aizignanenſis explanator Valerii Maximi ante 130. annos intulit: *Quia non utebantur Caligis*, (id eſt, tibialibus) *faſcia crus alligabant*. Alias conjecturas habet Gaſpar Sanctius in *cap. 5. Cant. num.* 102.

10. Nec frigoris incommodum objicias; nam Romæ temperatum eſt cælum: quadraginta duobus gradibus tantum elevatum polum arcticum habet, ex Chriſtophoro Clavio *in capite 2. Sphæra*: rarò nivem cadentem, lapſam, illico evaneſcere videt. Præterea ubi aſſueveris, frigus ferent crura, quemadmodum manus, & facies, quæ hieme non teguntur; & crura multorum ruſticorum, qui paupertatis cauſa, compluriumque Religioſorum, qui virtutis gratia nudis cruribus vivunt.

11. Et quid mirum incedere Romanos nudatis cruribus, quando multi Romanorum, & Græcorum excalceati gradiebantur? Nero Imperator, ut Suetonius *cap. 51. ejus Vita* tradit, ſæpè diſcalceatus procedebat in publicum. Inſanus erat, inquies: at ſanus Cato ſenior, cujus ἀνυποδησία,

Digitized by Google

δηπία, id eſt, pedum nuditas, nota eſt ex Plutarcho *in ejus Vita*. Philoſophus inſignis Plato, teſte S. Hieronymo Matth. 10. *Præcepit duas corporis ſummitates non eſſe velandas: nec aſſuefieri debere molliciei capitis & pedum*. Lycurgus idem lege Spartanis indixit, ex Xenophonte, & eos paruiſſe legi arbitror. Simile quid de Athenienſibus prodit Plutarchus *in Phocione*, ac de Lycurgo Oratore *in ejus Vita*. Achillem, Ajacem, Cratetem, & alios Philoſophos antiquiores nudis pedibus ingredi conſueviſſe prodidit Philoſtratus *in Epiſtola quadam*. Oppianus venatoribus præſcribit, ut ita dicam, nudipedium in venandó: & quod eſt notabilius, *Pædagogus* Clementis Alexandrini *lib. 2. cap. 11.* Chriſtianis idem ſuadet.

12. Neque verò nuditas crurum indecora erat, ubi erat in uſu, quia mos erat, non vitium, quòd nulla lege vetaretur. Non Romani ſoli, aut Græci hanc crurum nuditatem tenuerunt. Hebræi præiverunt, ut dicam *num.* 28. Sigiſmeris regii juvenis, & ſociorum habitum deſcribens Sidonius Apollinaris *l. 4. Epiſt.* 20. ſic ait: *Quorum pedes primi perone ſetoſo, talos ad uſque vinciebantur: genua, crura, ſuræque ſine tegmine*. Verum obtinuit uſus pau-

Digitized by Google

paulatim, ut omnes faſciis crura tegerent. Hinc legis apud Ulpianum *l.* 44. ad Sabinum, & refertur L. *Argumento ff. de Auro, & argento legato*, faſcias crurales inter neceſſaria indumenta collocari. Quid, quod ne femoralibus quidem iidem Romani utebantur in urbe. De hac femorum nuditate dicetur *num.* 30. 31. nunc ad inſtitutam diſputationem redeamus de Pompejo.

13. Quoniam ex Quinctiliano faſcias crurales ſola valetudo excuſabat; nec ulceris excuſatio, quam prætendebat Pompejus, admittebatur à viris prudentibus, incurrit reprehenſionem, ferens tibiales faſcias, (quas ex panno fuiſſe indicat Valerius Max. *l.* 6. *cap.* 2.) præter morem aliorum civium, quemadmodum reprehenſus eſt etiam Clodius, ut dicam *numero* 14. ob purpureas faſciolas. At in Pompejo inſolentia rei augebatur colore; quia faſcias cretatas gerebat, ut Cicero loquitur, hoc eſt candida creta dealbatas; de qua Plinius *lib.* 35. *cap.* 17. Hic color, regius erat in faſciis, quòd regium diadema, non niſi candida faſcia eſſet, ut multis probat Alexander ab Alexandro *lib.* 1. *Genial. dier. c.* 28. Proinde, ut Valerius tradit eodem loco, Pompejo *Candida faſcia crus alligatum habenti, Favonius inquit, Non refert*

qua parte corporis ſit diadema: Exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans, vocanſque eum in ſuſpicionem affectati regni, quod Cicero quoque hoc loco notaſſe videtur. Quamquam Ammianus Marcellinus *lib.* 17. conqueritur injuriâ notatum.

14. Sed quò ſpectat hæc longior de cruralibus faſciis diſputatio? Nimirum, ut intelligant adoleſcentes per has faſcias in Pompejo ſignificari aliqua crurum integumenta: proinde non poſſe hanc nótionem tribui Caligis à M. Tullio nominatis; à quibus, ut res diverſæ, faſciæ Ciceroni diſplicebant: ſed remanere Caligis ſuam genuinam ſignificationem, quam adſtruere conor in hac Diſſertatione. Duo namque damnabantur in Pompejo: primùm faſciæ candidæ, ut inuſitata, & dominatûs affectati argumenta: deinde Caligæ, quæ pariter inuſitatæ erant in urbe, cùm eſſent caſtrenſia calceamenta, bellumque portenderent. Notabantur autem cives, qui præter morem calceos in urbe mutarent, ut patet in oratione *de Haruſpicum reſponſis*, ubi Cicero idem reprehendit laſciviam, & decori neglectum Clodii, qui muliebres ſoleas, & faſciolas purpureas geſtaſſet. Quo fit, ut non ſit mirum in

in Pompejo diſplicuiſſe utrumque, & calceorum mutationem, & faſciarum candidarum geſtationem: hoc tamen diſcrimine, quòd in Clodio luxuries, & laſcivia ſeſe efferebat; in hoc dominandi cupiditas apparebat: Calceorum item urbanorum contra decorum, in caſtrenſes mutationem, exprobravit idem orator aliquot poſt annos, M. Antonio *in ſecunda Philippica*, cùm ait: *Cum Caligis & lacerna cucurriſti:* quæ verba mox expendam.

15. Locus alter Ciceronis, Caligas pro calceis uſurpantis, eſt *in ſecunda Oratione in Antonium:* ubi ſe cùm eo componens ſic loquitur: *Nam quod quærebas, quomodo rediiſſem: primum luce, non tenebris: deinde cum calceis, & toga; nullis nec Caligis, nec lacerna.* Opponit urbanæ togæ, lacernam, ſeu militum ſeu viatorum, quæ erat penula pluviæ propulſandæ comparata, ex Lazaro Bayſio *lib. de Re Veſtiaria. cap.* 16. Calceis item urbanis; hoc eſt, ut Pauli Manutii verbis utar, *forenſibus pedum indumentis* (nam ſolearum domi erat uſus, non in foro) opponit Caligas, quæ calcei ſunt caſtrenſes, atque ex eo, ut opinor, pariter viatorum: Quaſi dicat: Ego ſervavi decorum in reditu; quia calceos & togam geſtavi, ut mos eſt urba-

norum: non Caligas & lacernam, habitum militum ac viatorum. At tu violaſti decorum, qui in urbe, *cum Caligis & lacerna cucurriſti*, vice calceorum urbanorum, ſeu forenſium, & togæ.

16. Verùm hic aliquis objiciens mihi veram lectionem loci hujus eſſe *Gallicis*, pro *Caligis*, exiſtimabit meam evaneſcere conjecturam. Etenim Agellius *lib.* 13. *Noct. Atticarum cap.* 20. *al.* 21. aſſerit à M. Tullio ſcriptum in hac oratione, *cum Gallicis*, &c. Reſpondeo primum, nonnihil alienum à ratione videri mihi, ſolius Agellii auctoritate codices omnes M. Tullii *Caligis* habentes emendari. Quidni corruptos codices legere potuit Agellius? Vixit ſub Hadriano, qui anno, minimum, poſt Ciceronis mortem, centeſimò & ſexageſimo renuntiatus eſt Imperator. Temporis longinquitas ex facili codices manuſcriptos vitiat; præſertim ſi vocabula vulgo mutatione aliqua corrumpantur, quod in hoc accidiſſe, veriſimile eſt. Mirum præterea, codices omnes calamo exaratos ad nos cum *Caligis* perveniſſe, ut Calepinus qui apud me eſt, teſtatur; & Marcellus Donatus cum aliis doctis viris retinuerunt: unum Agellium codices incorruptos habuiſſe. Quaſi verò non ſit pariter inde-

Digitized by Google

indecorum, Caligas caſtrenſes in urbe geſtare, quod improbat in Pompejo M. Tullius *in epiſtola ad Atticum* commemorata. *num*. 8. & ſequentibus expenſa, quam nemo mendoſam auſus eſt aſſerere.

17. At veram demus ejus orationis lectionem eſſe, quam Agellius adſtruit, atque inquiramus, utrum Caliga differat à Gallica. Pono tamquam certum, quod neque Agellius, neque quiſquam alius diffitetur, Gallicam eſſe genus quoddam calceamenti, pedibus muniendis inſtitutum, viatorium potiùs, quàm urbanum; quando intra urbem in Antonio damnatum eſt à Cicerone, & à Caſtritio Rhetore apud Agellium *libro* 13. *cap*. 21. in diſcipulis; quos Gallicis calceatos per urbis vias incedere nequaquam decorum eſſe dicebat. Approbo deinde cum eodem Agellio, Gallicam *Verbum eſſe novum*, *non diu ante ætatem M. Ciceronis uſurpari cœptum*. Addo, Gallicam ab eodem Agellio, ex magiſtri ipſius Caſtritii ſententia in ſoleis numerari; Caligam verò ſub ſolearum genere contineri docebitur poſtea *num*. 25. Præterea vocem *Gallica* conſideranti attentè, mihi ſuſpicio venit, è Gallia in Latium, atque in Italiam id ſolearum genus irrepſiſſe; nomenque ex gente, unde ve-

b 5 nerat,

nerat, ei datum à Romanis, Gallicamque dictam: tum paulatim laſciviâ populi,

Quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi,

ut *in Arte poëtica* cenſuit Horatius, nonnihil variato vocabulo, *Caligam* nominatam: vel certè *Gallica* pariter, & *Caliga* nuncupabatur.

18. His poſitis, probabiliſſimum mihi videri pronuntio, calceum eundem ſub *Gallicæ*, & *Caligæ* nomine uſitatum. Prima ratio: quòd utraque ſolea militaris, ſeu caſtrenſis haberetur. De Caliga, tum ex dictis *num*. 1. & *ſequentibus* ſatis perſpicuum eſt, tum copioſiùs probabitur *cap*. 3. Diſſertationis. De Gallica Gloſſarium habeo, quod Iſidoro tribuitur in litera C. *Calces*, inquit, *Gallici militum*. Accedit Paulus Manutius, vir acri judicio præditus, qui retentâ *in ſecunda Philippica* emendatione, ſeu lectione Agellii, *Gallica*, inquit, *caſtrenſe pedum calceamentum*. Deinde meam poſitionem adſtruere videtur Petrus Faber *in Agoniſticis libro* 2. *capite* 34. qui ait Sandalia eſſe, *Caligulas*, *ſive Gallículas*, *ut habet Gloſſarium Græcolatinum*, *unde noſtrum* Galoches *deductum*, & Jacobus Pamelius trahit in hanc ſententiam

tiam

tiam Tertullianum *in Carmine ad Senatorem cap. 2* ubi ait ille.

——— *Caligaque remota*
Gallica, ſit pedibus molli redimita papyro.

Jungit enim Pamelius Caligæ Gallicam in ſexto caſu, tamquam adjectivum ſubſtantivo; ac licentiam poëticam in extrema ſyllaba producta in verbo *Gallica* putat ineſſe. Tertiò validius fulcio conjecturam meam ex vi vocis σανδάλιον. Vetus Gloſſarium, quod ego legi, quodque retulit Petrus Faber, ſic habet: σανδάλιον, *Gallicula*. Sed idem vocabulum, σανδάλιον ut dicetur *num.* 23. vulgatus Interpres, & S. Hieronymus vertunt *Caligam*, & S. Gaudentius *Caligulam*. Itaque idem calceamentum erit *Caliga*, & *Gallica*, cui Græcè σανδάλιον reſpondet, per regulam Logicorum ex Euclide *libro primo* formatam; *Quæ ſunt eadem inter ſe, &c.* Itidem binomen erit, dictum prius *Gallica*, poſterius *Caliga* vocitatum; & utrumque paſſim, vel ab ipſo Cicerone uſitatum; qui *Caligam* nominavit ſcribens *ad Atticum*, & *Gallicam* in Antonium excandeſcens, ſi vera eſt lectio Caſtritii.

19. Duo poſſunt objici conjecturæ meæ. Primum eſt Gloſſarium manuſcriptum Camberonenſe, viſum & lectum ab Heri-

berto Roſweydo, eruditiſſimo ſodali meo, mihique amiciſſimo, *in Onomaſtico ad Vitas Patrum*, verbo *Gallica*: in quo Gloſſario habetur, *Galligula calceamentum Paſtorum*. Non ergo erat calceus militaris, ſeu Caligula. Reſpondeo calceamentum idem militum ac paſtorum eſſe potuiſſe. Vilis erat Caliga, ut demonſtrabitur *cap.* 3. infimi ordinis militaris, & idonea ferendis aſperarum viarum injuriis: propterea paſtoribus etiam, qui extra urbes vivunt, in uſu: quemadmodum pauperibus Monachis, ut exemplo S. Equitii non multò poſt docebo *num.* 45. Quin etiam Theophraſtus *in Characteribus morum cap.* 5. locat inter notas ruſticitatis, *clavis calceos ſuffigere*, quod eſt proprium Caligarum, ut *capite* 4. confirmabitur.

20. Altera objectio eſt auctoritas Tertulliani, qui loco relato *numero* 18. diſtinguere videtur à Gallica Caligam. Rectè monet Heribertus noſter *in eodem Onomaſtico*, non eſſe admittendam tantam in illo carmine licentiam, quantam cenſet Pamelius: arbitraturque, verbum *Gallica*, rectum eſſe caſum, jungendum cum ſequentibus verbis, ſine interpunctione, hoc modo,

Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.

Ut

Digitized by Google

Ut ſit ſenſus, Senatorem illum cum religione mutaſſe calceos; & Caligâ ſpretâ, quâ utebatur, induiſſe Gallicam. Itaque Gallica molli papyro redimita pedibus ab eo eſt aſſumpta, quæ differebat à Caliga. Reſpondeo primùm, non tantæ apud me Tertullianum eſſe auctoritatis in hac re, ut eum aliis ſcriptoribus commemoratis anteferam. Deinde potuit ejus ætate ratio calceorum adeò mutata eſſe, ut inter Caligam & Gallicam ortum eſſet diſcrimen. Nos autem de illis ſeculis loquimur, quæ Latinæ linguæ incorruptam integritatem retinebant. Poſtremò dicere auſim, Reipublicæ primorumque Imperatorum ævo, ſi Caliga & Gallica quidquam differebant inter ſe, tam exiguum fuiſſe diſcrimen, quàm inter voces ipſas cernitur, quod eſt ferè nullum: proinde alteram pro altera uſurpari. Nec diſſentit Heribertus cùm ait. *Neſcio an promiſcuè Gallica pro Caliga accipiendum.*

21. Nonum argumentum eſt ab uſu Scripturæ ſacræ, quæ in utroque Teſtamento Caligam uſurpavit pro calceamento. Primus locus jam *num.* 5. indicatus eſt *in fine capitis* 14. *Geneſis*, ubi Abram dicit Regi Sodomorum: *A filo ſubtegminis, uſque ad corrigiam Caligæ, non accipiam ex*

omnibus, quæ tua ſunt. Obſervat Martinus Delrio, tum in hujus loci explanatione, tum in priore parte *ſacrorum Adagiorum*, *num.* 17. ex S. Chryſoſtomo *Homilia* 35. *in Geneſim*, eſſe formulam adagialem, qua negat Abram, ne viliſſimum, quid, ac tenuiſſimum ſe accepturum in præmium pugnæ; quod ſignificat, nihil omnino. Laudat inſuper Martinus prudentiam Interpretis vulgati, qui Græcum ὑπόδημα tranſtulit in *Caligam*, ſciens Caligam eſſe calceum viliorum militum; ut demonſtrabitur *capite* 3. ac nihil vilius tenuiuſque dici poſſe Caligæ ligulâ. Porrò Caligæ nomine hîc, non tibialia, non femoralia intelligi, ſed calceamentum aliquod corrigiam habens probatur evidenter. Primùm ex verbo Hebraico *Naal* Caligæ reſpondente, quod Gaſpar Sanctius noſter in *Cant.* 5. *num.* 100. ait omnium conceſſu *calceamentum* verti: quod ante ipſum notarat Aloyſius Lippomanus, *in Catena in Geneſin c.* 14. confirmatur ex doctrina Benedicti Fernandii pariter noſtri ordinis, qui explanans *c.* 14. *Geneſis ſect.* 10. *nu.* 8. ſcribit ab Hebræis explicari, *A filo ſartoris, uſque ad corrigiam calceamenti*; ut ſenſus ſit, *à capite uſque ad pedes*, *a maximo uſque ad minimum*. Accedit Chaldaica verſio

ſio à Lippomano producta, & à me *num.* 5. deſcripta, *uſque ad corrigiam calceamenti.*

22. Secunda probatio ex editione LXXII. Interpretum, qui verbum Hebraicum reddiderunt ὑπόδημα, quod *num.* 5. probavi multis calceamentum eſſe, & noſtrum vulgatum Interpretem cum Dione Caſſio conſentire, qui Caligæ Latinæ reddidit ὑπόδημα Græcum. Hinc in Latina verſione Septuaginta Romæ cuſa, legis congruenter editioni Græcæ, & paraphraſi Chaldaicæ, *uſque ad corrigiam calceamenti*; quam verſionem ſecutus eſt S. Ambroſius *lib.* 1. *de Abraham c.* 14. Tertiò roboratur germanus Caligæ ſenſus, ex communi doctorum virorum ævi noſtri ſententia, qui Caligam in hoc loco, vel *calceum*, vel *calceamentum* interpretantur in explanatione *cap.* 14. *Geneſis.* Ac præter jam productos, Aloyſium Lippomanum, Martinum Delrio, Benedictum Fernandium, & Gaſparem Sanctium, veniunt in hunc numerum Vatablus, Hieronymus Oleaſter, Emmanuel Sà, & Cornelius à Lapide.

23. Locus alter Scripturæ legitur in novo Teſtamento, *Actuum Apoſtolicorum cap.* 12. ubi Petro in carcere dicit Angelus: *Calcea te Caligas tuas.* Græce eſt ὑπό-

δημα

δήσῃ τὰ σανδάλιά σου. Nemo dubitare poteſt, quin benè vulgatus Interpres verterit *Sandalia* in *Caligas*, quia nobis hæc tranſlatio proponitur ab Eccleſia retinenda. Sed ad abundantiorem doctrinam probo verſionem eſſe optimam. Primùm, quia recipiunt eam veteres Patres ſcientiſſimi Latinæ Græcæque linguæ. S. Hieronymus *l.* 2. *adverſus Pelagiano cap* 5. agnoſcit hanc verſionem, ubi Petrus Caligas habuiſſe narratur; cui tamen præceptum eſt, *Matthæi cap.* 10. de non habendis calceamentis Caſſianus 1. *Inſtitut. cap.* 2. producit hunc locum, uti nos habemus, in editione vulgata. Et *cap.* 10. eundem locum ſpectans, (quod Petrus Faber obſervavit) diſſerens de calceamentis Monachorum, docet eos licitè Caligis uti Domini mandato permiſſis (intellige *Marci c.* 6. & in Petro) qui calceamenta interdixit apud *Matthæum cap.* 10. Deinde probatur rectè Sandaliis *Caligas* reddi, quia in aliis Scripturæ locis vox eadem redditur eodem modo. Teſtis idem S. Hieronymus, qui *cap.* 20. *Iſaiæ* ubi Græcè σανδάλια ſunt, & nos legimus *calceamenta*, ſic locum illuſtrat: *calceamenta*, inquit, LXX *σανδάλια id eſt, Caligas vocant:* quaſi dicat, Sandalia ſunt illa calceamenta, quæ

Digitized by Google

quæ Latinis *Caliga* nominantur. S. Marcus *cap.* 6. habet quoque ζανδάλια, ubi nos, *calceatos Sandaliis*: at S. Gaudentius Brixianus Epiſc. *Serm.* 5. *de Exodo* vertit *calceatos Caligulis*.

24. Stabilita vulgata verſione, definio nunc per Caligas, aliquod pedum indumentum, non tibiarum, aut femorum ſignificari, ſeu calceamenti genus ad pedes ſolummodo ſpectans. Primùm ex eo, quòd *Geneſis* 14. ut probatum eſt *num.* 21. 22. eadem vox *Caliga*, nonniſi calceamentum dicit; ac veriſimile eſt interpretem accuratiſſimum, cujuſmodi eſt vulgatus, in eadem notione vocem eandem in Teſtamento novo uſurpaſſe. Deinde probatur ex vi verbi, *calceare*, quod à calce pedis extrema parte deductum, ad calceos refertur, & calceos inducere ſonat: indeque derivata ſunt illa verbalia, *calceamentum*, *& calceolarius*: quæ nota ſunt pueris. Tertiò firmatur ex vi Græcæ vocis ζανδάλιον, quod alibi vertitur *calceamentum*, ut *numero* 23. demonſtravi ex S. Hieronymo, *Iſaïæ cap.* 20. cui addo S. Gaudentium, qui *Sermone* memorato loquens de S. Petro Sandalia ſumere juſſo, *Calceavit*, inquit, *ſe in carcere calceamenti ſuis.* Quartò, demonſtratum eſt ſupra *num.* 5. multis

tis *ὑπόδημα* reddi ſolere *calceamentum*, & nunc oſtendi *Σανδάλιον* quoque *calceamentum* verti: ergo res eadem erunt *Sandalium* & *Hypodema*, quod probabile putant viri ſcientiſſimi Græcæ linguæ, Joannes Maldonatus *Matthæi* 10. *num.* 10. & Nicolaus Serarius q. 2. *in c.* 20. *Judith*. Quamobrem Sandalium erit indumentum pedis, ut Hypodema.

25. Quinta probatio, poſito iterum axiomate producto *num.* 18. *Quæ ſunt eadem uni tertio; ſunt eadem inter ſe*: In *Actibus Apoſtolorum* idem eſt Sandalium & Caliga, ut probatum eſt *numero* 23. in *cap.* 14. *Geneſis* idem eſt Hypodema & Caliga, ut oſtendi *num.* 21. Ergo res eadem erit Hypodema, & Sandalium; atque ut illud pedum eſt indumentum, ita & Sandalium. Sextò in calceis Pontificum novi Teſtamenti, retinetur à Latina Eccleſia nomen *Sandaliorum*: quod eſt argumentum calceamenta eſſe. Legantur de Sandaliis pontificiis Beatus Alcuinus Libro *de Divinis officiis capite* 38. Stephanus Eduenſis Epiſcopus *L. de Sacramentis altaris cap.* 11. Petrus Faber *lib.* 2. *Agoniſticon. cap.* 34. Jo. Stephanus Durantus *lib.* 2. *de Ritibus Eccleſiæ Cathol. cap.* 9. § 21. Joſephus Stephanus Epiſcopus Veſtanus *Libro*

Libro de Oſculat. pedum Papa cap. 18. alios referens ſcriptores. Septimo probatur ex eo, quòd Sandalia ſæpè vertuntur *Soleæ*, & in genere Solearum continentur, quæ ſine controverſia pedum munimenta ſunt. Gloſſarium vetus Latinogræcum: *Solea*, σανδάλια. *Marci* 6. ubi nos legimus, *ſed calceatos Sandaliis*, Beda *Soleas* reddit; & ante ipſum S. Auguſtinus *lib.* 2. *de Conſenſu Evangeliſtarum cap.* 30. B. Alcuinus: *Sandalia dicuntur Soleæ.* Octavò confirmatur, Sandalium eſſe pedis indumentum, atque illud, quod ſive *Caliga*, ſive *Gallica* nuncupatur, ex forma, quæ non modo ſimilis, ſed eadem eſt. S. Auguſtinus *loco citato* de Sandaliis Marci 6. *ut pes neque tectus ſit, neque nudus ad terram.* B. Alcuinus, ubi ſtatuiſſet Sandalia, quæ ipſe *Sandalias* vocat, eſſe Soleas, ſubdit: *eſt autem genus calceamenti, quo induuntur Miniſtri Eccleſiæ, ſubterius quidem ſolea muniens pedes a terra, ſuperius verò nihil operimenti habens, patet: quo juſſi ſunt Apoſtoli a Domino indui.* Soleas autem ſic deſcribit Agellius *loco jam relato*, cujus verba erunt huic diſputationi magno uſui: *Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm infima teguntur cetera propè nuda, & teretibus habenis vincta ſunt, So-*

leas

leas dixerunt, *nonnunquam voce Græca Crepidulas.* Verùm Gallicæ ab eodem Agellio in Soleis recenſentur, & Caligis eadem forma datur ab interpretibus, ut dicam curſim §. *ſequenti*, & copioſiùs *cap.* 4. ubi exhibetur Caliga ipſa ex columna Trajana.

26. Jam verò demonſtranda eſt poſitio, auctoritate interpretum recentiorum, qui difertis verbis docent, hoc loco Caligas eſſe aliquod genus calceamentorum. Gloſſa interlinearis, quam ſecutus eſt Hugo Cardinalis: *Genus calceamenti non habens corium deſuper.* Aſſentitur Benedictus Juſtin. *tract. de Apoſt. diſp.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. Alfonſus Salmeron, & Emmanuel Sa, *Soleas ſimiles iis, quibus utuntur Fratres Minores.* Idem aliquibus placuiſſe tradit Dionyſius Carthuſianus, qui *calceamenta* vertit. Petrus Ciacconus in libro *de Triclinio*, *& in Scholiis ad Caſſianum*, verbo *Caliga*: & Heribertus Roſweydus *libro* 1. *de Vitis Patrum in notis ad Vitam S. Macarii Romani num.* 22. calceos eſſe aſſerunt has Caligas Petri. Ante hos omnes Beda in *caput* 12. *Actuum* ait juberi Petrum reſumere inſignia verbi prædicandi, quæ ſunt cingulum & calcei, juxta illa, *ſint lumbi veſtri præcincti*, *& calceati pedes*

in

in præparationem Evangelii pacis. Joannes Lorinus noſter in locupletiſſimo commentario *in Actus Apoſtol. cap. 12. verſ 8.* quem poſt has meas obſervationes mihi videre contigit, probat hanc noſtram concluſionem adeò luculenter ac ſolidè, ut meritò Jacobus Gretſerus idem nobiſcum ſentiens loco relato *num.* 1. ſectarios vim vocis hujus ignorantes ad eum, tanquam ad magiſtrum releget. Denique Gaſpar Sanctius, qui poſt Lorinum ſcripſit, in *caput* 12. *Actuum Apoſt. num.* 34. *& in Cant.* 5. *numero* 100. aſſerit omnium penè interpretum conſenſu Caligas in hoc loco, non tibiarum, ſed pedum ornamenta, & tegumenta eſſe. Calceos Apoſtolicos vocat vulgus Italorum Sandalia, ſeu Soleas Capucinorum, ſine obſtragulis, quales interpretes dicunt fuiſſe Caligas Petri: & pictas videmus in pedibus Apoſtolorum.

27. Verùm objiciat aliquis, verbum Græcum ὑποδήματα verti quoque poſſe, ac benè, *ſubliga*: proinde intelligi, vel de tibialibus, quæ ſub genu ſubligantur faſciolis, quas Itali nuncupant *ligamina*: vel de femoralibus, quæ tum thoraci ligulis connectuntur, tum renibus cingulo ipſis inſerto adſtringuntur. Reſpondeo, nobis

eſſe

eſſe ſtandum editioni vulgatæ, ab Eccleſia probatæ, quæ legit *calcea*, non *ſubliga*.. Deindè admiſſa illa interpretatione, dico calceis, qui corrigias habeant, cujuſmodi ſunt Sandalia & Caligæ, optimè convenire: quia dum calceantur, ſubligantur. Judæi calceos cum corrigiis ferebant, ut patet ex iis locis, ubi corrigia calceamentorum commemoratur. *Geneſis* 14. *Matthæi* 10. *Lucæ* 3. *Joannis* 1. & nominatim *cap* 14. *Geneſis* Caligæ, de qua eſt controverſia, corrigiam habere dicitur; atque ab Iſidoro diſcimus Caligas, ſeu Caligulas ſolere ligari. Quin etiam Caligæ militum in columna Trajani loris quibuſdam vinciuntur, & Soleas, ac Gallicas ſcripſit Agellius *teretibus habenis* vinciri, ut dictum eſt *numero* 25.

28. Ex dictis ſequitur non poſſe intelligi cruralia in Caligis hoc loco, potiſſimùm, quia Judæi non ea geſtabant ævo illo, ut obſervat Salmeron, quem refert & probat Sanctius *Cant*. 5. *num*. 100. Prima probatio ex vetuſtiſſimis picturis, quæ traditæ nobis per manus ab Apoſtolicis temporibus, Salvatorem & Apoſtolos exhibent cruribus nudis. Deinde quia ne Sacerdotes quidem in miniſterio altaris tibialibus utebantur, ut obſervat & disertè

docet

docet Cornelius à Lapide noſter *in cap.* 28. *Exodi*, *num*. 42. Et certè mirum eſt, adeò accuratè in Scriptura præſcriptum à Deo numerum materiamque indumentorum Sacerdotalium, & nullam cruralium fieri mentionem. Immo neque ab iis ſcriptoribus, qui de his veſtimentis copioſè ſcripſerunt: Philone *libro* 3. *de Vita Moſis*, Joſepho *libro* 3. *Antiquit. Judaicarum cap.* 3. Origene *Homilia* 6. *in Leviticum* S. Hieronymo *Epiſtola* 128 *ad Fabiolam*. S. Iſidoro *lib.* 19 *Originum cap.* 21. Beda. *lib.* 3. *de Tabernaculo cap.* 3. *& ſeq.* B. Alcuino *lib. de Divinis officiis. cap.* 37. ex recentioribus Franciſco Ribera noſtro *lib.* 3. *de Templo*, *capite* 5. *& ſeq.* Itaque Gaſpar Sanctius ut dixi *num*, 26. jure intulit, Caligas hîc non eſſe tibiarum tegumentum. Poſtremò, non eſt mirandum, tibialium uſum à Judæis abfuiſſe, cùm non fuerit apud Romanos cultiſſimam gentem, ut multis probavi in hunc finem ſuperius *numero* 9. *& ſequentibus*, ubi quoque docui nationes alias nudis cruribus ac tibiis ingredi conſueviſſe.

29. Multò minus de femoralibus intelligi queunt hoc loco Petri Caligæ, quia non erat uſus eorum in electo populo, niſi in Sacerdotibus tempore miniſterii. Caſparis

ſparis Sanctii concluſio eſt *in cap. 5. Cant. num.* 101. 102. Qui validiſſimis conjecturis id probat. Prima conjectura eſt ex *Geneſis cap.* 9. ubi Noë ſuam turpitudinem minimè filiis dormiens revelaſſet, ſi femoralibus fuiſſet indûtus. Hanc conſecutionem ex aliorum ſententia facit quoque Benedictus Fernandius noſter in *Commentario Geneſis cap* 9. *ſect.* 7. *num.* 1. Secunda conjectura eſt ex illo caſu, qui narratur *capite* 25. *Deuteronomii*; propter quem jubet Deus uxori manum abſcindi. Non hîc refertur honeſtatis gratiâ, & quòd non ſit neceſſarium. Tertia ex *capite* 6. *&* *capite* 16. *Levitici*, nec non *capite* 28. *Exodi*, ubi Sacerdos ſacrificaturus jubetur induere femoralia, ne per gradus adſcendens ad altare, reveletur ipſius turpitudo, ut traditur *Exodi* 20. & accidit aruſpici Tuſco, ut dicam §. *ſequenti*, & notat S. Hieronymus in *cap.* 44. *Ezechielis*, & *Epiſtola* 128. *ad Fabiolam*. Ex quo intelligitur, non alio tempore fuiſſe ſolita geſtari. Quarta ex *capite* 44. *Ezechielis*, ubi Sacerdotes induti feminalibus, ea poſt miniſterium deponere jubentur, & in gazophylacio reponere, quo loco S. Hieronymus huic ſententiæ favet. Quæ confirmatur auctoritate Nicolai de Lyra (qui quondam fue-

fuerat Judæus) dicentis, eo tempore non fuiſſe femoralium uſum: ac propterea, ut deducit idem Sanctius *numero* 100 *&* *ſeq.* potuiſſe videri crura ſponſi, & cum laude marmorea dici, ob pulchritudinem, & candorem.

30. Minus nova videbitur mea poſitio, quòd Hebræi vulgò feminalibus nequaquam uterentur, ſi fidem habeamus eruditis Scriptoribus, obſervantibus eorum uſum, neque Romanis, neque Orientalibus gentibus cognitum per illa tempora fuiſſe. Sic cenſet Sanctius; *num.* 101. Producam ego probationes in Romanis togatis; nam armatos, quòd togæ operimento carerent, feminalibus quidem tectos oſtendit columna Trajana; tibialibus verò nudatos. Prima probatio ex Suetonio *in Auguſto cap.* 82. qui narrat Octavianum Cæſarem hieme tantummodo, *feminalibus, & tibialibus* ſe munire conſueſſe; ut docui *num.* 9. Quo loco, inter alios explanatores Levinus Torrentius, infert verba ibidem relata: *Nudis ergo cruribus feminibuſque incedebant Romani.* Secunda probatio ex facto Julii Cæſaris morientis, qui ex eodem Suetonio *in Julio cap.* item 82. *Ut animadvertit undique ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obvolvit; ſimul ſi-*

C *niſtra*

Digitized by Google

ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quò honeſtiùs caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Hoc factum idem Torrentius commemorat, ut probet ſuam meamque ſententiam, togatos Romæ feminalia non tuliſſe. M. Antonius Sabellicus in hujus narrationis paraphaſi, refert demiſſionem togæ ad operienda pudenda, his verbis: *Ore & obſcœnis partibus velatis.* Confirmatur ex opinione Valerii Maximi, qui *libro* 4. *cap.* 5. quod eſt *de Verecundia*, §. 6. refert hoc factum ad hanc virtutem, cùm ait: *ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiæ obſequeretur, abſterreri potuit: ſiquidem utraque togam manu demiſit, ut inferiori parte corporis tectâ collaberetur.* Tertiam probationem porrigit Trebellius, de Saturnino tyranno loquens: *Convivio diſcumbere milites, ne inferiora nudarentur, cum ſagis juſſit.* Quarta ſit ex Martiale, *qui lib.* 3. *Epigrammatum* 24. de quodam aruſpice Tuſco ſacrificante ſic more ſuo jocosè:

Ipſe ſuper virides aras luctantia pronus
Dum reſecat cultro colla, premitque manu;
Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

Evenit illi, quod Deus in veteri Teſtamento ſuis Sacerdotibus præcavit, ſive ergo

go hernia ſit morbus in ſcroto, ut docet Corn. Celſus *l. 7. de Re Medica cap.* 18. ſive ipſum ſcrotum ut alii autumant, ſit inde nobis certum, ſine feminalibus ſacrificaſſe. Hæc ſatis de Romanis: plura legantur apud Suetonii, & Martialis interpretes.

31. Aliis quoque nationibus, etiam Chriſtianis defuit antiquitus uſus eorumdem femoralium per multa ſecula. Bulgari recens ad fidem converſi, conſulentes de multis Nicolaum primum Papam, ſciſcitati ſunt inter ea, utrum femoralia induere deberent; nec ne: reſpondit Pontifex *cap.* 59. integrum eſſe utrumque, quòd neutrum pertineret ad ſalutem. Ergo illa natio non induebat, cùm in Chriſti caſtra devenit. Obſervaveram *in Commentario aſcetico Regularum communium Soc. Jeſu, regula* 13. *numero* 8. aliquot loca, & Joannes Lorinus noſter meam obſervationem referens ac probans *Commentàrio in Leviticum capite* 6. *verſ.* 10. eadem notavit; ùnde colligas, Chriſtianos præteritis ſeculis parum uſos feminalibus. Libet huc nonnulla repetere. S. Ambroſius *l.* 1. *Offic. c.* 18. agens de Sacerdotibus, qui Dei juſſu feminalia ferebant in miniſterio altaris, ait hæc verba: *Quod nonnulli noſtro-*

rum adhuc ſervare dicuntur. Si nonnulli Sacerdotes Evangelii braccis utebantur, ut ipſe loquitur, imitatione veterum, non igitur erat communis uſus ac vulgaris omnium hominum, neque omnium Sacerdotum. S. Benedictus *in Regula cap.* 55. femoralia concedit tantum iter acturis: & Joannes Cardinalis à Turrecremata *tr.* 121. *in illud caput*, non admodum probans illam Regulæ particulam, affirmat temporibus S. Benedicti, rarum fuiſſe bracharum uſum. Congruenter Regulæ B. Fructuoſus ejuſdem ordinis (ut eſt apud Smaragdum antiquum explanatorem ejuſdem Regulæ *cap.* 55.) permittit uſum feminalium iis maximè, qui miniſterio implicantur altaris. Ciſtercienſes Monachi militantes ſub eadem Regulà, non utebantur femoralibus, niſi equitando, ut tradit Jacobus à Vitriaco Cardinalis, *in Hiſtoria Occidentalis capite* 14. atque ideo Cluniacenſibus Monachis objecerunt uſum domeſticum femoralium, tamquam peccatum contra Regulam communis Patris Benedicti, ut legitur apud Petrum Cluniacenſem *lib.* 1. aliàs *l.* 3. *Epiſt.* 28. *ad Bernardum*, *object.* 3. Igitur cùm Chriſtiani, Romani, nationeſque aliæ brachas non geſtarent, mirum non eſt, apud Judæos non fuiſſe

in

Digitized by Google

in uſu; proinde S. Petrum non potuiſſe reſumere ac ſubligare ſibi femoralia, quæ non haberet. & reſumpſiſſe calceamenta Caligarum nomine notata.

. 32. Antequam progrediar ad poſtremum argumentum, eſt occurrendum tacitæ dubitationi exortæ ex eo, quòd videantur mea dicta, & mecum, & cum Evangelio pugnare. Definivi enim eamdem rem eſſe Hypodema & Sandalium in ſacra Scriptura, ut videre licet, cùm aliis in locis, tùm potiſſimùm *num.* 25. At contra *num.* 23. & alibi aſſero *Matthæi* 10. Diſcipulis à Chriſto prohiberi calceamenta, Hypodemata: permitti *Marci* 6. Sandalia, ſeu Caligas. Reſpondeo duas eſſe probabiles opiniones nobilium auctorum in explanatione horum Evangelii locorum. Prior putat non vetari calceamenta Diſcipulis, ſed bina calceamenta, ſeu duplicata, hoc eſt, alia præter ea, quæ habebant in pedibus, quemadmodum & duas tunicas: proinde non adverſari *Marci* 6. ubi Sandalia permittuntur: ſententiæ hujus dux eſt Juvencus Poëta Chriſtianus, qui *l.* 2. *Euangel. Hiſtoriæ* cecinit.

Nec plantis tegmina bina.

Innuit S. Thomas *Matthæi* 10. explicat Thomas Cajetanus; ſequitur Joannes Mal-

donatus noſter in ejuſdem explanatione loci; approbat Vincentius Regius item noſter *l.* 2. *Dilucid. Evang. l.* 4. *t.* 17. *n.* 19. & alii. Qui hanc ſententiam probant, clarè vident, me conſentire cum Evangelio, qui probo Hypodemata eadem eſſe quæ Sandalia, cùm Salvator non diſtinguat ex horum doctorum ſententia; ſed ſolùm plura, quàm unum par, ferri vetet in miſſione.

33. Sententia poſterior diſcrimen ponit inter Hypodema *Matthæi* 10. interdictum, & Sandalium permiſſum *Marci* 6. cum S. Hieronymo & Caſſiano; quod Hypodema ſit calceamentum divitum, & habeat obſtragulum; Sandalium verò ſit vilis ſolea ſine obſtragulo, & proprium pauperum munimentum pedum.[1] Favet S. Auguſtinus *l.* 2. *de Conſenſu Evangeliſtarum c.* 30. quem produxi *num.* 25. Itaque Salvator vetuit genus illud calceorum nobilius,

1 Forſan ex ſupervacuo, ſed tamen monendus es de hac inepta diſtinctione, quam temere poſitam tolerat Nigronus. Etſi enim hypodema habeat obſtragulum & ſic pedem obtegat, ſandalium vero ſit ſolea intecta, non tamen hinc procedit inuſitata diſtinctio hypodema fuiſſe divitum calceamentum, & ſandalium proprium pauperum munimentum pedum. Satis perſpicue ex Balduino didicimus, hypodema & ſandalium utriuſque fortunæ hominibus Communia fuiſſe. Itaque placere non poteſt juxta antiquitatis rationem hæc diverſitas, quæ tantum variæ conditionis reſpectu in elegantia & pretio operis ſita erat. Nec etiam huc tetendit Servatoris mens.

Digitized by Google

lius, permiſit hoc vilius. Eunt in hanc ſententiam Sebaſtianus Barradas *t.* 2. *l.* 9. *c.* 11. §. *Calceamenta*. Jo. Fernandes *in Theſauro ſcriptur. l.* 3. *c.* 16. Vincentius Regius *loco proximè relato*. Benedictus Juſtinus *tr. de Apoſt. diſp.* 1. *c.* 4. *n.* 18. & *ſeqq.* Is, cui placet hæc opinio; advertat animum *ad caput quartum* Diſſertationis potiſſimum, ubi de formâ Caligæ, ſeu Sandalii diſſeram, & perſpicuè cognoſcet, cùm probabam idem eſſe Hypodema & Sandalium, me intelligere idem eſſe genere, differre formâ. Totus enim eram in probando, utrumque calceum eſſe, ſeu pedum munimentum; quamvis poſtea formam quamdam peculiarem Sandaliis, ſeu Caligis militaribus & Apoſtolicis attribuerim.

34. Hac formâ Sandaliorum poſitâ, quòd ſint calcei ſine obſtragulo, quidam docti viri explicant, qua ratione potuerit Maria Magdalena ungere, oſculari, lacrymis rigare atque abſtergere capillis Chriſti pedes: quia, inquiunt, nudi erant in parte ſuperna. Verùm iis objici poſſent duo: primum non fuiſſe partem ſuperiorem prorſus nudam, cùm Soleæ corrigiis pedibus colligarentur, ut patet in forma Caligæ militaris, & in Sandaliis Capucinorum.

Digitized by Google

Deinde recumbens in latus more Romanorum, ſtantibus retro, plantas potiùs ſoleatas obvertit, quàm partem ſupernam ſeminudam. Quapropter expeditior via difficultatis omnis evitandæ mihi videtur, ſi dicamus Salvatorem in recumbendo menſæ, ſive Sandalia, ſive alia quævis calceamenta depoſuiſſe. Video placere communiter, & doctis atque eruditis antiquitatis cognitione viris, & ſacrorum Evangeliorum accuratis interpretibus, Salvatorem & Apoſtolos prandiſſe cœnaſſeque more Romanorum illius ævi, recumbendo in lectis à ſolo ſurgentibus. In horum numero cenſentur Petrus Ciacconus *lib. de Triclinio*; Fulvius Urſinus *in Appendice ad eum librum*; Hieronymus * Mercurialis *lib. 1. de Arte gymnaſtica cap. 11.* Cornelius Janſenius *in Concord. Evang. cap. 47.* Alfonſus Salmeron *cap. 4. par. 2. tom. 7.* Joannes Maldonatus *in Luc. 7. num. 38.* Card. Toletus *Luc. 7.* Jacobus Gretſerus *in Demonſtrat. dogmat. Cath. Eccl. cap. 7.* Bar-

* Quia res tanti erat, ut conferre plurimùm ad lucem aliquot S. Scripturæ locis conciliandam videretur, æquum viſum fuit aliam de accubitu veterum figuram ex *Mercuriali* huc apponere, quò ritus ille quàm id fieri poſſet commodiſſime exprimeretur. Tuum erit benigne Lector, illam quam jam antea in Balduino dedimus pagina 229. cum hac præſenti conferre, ſimul enim & res clarior evadet, & ſtudium erga te noſtrum liquidò ſatis apparebit.

Digitized by Google



Digitized by Google

Barradius *tom.* 12. *lib.* 8. *cap.* 17. §. *Stans retro.* Juſtinianus & Regius *locis proximè relatis.* Petrus Prado & Joa. Baptiſta Villalpandus *in cap.* 23. *Ezechielis.* Hic poſtremus & Ciacconius copioſiſſimi ſunt omnium, in aſſerendis probationibus, & in demonſtrando, quàm benè omnia, quæcumque ſcribunt Evangeliſtæ, cum hoc more conveniant. Non ea deſcribo, quoniam in promptu ſunt omnibus. Duo minuta de mea paupertate confero, quæ nondum vidi ab aliis in hoc gazophylacium immiſſa. Alterum eſt *Marci* 7. mos Phariſæorum, qui non manducabant, niſi præceſſiſſent inter cetera, *Baptiſmata calicum, & urceorum, & aramentorum, & lectorum.* Hîc recenſentur omnia ad menſam neceſſaria, totumque inſtrumentum cœnatorium. Ad quid mentio lectorum? quoniam in lectis, qui & tori dicebantur, recumbebant. Baptizabant igitur cum vaſis etiam lectos, non cubiculares & dormitorios, ſed tricliniares & diſcubitorios. Hinc videas Græcè hîc poſitum κλινῶν. Etenim apud probatos auctores κλίνη lectum diſcubitorium ſignificat, unde fit τρίκλινον, quod Latini *triclinium* vertunt, quæ vox & cœnaculum tribus lectis inſtructum, &

trium lectorum congeriem denotat.

35. Alterum minutum eſt teſtimonium S. Petri Chryſologi; qui *Serm.* 83. habet Diſcipulos poſt reſurrectionem Magiſtri accubuiſſe in toris jacentes alto ſigmate. Dicebatur *ſigma* ex litteræ forma; ipſum ſtibadium, ſeu trium lectorum coagmentatio, ut inter alios eruditè declarat Petrus Ciacconus. Quàm verò altum eſſet ſigma, docet Urſinus. Quòd ſi more Romano diſcipuli poſt reſurrectionem accubuerunt, infertur neceſſaria conſecutione, morem illum fuiſſe communem, & Salvatorem mori illi ſeſe accommodaſſe. Poſitâ igitur hac probatâ communique ſententiâ, fateri oportet, in convivando Chriſtum Sandalia depoſuiſſe, ſive alia quæcumque calceamenta. Nam mos erat Romanorum, ut nudis pedibus accumberent, Soleis depoſitis, ut luculentiſſimè probant multis productis cujuſcumque generis auctoribus Plauto, Plinio, Seneca, Horatio, Martiale, Terentio, commemorati Ciacconus & Urſinus, ac præterea Matthæus Raderus noſter *in Martial., lib.* 14 *Epigr.* 60. Apud hos veteres ſcriptores leguntur cœnaturi Soleas deponere, cœnati verò, aut pranſi repoſcere ac reſumere. Inſuper iidem eruditi viri tabulas

* mar-

* marmoreas exhibuerunt, erutas è ruinis Romanæ urbis, atque aliunde: in quibus viſuntur pueri calceos detrahere cœnaturis, & nudis pedibus accumbere ipſi convivæ.

36. Decimum & ultimum argumentum probans Caligam eſſe calceum, ducitur ab uſu Scriptorum Eccleſiaſticorum, qui Latinè ac propriè locuti ſunt, mille primis annis Chriſtianæ Religionis. Nam poſterioribus ſex ſeculis non defuerunt fortaſſe, qui lingua Latina jam corrupta, ſignificationem vocabuli hujus detorſerint ad ſignificanda vel cruralia, vel feminalia. Verùm horum non eſt habenda ratio, ad intelligenda Scripturæ teſtimonia, & veteres Hiſtoricos ac Poëtas, ut vidimus; & ad penetrandum Legum imperatoriarum, ac Lapidum priſcorum ſenſum, ut videbitur, nec non ad Latinè, propriè atque emendatè loquendum. Etenim barbariſmum non vitat, qui *Caligas* pro femoralibus, aut tibialibus dicit, tot antiquis Hiſtoricis, Poëtis, Juriſconſultis, Lapidibus Latinis repugnantibus, & verò etiam ipſo M. Tullio diſſentiente.

* Ex his unam & nos dedimus ſupra in Balduino, pag. 90. quo Lectorem ablegamus.

37. Primus Scriptor Eccleſiaſticus, ſit antiquiſſimùs ferè omnium Latinorum, Tertullianus. Hic habet verba illa jam exſcripta *nu.* 18. *ex capite* 2. *Carminis ad Senatorem*.

——— —— Caligaque remota,
Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.

Sive ergo Caliga ſit eadem res, quæ Gallica, ſive differat nonnihil; ut diſputatum eſt *num.* 20. indubitatum eſt, calceamenti genus eſſe, tum illis doctis viris, qui diſtinguunt, tum iis, qui conjungunt in unam eandemque ſignificationem. Si Beato Rhenano, & Iacobo Pamelio, Tertulliani explanatoribus, ut par eſt, fidem habeamus, hic auctor ſpeculatoriæ Caligæ meminit, tamquam indumenti pedum *l. de Corona militis c.* 1. enarrans generoſam Chriſtiani militis profeſſionem, coronam ab Imperatore donatam repudiantis, & ornamenta omnia militaria deponentis ad judicis tribunal: *Ibidem*, inquit, *graviſſimas penulas poſuit, revelari auſpicatus: ſpeculatoriam moroſiſſimam pedibus abſolvit, terra ſancta inſiſtere incipiens: gladium nec dominica defenſioni neceſſarium reddidit; laurea de manu corruit.* Quòd pedibus abſolvit, oſtendit calceamentum fuiſſe, atque id militare, quando cum ceteris ornamen-

tis

Digitized by Google

tis militaris profeſſionis exuebatur : *moroſiſſimam* appellavit, quia curſum ad Chriſtianam perfectionem retardabat. Quid eſſet *ſpeculatoria Caliga* dicetur *cap.* 3. *num.* 7.

38. Secundus Scriptor eſt S. Ambroſius, Latinæ proprietatis æquè peritus atque ſtudioſus, qui *lib.* 7. *Epiſt.* 53. ſcribens fratribus, per omnem Italiam conſtitutis, inventionem corporis S. S. Gervaſii, & Protaſii martyrum, ait ſibi oranti viſos inter ſomnum ac vigiliam, *Duos juvenes ephebos, veſtibus candidiſſimis, id eſt, colobio & pallio indutos, Caligulis calceatos, manibus extenſis orantes.* Habitum eorum omnem expreſſit, & ſpeciatim integumenta pedum, quibus erant calceati, loquendi modo uſus, quo Interpres vulgatus, qui dixit *Act.* 12. *calcea te Caligas tuas.* Quid propriè ſit *calceare*, dictum eſt *num.* 24. & hîc propriè ſumitur.

39. Tertius Scriptor eſt S. Hieronymus, qui conſtantiſſimè ſeptem locis Caligas pro calceis uſurpat. Produxi *numero* 23. duos ex his locis, quos ibi legiſti. Tertius eſt in *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium*; ubi ſic ait: *Milites veſtimentis Jeſu ſorte diviſis Caligas non habuere, quas tollerent. Nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat ſervis.* Non inveniuntur in Euan-

gelio, femoralia, tibialiave prohibita Diſcipulis, ſed calceamenta: proinde Caligarum nomine non niſi calceos Hieronymus intellexit. Confirmatur ex verbis, quæ præmiſit S. Doctor: *Moyſes & Jeſu Nave nudis in ſanctam terram pedibus jubentur incedere: & Diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium, ad prædicationem novi Evangelii deſtinantur.* Christus ergo crucifixus, non reliquit calceamenta militibus, quæ dividerent, quia non ferebat, quæ vetuerat. Poſtea deſcribens Monachos quoſdam improbiſſimos, *Apud hos*, inquit, *affectata ſunt omnia; laxæ manicæ, Caligæ follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria*, &c. Follicantes Caligas, non ad crura, ſed ad pedes pertinere, indicant illa verba, quæ præcedunt *in eadem Epiſtola: Si pes, laxa pelle, non folleat.* Dat lucem Marianus Victorius emendator, & ſcholiaſtes bonus operum S. Hieronymi. *Follicare*, inquit, *eſt inſtar follium, vento incluſo moveri, quod evenit laxis calceamentis.* Ovidium profert, qui dixit alicubi, pedem *in laxa pelle* natare; & Sidonium, *in laxo cothurno*, ut videre licet *lib.* 8. *Epiſt.* 11. *ad Lupum.*

40. Quintus S. Hieronymi locus eſt *in Vita Malchi* Monachi captivi apud latrones

nes Iſmaëlitas; de quibus ſcriptum eſt: *Pallia & latas Caligas trahentes.* Sic habet editio Romana recognita ab eodem Mariano. Verùm ſive *Calliculas* legas, ut legit Heribertus noſter *in Vitis Patrum*; ſive *Gallicas*, ut habet codex manuſcriptus Audomarenſis eodem Heriberto teſte *in Onomaſtico*, ſive *Calligas*, ut Marianus edidit, non aliud, niſi lata calceamenta trahebant. Nec enim de femoralibus, aut tibialibus intelligi poteſt *trahendi* verbum, in hominibus præſertim, quos *ſeminudo corpore* fuiſſe præſcripſerat. Atque ipſa varietas lectionis, quæ in omnibus codicibus calceos ſignificat, ut ex diſputatis *num.* 17. & ſequentibus patet, apertè demonſtrat, Caligas apud S. Hieronymum calceos eſſe. Sextus locus *in Epiſtola* 11. *ad Ageruchiam*: *Apoſtoli toto orbe peregrini, non as in zona, non virgam in manu, non Caligas habuere in pedibus*, &c. Pedes igitur Caligæ muniunt; non tibias, aut femora tegunt. Denique *in Epiſt.* 47. *de Suſpecto contubernio cap.* 3. virginem minus pudicam objurgans, ait: *Caliga quoque ambulantis, nigella ac nitens, ſtridore ad ſe juvenes vocat.* Calceum ſtridulum notat, qui virginem per vias progredientem indicabat. Quis dicat tibialia & femoralia ſtridere?

dere? Hunc S. Hieronymi locum S. Odo Cluniacenſis Abbas referens, ut arbitror ex memoria, *lib.* 2. *Collationum c.* 8. calceos pro Caligis dixit: quia calceamentum in *Caliga* intellexerat. Ait enim: *Calcei nigelli & nitentes ſtridore ſuo oculos laſcivos, in ſavos excitant appetitus.*

41. Quartus Scriptor eſt S. Auguſtinus. Hic *Tract.* 10. *in* 1. *Joannis* 5. probans offendi Chriſtum caput Eccleſiæ, ſi Chriſtiani, qui ſunt membra, lædantur, hæc ait. *Tamquam ſi velit tibi aliquis oſculari caput, & calcare tibi pedes. Fortè Caligis clavatis conteret pedes tuos, volens tibi tenere & caput oſculari &c.* Qui te oſculari cupiat, & tibi appropinquat, non calcabit aut conteret pedes tuos tibialibus, aut feminalibus, ſed calceamentis. Vocat autem *Caligas clavatas*, quia calceamenta hujuſmodi clavis configebantur, ut dicam *cap.* 4. *num.* 8. Idem Auguſtinus *l.* 2. *de Doctr. Chriſtiana. cap.* 20. refert Catonis reſponſum Caligas uſurpantis pro calceamentis; quod producam *num.* 42.

42. Quintus Scriptor eſt Joannes Caſſianus, qui *caput* 10. *libri primi Inſtitutionum* inſcribit: *De calceamentis*, quod eſt valdè notandum; nequis putet de aliis indumentis loqui, quàm de pedum. *Calceamenta*,

Digitized by Google

menta, inquit, *velut interdicta Evangelico præcepto recuſantes: cum infirmitas corporis, vel matutinus hiemis rigor, ſeu meridiani æſtus fervor exegerit, tantummodo Caligis ſuos muniunt pedes.* Revocentur huc diſputata *num.* 23. interdixiſſe Salvatorem Diſcipulis *Matthæi* 10. calceamenta: permiſiſſe *Marci* 6. Sandaliorum uſum, quæ ſunt Caligæ, ut probatum eſt, *num.* 23. 25. ſenſus igitur Caſſiani eſt, illos Monachos non uti calceamentis vetitis à Chriſto: ſed in magno frigore & æſtu, munire pedes Caligis, permiſſis ab eodem Salvatore, ſub nomine Sandaliorum. Multa, quæ ſequuntur, ſatis ſuperque exprimunt Caſſiani ſenſum, calceamenta ſignificantem; ſed hæc in primis, quæ ſubjiciuntur: *Quibus tamen Caligis quamquam licito utantur, utpote Domini mandato conceſſis; nequaquam tamen pedibus eas inhærere permittunt, cum accedunt ad celebranda ſeu percipienda ſacroſancta myſteria, &c.* Ad hunc Caſſiani locum illuſtrans ſcholiaſtes (quem accepi fuiſſe Petrum Ciacconum, virum exquiſita doctrina politiſſimum) in annotationibus, verbo *Caliga*: *Caligæ*, inquit, *calcei ſunt*: ſubnectitque in probationem locum *Actuum Apoſtolicorum* & S. Hieronymi *in caput* 20. *Iſaiæ*.

43. Sex-

43. Sextus Scriptor eſt S. Benedictus in *c.* 55. *Regulæ*, quod inſcribitur, *De veſtimentis, vel calceariis fratrum.* Hic recenſens omnia Monachis ad veſtitum, & calceatum neceſſaria, hæc habet: *Indumenta pedum, pedules & Caligas.* Duas haſce res S. Iſidorus pariter in *c.* 12. *ſua Regula* poſuit; atque ut arbitror, eodem ſenſu. Ex hoc loco primùm nobis certum eſſe debet, *Pedules*, ut vox ſonat, ad pedes pertinere. Primùm, quia Regulæ conditor perſpicuè dicit, eſſe *pedum indumenta*; & veteres interpretes Regulæ id confirmant. Deinde, quia Cornelius Fronto *lib. de Proprietate Latini ſermonis: Pedale*, inquit, *menſura eſt pedis; pedule verò, ſub pedibus præſtat utilitatem.* Heribertus noſter in *Onomaſtico ad Vitas patrum*, verbo *Pedulis* probat ad munimen pedum pertinere hanc vocem, auctoritate Gloſſarum Iſidori, Interpretis Juvenalis *Sat.* 1. uſu Gregorii Turonenſis, & aliorum; atque in primis Gloſſarum Græcarum Benedicti, quæ habent: πεδούλια ποδῶν καλύμματα: hoc eſt, *Pedulia, pedum integumenta.* Verba Turonenſis in *Vita S. Nicetii* Lugdunenſis Epiſcopi ſunt hæc: *Aptatis pedulibus pedes operuit*: ſermo erat de Diacono, qui per contemptum minatus erat de ſancti viri caſula

caſula ſe facturum *tegmen pedum*, quod fecit ex deciſo cucullo. Poſt narrans auctor divinam ultionem: *extenſis ad focum pedibus, pedes cum pedulibus ignis pariter devoravit.* Addo librum, qui *Ordo Romanus* inſcribitur, extat in eo oratio dicenda ab Epiſcopo, *Quando induitur Combagis* (fortaſſe Compagis) *&* *Sandaliis:* in qua oratione leguntur hæc verba *Fac tua Benedictione calceari pedulibus iſtis in præparationem Evangelii pacis.* *Pedules* vocat calceos Pontificios, quos in inſcriptione dixerat *Compagos* & *Sandalia*. Tertiò quia Ulpianus à tibialibus diſtinguit, *l. Argumento ff. de Auro, & argento legato: Faſciæ* inquit, *crurales* (quas *num.* 9. *&* *ſequentibus*, tibialia eſſe demonſtravi) *pedulesque*, *item pilea*, ſive (ut legit Cujacius) *impilia veſtis loco ſunt.* Ubi vitandus eſt error manifeſtus Accurſii, qui *Pedules*, interpretatur *culcitia* Confirmatur ex eodem Cujacio *l.* 5. *Obſerv. cap.* 11. *Pedules ſic dicuntur*, inquit, *ut Pedulæ auctore Feſto, quæ* πέδιλα, *vel* πόδια. Addo ipſe, etiamnum Romæ & in Latio, intima pedum indumenta, ex linea tela, vulgo dici, *Pedali*.

44. Probatum eſt pedules eſſe pedum integumenta: videamus jam, num Caligæ ſint ſub eodem genere: quod affirmo. Pri-

Primum quia S. Benedicto non ſunt femoralia. Nam *eodem capite* paulò poſt de femoralibus præcipit, permittens, ut abiter acturis de veſtiario accipiantur, & à reverſis lota reſtituantur. Unde orta eſt ævo S. Bernardi diſceptatio, inter Ciſtercienſes, & Cluniacenſes Monachos, de qua dictum eſt *num.* 31. Deinde S. Benedicto *Caligæ* ſunt aliud calceamenti genus à pedalibus diſtincti. Probatur ex Regulæ contextu. Ubi enim dixiſſet, *Indumenta pedum*, ſubjicit illico duo genera horum indumentorum, *Pedules*, *& Caligas*. Confirmatur ex doctrina Smaragdi in *c.* 55. *Regulæ S. Benedicti;* qui Smaragdus ita loquitur: *Pedules autem dicit ille, quod nos modò dicimus calceos; Caligas ille, quod nos ſubtalares, vel ſoccos nominamus Caligæ autem vel à callo pedum dictæ, vel quia ligantur; nam & calcearii vocantur.* Adeò clarè Smaragdus aſſerit, Caligas eſſe calcearios, hoc eſt aliquod genus calceorum [1], ut vehemen-

1 Nova hæc plane interpretatio; ſi meminerimus verborum Plinii, quæ dedit Balduinus in cap. 7, ubi ille calcearium cum ſutore comparat. Sed quanquam illa vox apud Plinium non reperiatur, ut ibi monuimus, conſtat tamen *calcearium* perinde ut *calceolarium, ſolearium, diabathrarium*, quibus Plautus *in Aulul.* 3, 5. uſus eſt; & *crepidarium* apud Gellium, tum *caligarium* apud Iſidorum, non aliud notare quam calceorum certorum artifices. Itaque ut Nigrono credamus, & ejus explicationem minus miremur, efficit Cangæi Gloſſarium, quod in hac voce plura illius ſignificationis, quam ei poſterior Latinitas affixaxit, exempla collegit,

Digitized by Google

hementer mirer nonnullos recentiores Regulæ Benedictinæ interpretes, qui tibialia intelligunt in Caligis. Præſertim cùm hac ætate, ut præmonui *num.* 2. plebs ipſa in multis Italiæ regionibus, Smaragdi vocem retinens, nonnihil corruptam, calceos appellet, *Calzari*. Fulcitur eadem doctrina ex Regula S. Fructuoſi, cujus verba Smaragdus refert: *In hieme*, inquit, *pedules calceent qui voluerint, id eſt a die calendarum Novembris uſque ad calendas Majas: reliquis menſibus æſtivis, Caligarum tantum ſolatio muniendi ſunt.* Videtur alluſiſſe ad verba Caſſiani quæ retuli *num.* 42. Cùm igitur Monachi S. Benedicti non incederent pedibus nudis, & æſtate ſolas Caligas geſtarent, liquidò apparet, Caligas eſſe calceamenta, quibus munirent pedes. Reor enim Pedules tunc fuiſſe tegmina lanea, tùm ad arcendum frigus, tum ad tegendam nuditatem, cùm exibant domum. Illis pedulibus indutos pedes in Caligas inſerebant egreſſuri: quemadmodum Fratres Minores de Obſervantia in regionibus frigidioribus faciunt; qui pedes hieme panno laneo calceatos ac veſtitos in ſoccos ligneos induunt. De frigore arcendo dixit S. Fructuoſus paulò ante relatus: de frigore ſimul & nuditate, S. Iſidorus

dorus *cap.* 12. *Regula: Pedules autem utentur in monaſterio, quamdiu hiemis coëgerit violentia; ſive dum Fratres gradiuntur in itinere, vel proficiſcuntur ad urbem.* Hanc immiſſionem pedulum in Caligas, videtur innuere Gloſſarium Iſidori, cùm ait: *Pedana, pedulis novus, qui Caligæ aſſuitur.*

45. Septimus Scriptor ſit S. Gregorius Papa; qui *lib.* 1. *Dialog. c.* 4. de Equitio Abbate, *Ecce*, inquit, *vir Dei, clavatis calceatus Caligis, falcem fœnariam in collo deferens veniebat.* In tibialibus, & feminalibus clavi non habent locum; habent in calceamentis ruſticanis, & caſtrenſibus, ut docebitur *c.* 4. *num.* 8. Rectè ergo *clavatas* vocat, quia pauper & humilis Monachus calceis utebatur pauperum & vilium hominum: cujuſmodi erant Caligæ militum manipularium: de quarum clavis erit *capite eodem* diſputatio.

46. Octavus Scriptor erit Beda, qui *in Vita S. Cuthberti Epiſcopi c.* 8. *&* 20. narrat eum aliquando ſurrexiſſe convaleſcentem è lecto, dixiſſeque domeſticis, *Date baculum & Caligas*, ut tentaret, num poſſet incedere. Nemo poteſt jure dubitare, quin calceamenta petierit, quæ ad ambulandum magis neceſſaria ſunt, quàm femoralia. Quòd autem hoc ſenſu capiat Cali-

Caligas, manifeſtum eſt ex eo, quòd axungiam porcinam à corvis allatam poſtea ſcribat præbere conſueviſſe Fratribus peregrinis, ad ungendas Caligas. Quis credat peregrinos axungia porcina perunxiſſe femoralia? Ruſticana calceamenta, calore ac pulvere ſiccata, peregrinis unguntur, ne duritie pedes lædant. Atque hinc elucet elegans, & argutum Catonis Cenſorii dictum adverſus ſuperſtitioſos, ab S. Auguſtino relatum *l. 2. de Doctrina Chriſtiana c. 20.* Hic vir ſapiens, cùm eſſet conſultus à quodam, qui ſibi eroſas à ſoricibus Caligas diceret, reſpondit: *Non eſſe illud monſtrum; ſed verè monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices à Caligis roderentur.* Nimirum appetunt ſorices calceamenta, quòd ex corio conficiantur, eoque peruncto. Atque hæc ſatis de prima parte Diſſertationis *capite ſecundo* expedita.

CA-

Digitized by Google

CAPUT III.

Caligam uſu Primævo ad militiam ſpectaſſe.

1. *Caliga ſpectat ad militiam.* 2. *Caliga pro militia ſumitur.* 3. *Quid militia & milites caligati.* 4. 5. 6. *Caligati milites infimi ordinis.* 7. *Objectio de Caliga Centurionis & ſpeculatoria ſolvitur.*

1. SEcunda pars Diſſertationis continet, Caligam ad militiam ſpectare primo uſu: quod eſt dicere, prima ſui inſtitutione calceamentum militare fuiſſe; ſed poſtea uſurpatum etiam ab urbanis, viatoribus, ruſticis, Apoſtolis, Religioſis, mulieribus. Prima probatio poſitionis eſt ex dictis *cap.* 2. *num.* 1. ubi demonſtratum eſt C. Cæſarem denominatum Caligulam, à *Caſtrenſi Caliga* ex Auſonio: *militari joco*, ex Suetonio; *militari vocabulo*, ex Tacito; *militari calceamento*, ex Aurelio: *militaribus calceamentis*, ex Dione.

2. Secunda probatio ex formula, bonis auctoribus uſitata, qua *Caliga*, pro militia, ſeu militari profeſſione ſumitur. L. Seneca *libro de Brevitate vitæ capite* 17.

pro-

Digitized by Google

probans inductione, novas occupationes ac moleſtias in hac vita veteribus ſubſtitui: *Marium*, inquit, *Caliga dimiſit? conſulatus exercet*: hoc eſt, quamvis relictâ militiâ pervenerit ad conſulatum; tamen in eo ſuas moleſtias, eaſque graves incurrit. Idem *l. 5. de Benefic. cap.* 16. *Ingratus C. Marius ad conſulatum à Caliga perductus*: id eſt, ab infimo militiæ ordine, ad ſummam Reipublicæ dignitatem aſcendit. Plinius ſenior *l. 7. Hiſt. natur. c.* 43. de P. Ventidio, ſenſu eodem: *Plurimi*, inquit, *juventam inopem in Caliga toleraſſe*, auctores ſunt. Extat inter Inſcriptiones Romanos à Jano Grutero collectas *pag.* 445. *n.* 9. lapis Auximi repertus; cum longa inſcriptione numerante munera functioneſque militares C. Oppii Velinæ tribus, cui lapis erectus fuerat; ex eo, imitatione Juſti Lipſii, tranſcribo tantùm quod maximè ad rem noſtram facit:

C. OPPIO. C. F. VEL.
OMNIBUS. OFFICIIS
IN. CALIGA. FUNCTO

Hic *in Caliga*, perinde eſt ac ſi diceretur, *In militia*.

3. Tertia probatio eſt ex eo, quòd mi-

litia *Caligata*, & milites *Caligati* paſſim dicuntur, idque à Caliga, quam militantes geſtabant. Lapis vetus Romæ ab eodem Iano datus *pag.* 279., *num.* 4. Imp. Cæſari C. Valerio Diocletiano dicatus, habet in fine, *milites Caligatos*.

HONORATI. ET. DECURIONES. ET. NVMERUS. MILITUM. CALIGATORUM.

Tertullianus *lib. de Idololatria. c.* 19. revocans Chriſtianos à militia illa, in qua ſit neceſſitas immolationis: *At nunc de iſto quæritur*, inquit, *an fidelis ad militiam converti poſſit*, *& an militia ad fidem admitti etiam Caligata, vel inferior quoque, cui non ſit neceſſitas immolationum.* In hoc Tertulliani loco explicando, Jacobus Pamelius obſervat, apud veteres Juriſconſultos frequentem eſſe Caligatorum militum mentionem, quorum verba in leges relata ſunt. Tres nomino: Primus eſt Ulpianus, *l.* 2. *ff. de His qui notantur infamia*: *Dimiſſum accipere debemus militem Caligatum.* Secundus eſt Venulejus, *l. de Militibus ff. de Cuſtodia reorum. Is, qui exercitum acceperit, etiam jus animadvertendi in milites Caligatos habet.* Tertius Arrianus *leg. Omne delictum*

Digitized by Google

delictum §. Exploratores ff. de Re militari: Sed & Caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulavit, in pari cum eis cauſa eſt: hoc eſt, capite luet pœnam, ut proditores. Alia jura, ſeu reſcripta Imperatorum, mox proferentur, ubi de vilitate Caligatorum agetur. Hos milites, *Caligatos* in Jure civili dici, non ab ocreis ferreis, ſed à Caliga pedum calceamento militari, diſertè affirmant Juriſconſulti illi recentiores, qui vim legum expendentes, verba minimè neglexerunt. Tres pariter produco: Jacobum Cujacium, *tomo* 2. *l.* 10. *ff. de Excuſationibus munerum.* Petrum Fabrum *lib.* 2. *Agoniſticon cap.* 34. Barnabam Briſſonium *lib.* 2. *Antiquit. ſelectarum ex Jure civili cap.* 5. & *lib.* 3. *de Verbor. ſignificat. verbo Caligati milites.*

4. Porro Caligati milites erant gregarii, manipulares, & ob vilitatem, infimum militiæ ordinem, exercituſque plebem, ut ita dicam, conſtituebant. Primùm comprobant poſitionem meam, quæ *num.* 2. produxi; dicta nimirum Senecæ de Mario, & Plinii de Ventidio, qui ambo pauperem juventutem traduxerunt in Caliga, hoc eſt, in numero atque ordine Caligatorum militum, unde ad triumphos uſque conſcenderunt. Deinde probatur ex

Digitized by Google

hiſtoricis. Juſtinus *lib.* 38. cùm ait in Antiochi Regis exercitu tantam divitiarum copiam fuiſſe, *ut etiam gregarii milites Caligas auro figerent:* ſignificavit gregarios ac viles eſſe, qui Caligas in exercitu geſtarent. Tacitus *libro* 1. *Annal.* Caligulam, *ad conciliande vulgi ſtudia*, Caligam, juſſu matris, induiſſe tradit. Ergo Tacito miles Caligatus, vulgus erat. Poſthæc Tiberium inducit de Agrippina Caligulæ matre conquerentem, quòd *filium ducis gregali habitu*, circumferret. In hoc habitu gregario Caliga, præcipua erat, quæ nomen puero dedit. Suetonius *in Caligula cap.* 9. *Manipulario habitu inter milites educabatur.* Manipulares milites noſtris peditibus infimæ ſortis reſpondent. Notat idem Suetonius *in Auguſto cap.* 25. tamquam rem inſolentem, ab eo coronas murales, *ſæpe etiam Caligatis* fuiſſe tributas; quibus ob vilitatem ordinis non dabantur. Eodem ſpectat demiſſio animi notata ab eodem Suetonio *in Vitellio cap.* 7. quia *tota via Caligatorum quoſque militum obvios* exoſculabatur.

5. Tertiò confirmatur Caligatorum vilitas ex Lapide ſepulcrali apud eundem Collectorem inſcriptionum *pag.* 533. *num.* 1. ubi Caligatus miles cùm lixa ſepelitur; cujus

cujus officium viliſſimum erat, exercitum ſequi, militique ſervire, ut eruditè tradit Joan. Antonius Valtrinus *lib.* 3. *de Militia Romana*, *cap.* 8. Exhibeo Lapidem, minus neceſſariis quibuſdam omiſſis.

AURELIUS. T. F. CALVOS. CAL. MIL. LEG. X. ET AURELIUS. FLAVI. F. FLAVIANUS LIXA ANN. XVIII. HIC SITI SUNT.

Id eſt: *Aurelius Titi filius Calvus, Caligatus miles legionis decimæ, & Aurelius Flavii filius Flavianus Lixa, annorum* 18. *hic ſiti ſunt.*

6. Quartò favent Jura civilia concluſioni meæ de vilitate Caligatorum. Honorius, & Theodoſius Impp. permittunt facultatem contrahendi conjugii cum ingenuis, ſine ſolemnitate matrimoniorum, *A Caligato milite, uſque ad Protectoris perſonam*, ut habetur *Cod. de Nuptiis, leg. A caligato.* ubi Gloſſa benè ait: *Quaſi dicat à minore uſque ad majorem.* Quæ Gloſſa dum aſſerit Caligatos milites dici, *qui habent Caligas de corio:* ſi nomine Caligarum calceos intelligit, ferenda eſt interpretatio: ſi cruralia, vel femoralia, doctorum

Digitized by Google

virorum omnis generis, etiam Juriſconſultorum, quos produximus in hac tota Diſſertatione, tamquam torrente obruitur. Clariſſimè omnium; vilem ordinem Caligatorum eſſe declarat Juſtinianus Imperator *Novella* 74. *Collat.* 6. *in Authent. Quibus modis naturales fiant legitimi* §. *Quiſquis. Sed neque agricolas*, inquit, *aut milites armatos, & quos lex Caligatos appellat; hoc eſt, viliores, & obſcuriores non perſcrutamur.*

7. Objicies ex Joſepho *lib.* 7. *de Bello Judaico cap.* 3. & Hegeſippo juniore *lib.* 5. *de Excidio Hieroſolymitano cap.* 30. Centurionem quendam è caſtris Titi, templum aſcendiſſe, (ut fuſiùs referam *cap.* 4. *num.* 11.) Caligis clavatis munitum. Hinc deducitur non tantam eſſe vilitatem Caligatorum, quantam deſcripſi; quando Centuriones Caligati pugnabant. Reſpondeo, probabile quidem eſſe Centurionem illum fuiſſe Caligatum, quia confixa clavis acutis gerebat ὑποδήματα, ut Græcè habet Joſephus; qui unà cum Hegeſippo addit, eſſe clavata more militum Romanorum. Verùm in ejuſmodi calceamentis clavatis poterat eſſe aliquod diſcrimen, quo diſtinguerentur à Caligis manipularium: (quemadmodum videbitur *cap.* 4. *num.*

Digitized by Google

num. 2. in Caligis vigilum, & prætorianorum, qui cancellatas habent habenas) vel formâ, ut non corrigiis ligarentur in pedibus, ſed obſtragulis tegerentur more noſtro: vel materiâ, ut clavis, non ferreis, ſed argenteis configerentur: vel ornamentis aliquibus, quibus carerent Caligæ vulgares, quod Juſto Lipſio placuit. Idem ferè dicendum eſt de Caliga ſpeculatoria, quæ, quod eſſet ſpeculatorum, & exploratorum, debebat eſſe levior. Meminit ſpeculatoriæ Caligæ Suetonius *in Caligula cap.* 52. cujus verba tranſcripſi *cap.* 2 *num.* 4. meminit & Tertullianus *lib. de Corona militis. cap.* 1. cujus verba leguntur *cap. item* 2. *num.* 37. Quo ex loco veriſimiliter colligimus Chriſtianum illum militem à Tertulliano laudatum, è numero ſpeculatorum fuiſſe: quoniam *ſpeculatoriam moroſiſſimam pedibus abſolvit*; hoc eſt dimiſit Caligam ſpeculatoriam, quam ex more geſtabat pedibus, remorantem in via Chriſtianæ religionis illum ipſum, qui gerebat. Atque hæc ſatis de ſecunda parte Diſſertationis, *tertio capite* explicata.

CAPUT IV.


De Materia & Forma Caligæ militaris.

1. *Deſcriptio Caligæ cum figura.* 2. *Explicatur imago Caligæ.* 3. *Caliga eſt ſub genere ſolearum.* 4. *Utrum in Caligis lignum eſſet incluſum.* 5. *Carebant ligno Caligæ militares.* 6. *Utrum Caliga tibiam attingeret.* 7. *Solvuntur objecta.* 8. *Caliga clavis ſuffigebatur.* 9. *Quid ſint* fulmentæ. 10. *Quid ſint* ſuppacta *&* ſolum caligarium. 11. *Probatur clavorum uſus in Caligis ex Juliani Centurionis lapſu.* 12. *Probatur ex cognomine clavorum.* 13. 14. 15. *Clavi multi erant atque minuti.*

1. CAliga militaris, de qua eſt diſſertatio, non aliud eſſe videtur, niſi *ſolea ſine obſtragulo, habenis alligata pedi, multis, minutiſque clavis infernè ſuffixa.* Ut autem deſcriptio hæc, unà cum materia formaque ipſius intelligatur, placet hoc loco exhibere formam ejus expreſſam ex ingenti columna marmorea, Romæ Trajano Imperatori erecta ab Senatu, cochlide intus, extra verò mirabili adeò artificio cælata, ut figuræ omnes tum ſummæ, tum imæ, magnitudinis ejuſdem oculo videantur. Bellum Dacicum feliciter ab

eo

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

eo Imperatore cum Decebalo Rege geſtum, particulatim ad rerum geſtarum veritatem extrinſecus inſculptum habet. Ibi fluvii, naves, pontes, turres, munitiones, caſtra, pugnæ, captivi, captivorumque ac militum arma, veſtes totuſque habitus Romanorum pugnatorum viſitur. At niſi nos fefellerit, qui expreſſit ac typis edidit Romæ anno 1616. quidquid in ea columna mirabiliter cælatum eſt, cum explicatione Alfonſi Ciacconi, Caligæ formam quam quærimus, habemus, & lectoris oculis ſubjicimus.

2. Paſſim in ea columna Romani milites calceati videntur, quemadmodum cernis, quibuſdam calceis, qui ſolearum in modum plantam muniunt, ſine obſtragulis, quæ ſuperiorem pedis partem tegant. Habenis aſtringuntur ſupernè ſæpiùs circumductis, quæ bis ſupra talos tibiam circumvolvunt. Obſervatam à me duplicem Caligæ militaris formam, hoc loco exprimi curavi. Alteram in pedibus vigilum, & militum prætorianorum elegantiorem vidi, decuſſatis ſupra pedem corrigiis, atque inter priores digitos ductis. Alteram ſæpiùs expreſſam vulgarium militum, circumvolutis rarioribus ſupra pedem tantum, non inter digitos habenis. Juſſi crus

d 5 totum

Digitized by Google

totum repræſentari, ut cernas nudum à tibialibus eſſe. Linea ſub genu fefellit Alfonſum Ciacconum *num.* 31. qui tibialia inde collegit, Caligas ea vocans ex errore vulgi toties reprobato. Pòtiùs inde inferendum eſt, ſub armis aliquid feminalibus ſimile tuliſſe, quod ſuperius in armatis non negavi, ſubtraxi togatis, relinquens peritioribus eam diſputationem, utrum in caſtris femoralia ferrent. Poſt priores editiones accepi Romæ in arcu triumphali Conſtantini, multos extare milites Caligatos: curavi exprimi effigiem Caligæ atque ad me mitti; ex ea deprehendi poſt tot annos formam non eſſe mutatam, & cum hîc expreſſa ex toto congruere. Sed jam videamus, quàm benè cum Caliga columnæ atque arcus conveniant, quæ de materia formaque Caligæ militaris, Scriptores priſci tradant.

3. Soleam eſſe diximus in deſcriptione. Oculus confirmat in præmiſſa imagine. Non diffitetur Alfonſus, qui exhibuit imaginem. Supra *cap.* 2. *num.* 25. copioſè probavi, Caligam contineri ſub genere ſolearum; tum quia Græcè *Sandalium* dicitur, tum quia docuit Agellius *Soleas* nominari atque *Crepidas*, ſeu *Crepidulas*, illa calceamenta, quæ plantas ſolummodò tegunt,

gunt, & vinciuntur habenis, cujuſmodi eſſe videtur in columna & arcu calceus militaris. Carere autem obſtragulo, id eſt, operimento partis ſupernæ pedis, Soleam, Gallicam, Crepidam, docuit Agellius *l.* 13. *cap.* 21. verbis illis: *Plantarum calces tantum inſimè teguntur, cetera propè nuda.* Carere eodem Sandalia, quæ ſoleæ ſunt, tradidit S. Auguſtinus, & B. Alcuinus *c.* 38. *de Divinis officiis.* Carere Caligas S. Petri ſcripſerunt multi recentiores doctores producti *cap.* 2. *num.* 26. præſertim ii, qui dicunt Caligas eſſe ſimillimas calceis Fratrum Minorum, intellige Capucinorum, qui calcei nominantur Apoſtolici, ſimiles Caligis ex hac columna expreſſis. Alligari pedi corrigiis, ſive habenis Caligas militum in hac imagine perſpicuum eſt. Congruit Agellius, qui dat Soleis, Crepidis, Gallicis teretes habenas: conſonat Scriptura ſacra, quæ Caligis, Sandaliis & aliis calceamentis corrigias attribuit. Locos collegi *cap.* 2. *num.* 27. Concordat S. Iſidorus *l.* 19. *c.* 34. qui ſcripſit: *Caligulæ, Caligæ, vel à callo pedum dictæ, vel quia ligantur:* quæ verba repetivit Smaragdus *in cap.* 55. *Regula S. Benedicti.* Soleas autem ex corio fieri, ſeculis cunctis conſuetum fuit. Sufficiat S.

d 6 Iſi-

Digitized by Google

Iſidorus loco proximè relato: *Soleæ materiales ex materia corio intexta*; & poſt de corrigiis: *corrigiæ à corio vocantur*. Huc ſpectat Cælii Sympoſii Poëtæ veteris ænigma quinquageſimum ſextum *de Caliga* inſcriptum.

Major eram longè quondam, dum vita manebat,
Sed mox exanimis, lacerâta, ligata, revulſa,
Dedita ſum terræ, tumulo ſed condita non ſum.

Corium, dum in tauro vivo vivit, majus eſt quàm in Caliga. In eam non venit, niſi multa illa patiatur, quæ medio verſu dicuntur. Tandem terræ datur, quia ſerpit humi, telluremque ſemper tangit in humano pede; nec tumulatur, quia conſumitur uſu.

4. Quæri poteſt an lignum aliquod in Caliga ſoleæ adjunctum eſſet. Joanni Antonio Valtrino *l. 3. de Militia Romana c.* 13. ſuppingendum videbatur. Adduxit S. Iſidori teſtimonium ſic ſcribentis: *Caligarius non à callo pedum, ſed à calo id eſt ligno vocatus, ſine quo conſui calceamenta non poſſunt, quod Græci καλοπόδιον dicunt. Fiebant autem prius ex ſalice tantùm. Hinc & calceamenta dicta, quòd in calo id eſt in ligno*

gno

Digitized by Google

gno fiunt, *vel quòd calcentur*. Confirmari poteſt hæc opinatio auctoritate Smaragdi, qui, ut eſt ſcriptum *cap. 2. num* 44. Caligas *in Regula S. Benedicti* dicebat eſſe calceos illos, quos ævo ſuo *ſubtalares vel ſoccos* nominabant. Nos hoc tempore ſoccos eſſe ligneos concipimus, atque in Italia corrupta voce (ut in aliis multis rebus nominandis accidit) *zoccoli* vocitantur. Accedit ligni uſus in braxeis, tragœdorum cothurnis, *Quos*, ut affirmat idem S. Iſidorus, *quidam calones appellant*, *ex eo*, *quod ex ſalice fierent*. Neceſſitas hoc lignum requirit, ut in eo ſoleæ clavis ſuffigantur, quod Caligæ multos clavos habere dicantur à multis Scriptoribus, quos *n.* 13. recenſebo. Ratio ſuadet duplex; tum ut calceamenta hæc in longis itineribus, aſperitate viarum ſaxoſarum, diuturnitate belli, durabilia forent; tum ad tuendam militum valetudinem, ut ſemper, etiam in cœno atque humido ſolo ſtantes ambulanteſque ſiccos haberent pedes. Quam ob cauſam ævo noſtro non pauci ſoleas, crepidas, calceos, ſubere ſuffulciri, aut etiam inferciri curant, quo vim hiemalem commodiùs ac ſalubriùs ferant: idque imitatione veterum; de quibus legendus eſt Petrus Victorius *lib.* 15. *Variar. Lect. c.* 23.

Digitized by Google

5. Equidem diſſentio; ac nullum ſuppactum lignum Caligæ militari, de qua diſſeritur, pronuntio: ſed ſolam ſoleam plantæ ſubſtratam fuiſſe. Statuæ veteres, columna Trajani, arcus Conſtantini me diſſentire cogunt; quæ non niſi ſoleas eaſque tenues oculis exhibent. Adde, quòd nequaquam à tam multis Scriptoribus ſine ulla additione *ſoleæ* dicerentur Caligæ, ſi lignum ſuppactum haberent. Dicta priſcorum, & rationes diſſolvuntur facillimè. Iſidori locus parum idoneus eſt: quia loquitur de forma lignea pedem humanum imitante, quæ in calceos, dum conſuuntur, intromittitur. Id ſonant manifeſtè verba illa: *ſine quo conſui calceamenta non poſſunt;* & illa: *Quod in calo, id eſt in ligno fiant.* Nòrunt id probè ſutores caligarii, & nos videmus. Neque obſtat Smaragdus, qui loquitur de nominibus ævi ſui, quo lingua Latina corrupta erat. Iſidorus ſanè *l.* 19. *c.* 34. ſæpè memorato, diſtinguit ſoccos à Caligis, cùm ait (ut *c.* 2. *nu.* 6. *&* *c.* 4. *nu.* 3. ſcriptum eſt) *Caligas ligari, ſoccos non ligari.* De Cothurnis tragœdorum non eſt nobis cura, neque diſputatio, quoniam multùm à Caligis differunt. Neceſſitas ligni nulla eſt ad claviculos excipiendos, quia res ipſa nos docet, ſine ligno clavis

ſoleas

ſoleas ſuffigi poſſe, ut planiùs explicabitur *num.* 8. 11. 15. Nec ratio prior urget de conſervatione diuturna Caligarum, quoniam in hunc finem clavi comparati ſunt. Multò minus valet poſterior, quia ſoccellus ligneus impeditiſſimum redderet militem tum in via, tum in pugna; in qua oportet eum quam expeditiſſimum eſſe.

6. Controverſum quoque eſt inter viros doctos, aſcenderetne Caliga uſque ad mediam tibiam, an talos tantùm attingeret habenis. Attrahunt ad medium crus Joan. Antonius Valtrinus, Joannes Lorinus *locis ſæpè citatis*, nec non qui notas in Feſtum ſcripſit, definiens omnia calceamentorum genera Romanis ita fuiſſe, ut Turcarum hodiè[1]: quæ vulgus Italorum vocat

[1] Obelo figendus hic locus propter iniquum ejuſmodi de magno Scaligero judicium, quod ex negligenti inſpectione verborum ejus procul dubio ortum ducit. Quid enim? An Scaliger de omnibus calceamentorum Romanorum generibus ita generaliter cenſet? Profectò nihil minus, ſicut ipſa ejus verba manifeſte produnt. Affirmat enim triplicem calceorum ſpeciem, mulleorum nempe, uncinatorum & peronum, ad mediam tibiam adſcendiſſe, quod ſic exponit: *Ita erant omnia ea genera calceamentorum, qualia Turcarum hodie, medio crure tenus.* Expende diligenter, quid velit vocula *ea*, quæ utique non ulterius ſe extendi ſinit, quam ad tria illa genera, quæ Feſtus ex Catone enumeraverat. Itaque ridiculus eſt Nigroni metus, forſan ab ſola Pamelii oſcitantia hauſtus, poſſe hanc Scaligeri ſententiam deſtruere caligæ ſuæ formam intectam, & nimis ſollicite *in* §. *ſeq.* laborat ut eam impugnet, quippe quæ caligam non tangit. Præterea licet

vocat *Borzacchini*. Hanc generalem propoſitionem poſtremi hujus auctoris, Jacobus Pamelius *in ſcholiis ad Tertullianum*, *libro de Pallio c.* 4. refert ex Scaligero atque improbat. Ego pariter arbitror hujus Scriptoris falſam eſſe ſententiam: veram & priſcam Caligam militarem, de qua diſputamus, ſtante Republica Romana, & primis Imperatoribus dominantibus, talem fuiſſe, qualem in columna Trajani & arcu Conſtantini cælatam conſpicimus. Non enim ad mediam tibiam pertingit, nec pertingere poteſt. Soleam, tantùm eſſe probavimus, plantæ inhærentem, pedi taliſque alligatam loris, ſive habenis: qua ſui parte poteſt ad crus medium pervenire? Dabo fuiſſe alios calceos, qui ſupra talos aſſurgerent: nego inter eos Caligam militarem eſſe numerandam.


7. Neque verò teſtimonia, quæ producuntur, me de gradu dejiciunt. Horatius aſſertur, qui *lib.* 1. *Sat.* 6. ait:

Nam


Licet ſub primis Imperatoribus talem fuiſſe caligam ex Trajani columna conſtet, nihilominus an hoc ſtante republica, quod confidenter aſſeverat Nigronus contra Valtrinum, etiam verum fuerit, valde eſt in incerto, quum pleraque ſuperſint ejus temporis monumenta, quæ tecta militum crura exhibent; quod utrum ſolis ocreis, an etiam Caligis adſcribi debeat, nondum mihi liquet, præſertim quum ad Balduinum in caligis crepidarum formam potiſſimum adſpexerimus.

Digitized by Google

A



B



Digitized by Google

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus.

Pellibus, &c.

At non eſt ſermo hic de Caliga militari, ſed de calceo Senatorio, ut eo loco Dionyſius Lambinus obſervat. Verùm non licet à diverſis facere illationem, ut Juriſconſulti clamant, ex l. *Papinianus ff. de Minoribus*, & c. *Per venerabilem. §. Verum qui filii ſint legit.* Itaque non valet hæc argumentatio, calceus Senatorius ad medium crus perveniebat, igitur etiam Caliga militaris. Ingeritur Titinius apud Feſtum dicens: *Jam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatim calceas.* At hic locus non uno modo legitur: ſed admiſſa lectione producta, & interpretatione verbi *Tibiatim*, ut ſignificet ad mediam tibiam, reſpondeo ex ipſo Feſto: Mulleum eſſe calceum Regum ac Patriciorum, atque ex Iſidoro, rubri coloris: cujuſmodi expreſſus cernitur in * nummo Anthemii Auguſti, quem exhibet Jacobus Sirmondus noſter in notis *ad Sidonium Apollinarem*, in *Panegyrico Anthemii verſ.* XIII. In hoc nummo calceo-

* Ut curioſo lectori ſatis fiat, adjecimus hujus Anthemii nummum, ſimul qualem illum *Sirmondus* nobis exhibet, ſub lit. A. & qualem *Antonius Auguſtinus* dedit ſub lit. B. Quanquam, ut quod res eſt ingenue dicamus, nihil hinc magnæ rei colligas, quod quidem Mullei figuram formamque perſpicuè ob oculos ponat.

ceorum auriculæ mediam tibiam attingunt. Similiter in arcu Conſtantini milites gregales Caligâ jam deſcriptâ calceati viſuntur: Imperatoris verò calceus uſque ad mediam tibiam ornatior aſſurgere conſpicitur. Eadem reſponſio datur teſtimonio Tertulliani. *l. de Pallio c.* 4. dicentis *Impuro cruri, purum, aut mulleolum inducit calceum:* quia de Caliga non eſt ſermo. Proferenti verò teſſellatum marmoreum pavimentum, quod Auguſtæ Vindelicorum effoſſum dedit antiquitatis ſtudioſis Marcus Velſerus vir clariſſimus, ſpectaturque inter Inſcriptiones Romanas *pag.* 336. & in quo gladiatores depugnant in calceamentis excedentibus talos, oppono rationem eandem, non licere à gladiatoribus ad milites, à calceis illorum, ad horum Caligas argumentari. Diverſa eſt utrorumque ratio, profeſſio, habitus, calceatus: & fortaſſe ſeculum, in quo mutati ſunt mores & calcei.

8. Poſtremò Caliga hæc militaris, erat clavis, multis, minutis, ferreis ſuffixa & munita, conſervationis, ut arbitror, gratia; ut diutiùs duraret, aſperitatique ſaxorum reſiſteret. Clavos admittit Alexander ab Alexandro, unà cum ſcholiaſte Andrea Tiraquello *libro* 1. *Genialium dierum cap.*

20.

20. & *libro* 6. *cap*. 22. qua conceſſione data, coguntur Caligam calceamentum eſſe fateri, qua in confeſſione video ambos dubitantes hærere. Verùm ne videar id mihi dari velle ſine probatione, teſtes ſubjicio fide dignos. Primus eſt S. Iſidorus *lib*. 19. *Orig*. *cap*. 34. de calçeamentorum genere. Inter cetera. *Clavati, quaſi calviati, eo quod minutis clavis, id eſt acutis, ſolea Caligis vinciantur.* Suſpicor eſſe ſcriptum ab Iſidoro, *Claviati*, non *Calviati*; ſed nihil muto ſine codice manuſcripto. De hoc clavorum genere, viri eruditi capiunt illud Juvenalis *in Satyra* 3. *v*. 247. *& ſeqq*. conquerentis, in magna frequentia populi, ſe premi, percuti, malè accipi à turba:

——— Planta mox undique magna
Calcor, & in digito clavus mihi militis hæret.

Congruit cum Juvenale atque affulget illi S. Auguſtinus *tract*. 10. *in* 1. *Joannis* 5. cujus verba legantur *capite* 2. *num*. 41. ex quibus illa faciunt ad rem noſtram: *Fortè Caligis clavatis conteret pedes tuos:* Dabitur ad calcem hujus capitis ænigma LVII. Cælii Sympoſii, cujus titulus eſt, *Clavus caligaris*, qui & in ænigmate involvitur, & obſcurè deſcribitur. Equitius quoque, ut

Digitized by Google

ut accepimus à S. Gregorio *lib. 1. Dial. cap. 4. clavatis calceatus Caligis* incedebat. Refero ad Caligas Feſtum *libro de Verborum ſignificatione* ſcribentem, dici *Clavata, calceamenta clavis confixa.* Lucillii verſus apud Nonium it eodem:

Sufficit huic: clavis fulmentas quattuor addit.

9. Sed quid *fulmenta?* Reſpondeo dictas eſſe à fulciendo, quemadmodum & *fulmentum* ex fulcimento contractum. Proinde apud Sidonium Apollinarem columnæ, quibus ædes fulciuntur, nuncupantur *fulmenta, libro 2. Epiſtola 10. ad Heſperium*, in hendecaſyllabis;

Fulmentis Aquitanicis ſuperba.

Id eſt, columnis è marmore Aquitanico in jugis Pyrenæis cæſo, ut obſervat Jacobus Sirmondus noſter *in notis ad eum locum.* Itaque *fulmentam* arbitror eſſe corium illud, quo calcei veteres ac detriti ſuffulciuntur[2]; ſeu quod ſubſternitur calceis,

2 At *fulmenta* ſive *fulmentum* ex ſe tantum indicat quodcumque fulcrum, utpote ex *fulcimento* contractum, atque adeo utrum novo an veteri ac detrito calceo ſoleret ſubjici, iſta vox non diſtinguit. Porro frequenter jam obvia nobis fuerunt *καττύματα* ſeu calceorum ſola certo modo elevata & altitudine notabilia, ſed ſic intellecta, ut æquali modo calceos attollerent, unde etiam Cl. Sperlingius veterum calceos ſine ſuppigmentis, qualia ſub calcibus noſtris habemus, fuiſſe negat. In qua opinione acquie-

ceis, cum reficiuntur, & nos Itali vocamus *Taccone*. Meminit *fulmentarum* & Plautus in *Trinummo*, qui Lucillio dat lucem:

Quid ego nunc agam?
Niſi ut ſarcinam conſtringam, & clypeum ad dorſum accommodem:
Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis.

Hinc parans ornamenta pugnandi, cogitat de calceis reficiendis, qui tum refecti erunt, cum fulmentas ſuppactas habebunt.

10. Ad majorem hujus loci ac vocabuli lucem

quieſcere nequivi, quum fulmenta paulo propius conſiderarem. Nam licet fulmentum intelligi poſſit de integro calcei ſolo, tum ſi ſequamur notionem, qua apud Sidonium columnam denotat; non ſimul totum ædificii fundamentum; atque etiam fulcimentum pedi lecti ſubjectum, ut ex Celſo notat Scaliger *ad Manilii librum* 2. nihil ſane vetat, quominus in eo adſpiciamus eam ſoleæ partem, quæ hujus ſubſtructionis ope inſtar columellæ calcem ſuſtentat & attollit. Quod quam neceſſarium nobis ſit, quotidiani uſus experimentum abunde demonſtrat. Sed in eo parum juvat veterum auctorum, quos mihi familiares reddidi, auctoritas; rem tamen interdum uſitatam & manifeſtiſſimam facit elegantiſſimus nummus gentis Mamiliæ, quem poſſidet Avunculus, & *in tomo* 2 *Theſauri Antiq. Græc.* inſeruit. Conſpicitur in eo Ulyſſes poſt errores ſuos domum rediens & a cane agnitus, & quod nos potiſſimum attendimus, ita calceatus ut poſterioribus pedum partibus, hoc eſt ipſis calcibus ſubjecta habeat talia fulcra, quorum conſpectu denuo fruens in tribus aliis nummis ea neglecta vidi, perinde ut in reliquis, quos viri docti depinxerunt. Hinc porro ſi conjecturæ detur locus, poſſet iſtiuſmodi calceus videri dictus eſſe *cernuus*, ſi Feſti teſtimonio credimus, quod tamen refellit Scaliger *in Etymologiis ad Varronem*, in Voce *Cerno*.

Digitized by Google

lucem aſſero tria hæc fèrè idem ſignificare: *Fulmentas*, *ſuppacta*, *caligarium ſolum*. De fulmentis dictum eſt abundè. De *ſuppactis* Gloſſarium vetus emendatum in hoc verbo, per unius litterulæ mutationem, *Suppacta*, κεκαττυμένα: legebatur autem, *Suppalta*. Dicitur autem *Suppactum*, quòd calceo ſuppingatur, ut Plautus loquitur. De *caligario ſolo* Gloſſarium idem: *Caligarium ſolum*, κάττυμα: cui finitima eſt, atque inde derivata vox κεκαττυμένα: unde colligas, *ſuppactum* & *caligarium ſolum* re quoque convenire. Nos Itali hoc ſolum Caligarium diceremus *ſuola di ſcarpa*. Lucillius ergo fulmentas has, ſive ſuppacta (quæ vel fruſta Caligarii ſoli, vel ſolum integrum putes, perinde licet) clavis affixa Caligæ pronuntiat; cujus rei probandæ gratiâ, verſus ipſius productus eſt, & explicatus cum aliqua non inutili digreſſione.

11. Ut redeamus ad inſtitutum; clavos in militaribus calceis vidit Joſephus *lib*. 7. *de Bello Judaico*, in Juliano Centurione fortiſſimo viro, qui ſolus ex Titi caſtris interiorem templi angulum aſcendit armatus & pugnax. De quo hæc habet: *Calceos namque habens creberrimis atque acutis clavis, ut ceteri ſolent milites, fixos: dum*

ſtrato

ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur. Ex eo videtur exſcripſiſſe junior Hegeſippus *lib. 5. de Excidio Hieroſolymitano. cap. 30.* qui de eodem luculentiùs ait: *Ipſa alacritate incautior; confixum clavis calceamentum gerens; uſu militarium virorum, non conſideravit polito lapide ſtratum ſolum, quod cavendum foret, ſed quaſi in campo prælianetur ſecurus; labitur, &c.* Ex his deducit prudens lector, primum caligatum fuiſſe Julianum, ut dixi quoque *cap. 3. num. 7.* tum quia ὑποδήματα ferebat ex Joſepho, quod verbum Caligæ reddidit Dio ex diſputatis *cap. 2. num. 5.* tum quia tradunt ambo more militum ceterorum fuiſſe calceatum. Deinde ſpectat penè oculis Caligæ formam crebris, & acutis clavis confixam. Hîc non poſſum non valdè mirari Wolfgangum Lazium, qui *lib. 8. Commentariorum Reip. Romanæ. cap. 13.* agens de Caligis militaribus, producit hoc clariſſimum Joſephi & Hegeſippi teſtimonium, & tamen definit Caligas eſſe ſupra genua extentas, & braccis alligatas; quod eſt dicere, vel oblonga tibialia eſſe, vel feminalia. Clavatas Caligas admittit, Juvenalis, Plinii, duorum horum Hiſtoricorum, & aliorum ſcriptorum auctoritate coactus. At ut clavorum officium in Caligis

ligis explicant, ſcripſit hæc feminalia conſui clavis conſuevisse: quod pauci ſine riſu [3] legent. Tranſiit ad ruſticos hic mos ſuffigendi calceamenta clavis. Theophraſtus id obſervavit in Græcia: nos in Italia paſſim conſpicimus.

12. Altera probatio eſt, nomen impoſitum clavis factis ad uſum Caligarum, ab ipſis Caligis manifeſtò deductum, quo clavi hujuſmodi dicuntur *caligares*, & *caligarii*. Plinius *lib.* 9. *cap.* 18. tradit in lacubus Lario, & Verbano, Vergiliarum ortu, exiſtere piſces, *ſquamis conſpicuos crebris atque præacutis clavorum caligarium effigie*, & *libro* 22. *cap.* 22. Fungo naſcenti caligarem clavum rubigine nocere tradit. Soſipater Chariſius *in Grammatica Inſtitu-*

3 Itaque ſine riſu non legit Nigronus, ſed parum modeſte, dum rem magis ridiculam ipſe efficit. Dixit enim Lazius *caligas eſſe ſupra genua extentas & braccis alligatas*; ſed hoc tantum, non etiam propterea eſſe tibialia vel feminalia. Dein dixit idem Lazius *Romanos ignominioſum putaviſſe clavis conſuere caligas*, non feminalia; vel braccas, ut ait Smetius. Nec feminalia in caligis reſpexit, ſed omnino calceos tam alte pedem tegentes. Eſt rudis illa phraſis *caligas clavis conſuere*, quæ jocanti Plauto magis conveniret; ſed Nigronus potius animadvertiſſet, parum recte *faſciatas* & *ſacerdotales* caligas ab eo proferri ex Cicerone & Herodiano, & caligam peroni ſimilem ſtatui. Itaque non adeo ridenda eſt Lazii deſcriptio, quam tuetur ſatis una gemma, in qua cælatum putant T. Quintium Cincinnatum, ubi is ſive caligas ſive ocreas, certe tale tegumentum, cui calcei adhærent, ſupra genua attrahit *in t.* 2. *Theſ. Ant. Græc.*

Digitized by Google

ſtitutionibus: Caligarius artifex: Caligaris clavus: Sympoſius quoque *Clavus Caligaris. Caligarios* dixerunt idem Plinius & S. Iſidorus, ut dicam *num.* 14.

13. Dixi *num.* 8. multos fuiſſe clavos in Caligis. Nam creberrimos dixit Joſephus in calceamento Juliani Centurionis extitiſſe. Juvenalis *Satyra* 16. innuit hanc crebritatem:

Cum duo crura habeas, offendere tot caligatos
Millia clavorum.

Multitudinem quoque indicat ænigma ejuſdem Sympoſii 57. quod *num.* 15. deſcribam. Ob hanc multitudinem neceſſariam clavorum caligariorum, conſueverunt interdum Imperatores donare militibus clavos hujuſmodi[4]: idque donativum *Clavarium* nominatum eſt, ut prodit Dionyſius Gothofredus *in notis ad Feſtum. lit. C.* Tertiò minutos fuiſſe ſcripſi ex Iſidoro *num.* 8. atque hoc neceſſarium erat, cùm eſſent multi. Sed quid immoror in coa-

e cer-

4 Mirum, quod non id quoque ab Gothofredo proditum dicit. Sed lapſus eſt Nigronus exiſtimans ipſos clavos militibus donatos ab Imperatoribus, quum iſta donativa conſiſterent potius in pecunia ad emendos clavos, ſimiliter ac in calciatio, de quibus erudite agunt L. Torrentius *ad Suetonii Veſpaſianum c.* 8, & Caſaubonus *ad ſæpius laudatum caput Theophraſti* περὶ ἀγροικίας.

cervandis probationibus antiquorum Scriptorum? Arcus Conſtantini non modò Caligas militum nobis exhibet tales, quales Trajana columna, ſed etiam multis clavis ſuffixas, cujuſmodi nos vidimus in illa columna edita typis. Joſephus Caſtalio *in notis ad Cælium Sympoſium* ſcripſerat à ſe obſervatos clavos in Caligis militum Conſtantinianorum in eo arcu. Curavi & ego ab amicis obſervari. Apparuerunt in compluribus Caligis clavi: formam clavatæ Caligæ ad me tranſmiſerunt, quam *in fine capitis* ſpectandam edo; ut jam nullus relictus ſit dubitationi locus.

14. Quartò ac poſtremò ferreos fuiſſe aſſerui. Plinius *lib.* 34. *cap.* 14. à quo verba tranſcripſit S. Iſidorus *libro* 16. *Originum, cap.* 20. diſputans de multiplici genere ferri: *Aliud*, inquit, *brevitate ſola placet, claviſque caligariis.* Æneis interdum uſos in eandem rem, lego Nonium, qui Lucilii verſum habet:

Fulmentas clavis aneis ſubcudere.

Verùm luxuria mortalium uſque eo proceſſit, ut æs & ferrum in aurum mutarentur, tum apud Græcos, tum apud Romanos. De Græcis lege Juſtinum *libro* 38. qui narrat in Antiochi exercitu tantam pretioſorum metallorum, quorum amore inſa-

inſaniunt mortales, fuiſſe copiam, *ut etiam gregarii milites Caligas auro figerent*: quod confirmat Valerius *libro* 9. *cap.* 1. ut dixi ſuperius *cap.* 2. *num.* 4. Tradit præterea Plinius *lib.* 33. *cap.* 3. *Agnonem Tejum Alexandri Magni præfectum, aureis clavis ſuffigere crepidas* conſueviſſe; quod etiam Plutarcho, & Athenæo *lib.* 12. cognitum fuit. Hunc luxum avertens ab homine Chriſtiano Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Pædag. cap* 11. *Verè ergo*, inquit, *turpia ſunt illa Sandalia, in quibus ſunt aurea velut donaria: quin etiam circumcirca clavos ſoleis infigere æquum cenſent.* Irrepſit & in Latium idem luxus, fœdavitque Romanos. Teſtis Plautus *in Bacchidibus; Actu* 2. *ſc.* 3. *v.* 97.

Sed divesne eſt iſtic Theotimus? CA. etiam rogas?

Qui ſoccis habeat aurum ſuppactum ſolum.

Si Plauti ævo hic luxus, quantus poſtea, imperio atque opibus auctâ Româ? exſtimare licet proculcatum fuiſſe aurum in Caligis militaribus, etiam à gregariis militibus; ut in exercitu Regis Antiochi. De nimio luxu fœminarum in Sandaliis, aliiſve generibus calceorum, non eſt hoc loco differendum, quòd excedat fines propoſitæ diſputationis meæ. Legatur Cle-

mens Alexandrinus *libro* 2. *Pædag. cap.* 11. & ibidem Gentianus Hervetus ſcholiaſtes. Nicolaus Serarius in *cap.* 10. *Judith. q.* 2. Bened. Juſtin. *tr. de Apoſtolatu diſp.* 1. *cap.* 4. §. 29. Vincentius Regius *t.* 2. *Dilucidat. Euang. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 19.

15. Poſtremò nodus ſolvendus eſt, objectus mihi poſt tertiam editionem: Utrum hi clavi minuti, ſic infixi eſſent in ſolea, ut cuſpides terræ ſolum, an verò capita contingerent. Fateor me in prioribus editionibus propendiſſe in eam ſententiam, ut putarem cuſpides humi ſerpſiſſe, capita plantis adhæſiſſe. Hac ratione pedum incolumitati videbatur magis eſſe conſultum, quod plana & lævia clavorum capita exiſtimarem: & teſtimonia Juvenalis & S. Auguſtini producta *num.* 8. cenſebantur ad id probandum idonea. Revocavi ſcripta, mutavique ſententiam lecto *ænigmate* LVII. Cælii Sympoſii Poëtæ memorati, de *caligari clavo*, quod ſic habet:

In caput ingredior, quia de pede pendeo ſolo;
Vertice tango ſolum, capitis veſtigia ſigno,
Sed multi comites caſum patiuntur eumdem.

Ultimus verſus multitudinem & crebritatem clavorum innuit, de qua dixi *num.* 13.

13. Duo priores perſpicuè ſignificant clavorum capita terræ converſa eſſe, non averſa, terramque contingere. Quis aliter interpretetur, *in caput ingredi*, *vertice ſolum tangere*, & *capitis veſtigia ſignare?* Verùm ſi quis adhuc hæret, inſpiciat formam Caligæ clavatæ, quam ex arcu triumphali Conſtantini expreſſam hîc exhibeo [5], & omnem deponet dubitationem. Cernis in ea clavos multos, & crebros, & minutos, & capite inverſo eſſe. Quinetiam, quod maximè notandum eſt, capita retuſa non ſunt & complanata; ſed acuta, & trilatera videntur, ut ad me quoque ſcripſit, qui hoc in arcu vidit & expreſſit: addens ſibi videri ſimilia capitibus clavorum, quibus Salvatoris manus pedeſque cruci configuntur, Atque hoc tres alii teſtes oculati mihi confirmarunt. Ex quo intelligas juſtam fuiſſe querimoniam Juvenalis, & metum S. Auguſtini de militis pede, calcantis pedes aliorum civium: quoniam capita clavorum in conum deſinentia, non

e 3 pre-

5 Et ſimul, ſi velit, eam picturam, quam præbet Joh. Smetius *in Antiquit. Neomag.* *pag.* 100. qui politiſſimus vir eam quoque Caligæ formam exhibere ſibi perſuadet, & contra Nigroni diſputationem alte a ſolo editam fuiſſe ejus ſoleam ex ſua colligit. Sed videant illi viri docti, an omnes clavatorum calceorum diverſæ formæ ad ſolam caligam militarem referri debeant, quum frequentiſſimum illorum fuiſſe uſum apud alterius ſortis homines docuerint Galenus & Clemens Alexandrinus.

Digitized by Google


premére ſolum & contundere, ſed etiam conterere ac perforare poterant pedem, quem calcaſſent. Hinc quoque benè capimus cauſam, lapſûs Juliani Centurionis; qui non potuit in marmoreo ſolo, lævigato ac lubrico figere veſtigium; fugientibus, acuminatis capitibus clavorum è ſolido marmore. Atque hæc ſatis de forma Caligæ, ac de tota controverſia ſubſecivis horis pertractata. Stylum ad graviora convertamus.

Sequitur effigies Caligæ clavatæ *ex* arcu Constantini *pagina* 98. *promiſſa.*

L E.

Digitized by Google

Pag. 102.



Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI.

UT rei per ſe obſcuræ nullam non lucem fœneraremur, viſum fuit adjicere, quæ de hoc argumenti genere veteri ævo propior TERTULLIANUS, atque ad eundem Illuſtris SALMASIUS adnotavit. [Quod ut tanto magis & nos efficiamus, huic poſtremæ editioni ſimul ea adjunximus, quæ idem ille eximius Vir paulo poſt annotaverat, quæque ſine cauſa neglexerat Amſtelodamenſis editor.] Tu his, benigne Lector, fruere, & vale.

Digitized by Google

TERTULLIANUS

Cap. V. De Pallio.

CAlceos nihil dicimus, proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verùm & falſam: quàm enim non expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo uncipedem, magnum inceſſui munimentum ſutrinæ Veneriæ proſpexêre perones effœminatos.

Et paucis interjectis.

Si quid calceatus inducitur, mundiſſimum opus eſt, aut pedes nudi magis, certè viriles magis quàm in calceis.

CLAU-

Digitized by Google

CLAUDII SALMASII

AD HÆC LOCA

Q. SEPT. FLORENTIS

TERTULLIANI

NOTÆ.

C*Alceos nihil dicimus proprium togæ tormentum*] Calcei togæ proprii. nam apud Romanos toga ſine calceis non ſumebatur, nec calcei ſine toga. in urbe ut togæ uſus, ita calceorum. extra urbem cum in ſeceſſu agebant, ſine toga & ſine calceis erant. Plinius *lib*. 7. *Epiſt*. 3. ad amicum quem de ſeceſſu ruris in urbem revocare nititur: *quin ergo in urbem redis? ubi dignitas, honor, amicitiæ tam ſuperiores quam minores. Quouſque regnabis? quouſque vigilabis cum voles? dormies quamdiu voles? quouſque calcei nuſquam? toga feriata? liber totos dies? tempus eſt te reviſere moleſtias noſtras, vel ob hoc ſolum, ne voluptates iſtæ ſatietate langueſcant.* quouſque, inquit, dabitur tibi, ut calceos non inducas, & togam non in-

Digitized by Google

duas, id eſt feriatam habeas? ita interpungenda eſſe verba illa Plinii docuimus olim. cum toga feriabatur, calcei nuſquam erant. ut calcei togæ proprii, ſic ſoleæ vel crepidæ pallii, ut infra dicemus. Quæ differentia Latinis eſt inter calceum & ſoleam, eadem apud Græcos ponitur inter ὑπόδημα, & ζανδάλιον. cum calceum Romanum Græci auctores reddere volunt, non aliter vertunt, quam ὑπόδημα. Artemidorus *lib.* 4. *cap.* 74. Χρυσάμπελος ὁ λυειστὴς δίκην ἔχων περὶ παιδὸς εἰς δουλείαν ἀγομένου, ἔδοξε τὸν Πᾶνα βλέπειν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθεζόμενον, ἔχοντα Ρ'ωμαϊκὴν ἐσθῆτα καὶ ὑποδήματα. hoc eſt, togam, & calceos. & quamvis apud Latinos omne calciamentum, & quidquid pedibus inducitur, *calcei* nomine veniat; proprie tamen ac ſtricte *calceum* appellarunt id calciamenti genus, quod totum pedem & infime & ſuperne tegebat, eaque ratione diſtinguebatur à ſoleis, quæ plantam pedis tantum veſtiebant, ſuperiore parte nuda. Servius: *ſane Flaminicæ non licebat, neque calceos, neque ſoleas morticinas habere.* οὔτε ὑποδήματα, οὔτε σανδάλια. Nam & Græci quoque licèt omne genus calceatûs ὑποδήματα appellent, propria tamen ac ſtricta notione, nomen hoc tribuunt calciamentis cavis, in quæ pes

pes intromittitur, quæque ἀπὸ τῶν σανδαλίων diſcernuntur. nam ὑπόδημα κοῖλον vocant calciamentum, quo pes totus tegitur & amicitur, ad differentiam ſandaliorum ſive ſolearum, quæ planæ ſunt, non cavæ, ideoque plantas pedum tantummodo tegunt. Itali hodie *pianellas* ob id vocitant. Heſychius κάλποι, ὑποδήματα κοῖλα ἐν τοῖς ἱππεύουσι. mentio τοῦ καλποῦ etiam apud Rinthonem. Pollux: ὁ Ῥίνθων δὲ κολοφωνίου τε καὶ καλποῦ, καὶ οἶκος ἐν Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. vox Sicula κάλπος, de cavo & profundo calciamento. unde Latina *calcius*. Plutarchus quoties calcei Romani mentionem facit, fere ſemper reddit κάλπον, ut in libro γαμικῶν παραγγελμάτων, & alibi. diſtinguunt igitur Græci τὸ κοῖλον ὑπόδημα, καὶ τὸ σανδάλιον. Pollux: μέρη δὲ ὑποδημάτων, γλῶτται, καττύματα, ὕσπληγες, καὶ ζυγοὶ δὲ τὸ περὶ τοῖς ὄνυξι τοῦ κοίλου ὑποδήματος, καὶ τοῦ σανδαλίου τὸ τοὺς δακτύλους συνέχον. calceus eſt κοῖλον ὑπόδημα, quod abſolute etiam ὑπόδημα Græci appellarunt. idem Pollux: λέγοις δ' ἂν καὶ ὑποδήματα κοῖλα, βαθέα, εἰς μέσην κνήμην ἀνήκοντα· τάδε οὐκ οἶδα εἰ μόνον ἀπὸ χρεῶν ἐστὶν εἰπεῖν ὑποδήματα. Heſychius: βλαῦδες, ἐμβάδες, κρηπῖδες, σανδάλια, ὑποδήματα, vides ὑποδήματα diſtingui ἀπὸ τῶν σανδαλίων. idem: βλαυτοῦν ὑποδεῖν ἢ πλήσσειν

σὶν σανδαλίῳ, οἱ δὲ ὑποδήματι. ſic τὴν βλαύτην alii σανδάλιον, alii ὑπόδημα eſſe volebant. Achmet *in Onirocritico* diverſis ac diſtinctis capitibus, περὶ σανδαλίων, & περὶ ὑποδημάτων tractat. *cap*. 229. eſt περὶ σανδαλίων. *cap*. 244. περὶ ὑποδημάτων, τουβίων, καὶ βρακίων. diverſas quoque in ſomniis ſandaliorum, & calceorum, id eſt ὑποδημάτων rationes ac ſignificationes fuiſſe tradit. ὑποδήματα quippe anguſtias & vincula fere ſignificabant, quia totum pedem conſtringerent & vincirent. ſandalia non item. hinc τὰ σανδάλια apud ſomniorum conjectores, ad mulieres referuntur. calceorum uſum, hoc eſt τῶν ὑποδημάτων Dominus noſter Apoſtolis ſuis interdicit, Matthæi *cap*. 10. *verſ*. 10. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μήτε ῥάβδον. at apud Marcum *cap*. 6. *verſ*. 9. permittuntur iidem habere ſandalia: ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. qui nullum putant Evangeliſtas poſuiſſe diſcrimen inter ὑποδήματα & σανδάλια, longiter errant: & hæc ratio eſt conciliandi cum Marco Matthæum, quum alia nulla ſit. ὑποδήματα ſunt calcei qui totum pedem tegebant: hos Dominus Apoſtolis interdixit. σανδάλια ſunt ſoleæ, quæ plantam pedum duntaxat ſubtegebant: has

Domi-

Digitized by Google

Dominus diſcipulis ſuis permiſit. & ſane Apoſtolos non prorſus nudipedes fuiſſe, ſed ſandalia geſſiſſe conſtat ex Actis Apoſtolorum *cap.* 12. de Petro qui in cuſtodia erat: εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Sandaliorum quæ Apoſtoli pedibus inducerent ſæpe mentio fit *in Vitis Apoſtolorum* apud Abdiam. Ex veteribus tamen Patribus extitere quidam, qui ad allegorias confugerent in conciliandis locis illis Evangeliſtarum. nonnulli ex Matthæi loco collegerunt omnem omnino calciamentorum uſum Apoſtolis ſuis Dominum interdixiſſe. Euſebius *Hiſtor. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 3. de Heracla Presbytero: πάντων δὲ μάλιστα τὰς εὐαγγελικὰς φωνὰς φυλακτέας ᾤετο δεῖν εἶναι, τάς τε περὶ τοῦ μὴ δύο χιτῶνας, μηδ' ὑποδήμασι χρῆσθαι περιβαινούσας. & paulo poſt: λέγεται γοῦν καὶ πλειόνων ἐτῶν γῆν πεπατηκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑποδήματι. Si Domini præceptum περὶ ὑποδημάτων, ita interpretere, ut Heraclas ille faciebat, neceſſe eſt ut pugnet Marcus cum Matthæo. ſed aliter interpretabantur antiqui in Ægypto monachi, qui ſandalia velut à Domino permiſſa geſtabant, calceos hoc eſt ὑποδήματα velut interdicta recuſabant. Caſſianus *de Habitu monach. cap.* 10. *Calcia-*

menta vero velut interdicta Evangelico præcepto recuſantes, cum infirmitas corporis, vel matutinus rigor, ſeu meridiani æſtus fervor exegerit, tantummodo caligis ſuos muniant pedes, interpretantes uſum earum vel Dominica permiſſione ſignari, ut ſi in hoc mundo conſtituti, cura & ſollicitudine carnis hujus, omnimodis exuti eſſe non poſſumus, nec ab ea penitus prævalemus abſolvi, ſaltem occupatione levi, & implicatione tenui neceſſitatem corporis explicemus. Caligas vocat, τὰ σανδάλια. & ita verſio vulgaris reddidit. Gloſſæ: *σανδάλιον, caliga.* eadem igitur erat differitas inter ὑπόδημα, & σανδάλιον Græcis, quæ Latinis inter calceum & ſoleam. Romani cum togam deponebant, exuebant & calceos. ad menſam accubituri ſoleas depoſitis calceis ſumebant; & cœnatoria veſte togam mutabant. Sed de his plura in libro *de Calceis veterum*, quem adjuncturi ſumus commentario *de Re Veſtiaria.*

Immundiſſimam pedum tutelam] Odori ſudorique pedum adſcribunt iſtam calceorum immunditiem, quia in calceis pedes ſordidi olidique, aura non exſpirante. quod ineptiſſimum eſt. non pedes immundos, ſed pedum tutelam, hoc eſt calceos dicit Tertullianus. nam quomodo pedes ſor-

Digitized by Google

ſordidi aut immundi poſſent eſſe in calceis? immundiſſimam pedum tutelam calceos dicit eſſe, quia pulvere & luto plerumque ſordidi. Martialis:

At mihi quem cogis medios abrumpere
ſomnos,
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur laxa cum pes vagus exit
aluta,
Et ſubitus craſſa decidit imber aqua?

& alibi:

Quam vetus à craſſa calceus udus aqua.

Querolus non Plautinus:

Sume laneos cothurnos, ſemper refluos cal-
ceos,
Quos pluvia ſolvat, pulvis compleat, cœ-
num & ſudor glutinet.
Sume calceos humili fluxos tegmine,
Quos terra revocet, fraudet limus con-
color.

Quam non expediat] Repoſuimus antiquam lectionem, *quem non expediat rigere nudipedem.* ſic dicebant, *expedit hoc me facere.* ſed & *expedit me*; & *expedit mihi* veteres protulerunt. Valerianus *Homilia prima: Quid autem rationalem animam, & ad Dei imaginem factam expediat, facile poteſt homo intelligere, cum videt ſacratis per conſtitutionem Dei conſtitutionibus diſciplinæ*

etiam

etiam elementa ſervire. ſic *impedire aliquem*, & *impedire alicui*, pro impedimento eſſe, dixere.

In algore & ardore rigere nudipedem] Pes nudus in algore riget, & friget, nam rigor etiam pro frigore: ſed quomodo in ardore & per æſtum rigere quis dici queat? putavi aliquando delendum eſſe illud *ardore*, ac legendum: *quem enim non expediat in algore rigere nudipedem, quam in calceo uncipedem?* quam ſententiam nondum mutavi. Poſſet tamen aliquis non inepte conjicere, duplici ſenſu heic poſitum τὸ *rigère* à Tertulliano. riget aliquis nudipes in algore, qui friget: at riget uncipes in calceis per ardorem, qui pedes rigidos in calceis habet, ita ut eos vix explicare, aut expedite flectere poſſit: pedem enim rigidum tenet calceus, atque ita conſtringit, ut vix flecti patiatur. longe quippe flexibiliores, & expeditiores pedes ſine calceis, quam calciati. ſic duplici notione poſuerit heic Tertullianus, & pro frigere, & pro rigidum eſſe.

Quam in calceo uncipedem] Ad repandos veterum Romanorum calceos alludere auctorem quidam volunt. ſane ad uncinatos alluſiſſe videtur. Cato apud Feſtum: *qui magiſtratum curulem cepiſſent, calceos mulleos*

mulleos gerebant, alii uncinatos, alii perones. uncinatos calceos aliquando de lunatis accipiebamus. falluntur certe docti viri qui uncinis & clavis confixos interpretantur. de mulleis calceis alibi diximus. rubros calceos ita vocabant Romani. non tamen dicti mullei, quod rubri eſſent, ſed quod repandi. nam μύλλος & μύλλιος repandum ſignificat. tales erant veterum Tyrrhenorum calcei, quibus reges Albanorum primi, deinde & patricii uſi ſunt, ut ſcribit Feſtus in voce *Mullei*. rubri inquam erant, & repandi. ſed mullei dicebantur, quod eſſent μύλλιοι hoc eſt repandi, non quod rubri. Poſtea καταχρηστικῶς calceum quemlibet rubrum appellarunt mulleum, etiam ſi repandus non eſſet. & ſane color mulleus pro rubro, nuſquam niſi de calceis uſurpatur. quod ſi coloris nomen eſſet, de re qualibet, quæ colorem illum haberet, uſurparetur. atqui de calceis tantum dicebatur apud Romanos. errant igitur & qui mulleos calceos à colore mulli piſcis dictos, & qui mullo piſci nomen inditum putant à colore mulleorum calciamentorum, ut Feneſtella apud Plinium. mullus ſane piſcis Græca voce etiam dictus eſt, quod μύλλος eſſet. nam μύλλος eſt καμπύλος, στρεβλὸς, σκολιός. hinc κυφαὶ τρίγλαι Epi-

Epicharmo apud Athenæum : ἄγε δὴ τεί-γλας τε κυφὰς κἀχαρίστους βαιόνας. quidam mulleos, à *mullando* hoc eſt ſuendo vocatos putarunt. ſed cur mullei à mullando potius, quam quodlibet aliud calciamenti genus? nam omnes calcei mullabantur, hoc eſt ſuebantur. μύειν Græce eſt connivere, & conjungi. inde ὑποκοριστικὸν μύλλω. ut ἀπὸ τοῦ βύω, βύλλω, & ſimilia. inde Latinum *mullare*, id eſt ſuere: nam qui ſuunt, disjuncta jungunt. hinc & μύλλειν ἀντὶ τοῦ πλησιάζειν. mullei igitur, ſunt τὰ μύλλια ὑποδήματα τὰ καμπύλα. Tyrrhenorum calceorum hæc duo propria fuere, τὸ καμπύλον, καὶ τὸ φοινικοῦν. Sappho de Tyrrhenis calceis : ποικίλος μάσθλης, Λύδιον καλὸν ἔργον. μάσθλητα Grammatici interpretantur, δέρμα ἢ ὑπόδημα φοινικοῦν. tales erant & calcei Albanorum regum. nam à Tuſcis formam eam acceperunt. Notat Dio Cæſarem Albanorum regum more, à quibus originem gentis ſuæ repetebat, calceos puniceos in uſu habuiſſe. qui triumphabant, & qui curulem magiſtratum ceperant, calceos mulleos ſive puniceos gerebant. Servius de Tyrrhenis calciamentis : *dicit crepidas quas primo habuere ſenatores, poſt equites Romani, nunc milites.* Milites tempore Servii calceos acu-

mini-

Digitized by Google

minatos & repandos habebant, ut ex Leonis & Conſtantini Tacticis alibi obſervamus. hæc de calceis repandis, quos *mullos* & *mulleos* dixiſſe veteres, hoc eſt μύλλεις, certiſſimum eſt. cum omnes calcei qui ea forma eſſent, ita dici deberent: ſolis puniceis hoc nomen datum eſt per abuſum, & poſtea ita acceptum quaſi de colore ſic vocarentur. in hujuſmodi calceis ſeu repandis ſive uncinatis, qui pedem incluſum habebat, inde fortaſſe *uncipedem* hoc loco dixit Tertullianus. ſed vetus editio, & noſtrum exemplar, legunt, *hunc pedem.* ex quo feciſſe apparet correctores, *uncipedem.* ego maluiſſem *vincipedem.* ſine dubio reſpexit Afer noſter ad Muſonii philoſophi dictum, quod apud Stobæum legitur, qui ut ἀνυποδησίαν commendaret, inter *calciari* & *vinciri* parum diſcriminis eſſe ſtatuebat. verba hujus hæc ſunt: καὶ τὸ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυναμένῳ κρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι. ἡ δὲ ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐκολίαν τοῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἠσκημένοι ὦσι. quod dictum à Muſonio mutuatus eſt Clemens Alexandrinus in Pædagogo *lib.* II. *cap.* XI. ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία, πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο. καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. hinc

hinc Tertullianus *nudipedem* eſſe præſtare dixit, quam *vincipedem*, hoc eſt nudos quam vinctos pedes habere. τὸ δ' ὑποδεδέσθαι ἐγγὺς τῷ δεδέσθαι. inde Latinis *vincla* pro calciamentis. Virgilius:

Unum exuta pedem vinclis in veſte recincta.

& alio loco *Tyrrhena vincula*, apud eumdem, ſunt calciamenta Tuſca. Ovidius:

Arida de vinclis crura reſolve tuis.

Sutrina Veneria] Hæſere in his ſutrinis Veneriis venuſti interpretes. ſed hoc illis incommodum videtur fuiſſe, qui primus loco movit veterem lectionem. nam vetus codex habet cum prima editione, *ſutrina Venetia*, aut etiam *Venecia*. non aliam videntur habuiſſe cauſam ſcripturæ illius mutandæ, quiqui primum eam mutaverunt, niſi quod ad id inducti ſunt illis verbis quæ ſequuntur, *perones effœminatos.* viſum igitur iis fuit, optimum eſſe factum, ut ſutrinæ Veneriæ ſtruerentur ſuendis peronibus effœminatis. ex illis porro Veneriis ſutrinis, non calcei tantum effœminati & venuſti, ſed etiam ridiculæ & invenuſtæ prodierunt expoſitiones. nam *Venerias ſutrinas*, interpretantur Romanas, quia Venus mater Romanorum, aut Veneri ſervientes, id eſt venuſtati. utraque expo-

ſitio

ſitio abſurdiſſima. mallem ſi *Venerias* legerem, ſutrinas intelligere muliebres, & muliebribus uſibus ſervientes. nam calcei magis mulieribus conveniebant quam viris. hinc *perones effœminatos* vocat calceos, & infra: *pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis.* ſed *Venetias ſutrinas*, quas conſtanter retinent libri veteres, cur mutemus? Venetias ſutrinas dictas putaverim in quibus Venetæ pelles ſuerentur, ex quibus calcei conficiebantur. in Venetia autem aut Veneta regione pelles olim optime curari & confieri ſolitas crediderim, ſuendis calciamentis aptas. nam in Venetia pecudum magna erat copia, ergo & pellium ex quibus calcei fiebant. ovium Altinarum & Euganearum frequens & celebris mentio apud veteres, quæ loca ſunt in Venetiarum tractu. fortaſſe etiam & calcei ſive perones optimi in Veneta regione concinnabantur; unde *Venetias ſutrinas* dixerit Tertullianus. *Venetias* autem *ſutrinas* dixit ἀρχαϊκῶς pro Venetas, ut *Gallia mulieris* apud Salluſtium: ut *terra Italia*, & *terra Gallia* apud Livium.

Perones effœminatos] Stultam differentiam hoc loco inducunt, peronum ruſticorum, & calceorum urbanorum. *Perones* heic ſunt calcei urbani, nec contemptim

aut

Digitized by Google

aut ſatyrice ita eos vocavit Tertullianus, quia in aliqua re ſimiles eſſent, ſed valde proprie. nam calceum veteres qui ad mediam uſque tibiam aſcendebat, peronem vocarunt. perones ſane etiam geſtabant rustici, ſed ex crudo corio factos, καὶ ὠμοβυρσίνους. unde *crudus pero* Virgilio, τὸ ὠμοβύρσινον ὑπόδημα. Medorum Parthorumque calceos idem Tertullianus *perones* vocitavit in libro *de Habitu muliebri: Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Roma de faſtidio Parthorum & Medorum, ceterorumque gentilium ſuorum coram matronis erubeſcentem, niſi quod nec ad oſtenſionem fere habentur. latent in cingulis, & cylindros vagina ſua ſolus gladius ſub ſinu novit, & in peronibus emergere de luto cupiunt.* an & ibi contemptim perones Parthorum calceos appellat? calcei quoque Romanorum ita vocantur Catoni apud Feſtum: *qui curulem magiſtratum cepiſſent, mulleos calceos gerebant, alii uncinatos, ceteri perones.* *pero* eſt βαθὺ καὶ κοῖλον ὑπόδημα qualis erat Romanus calceus, qui ad medium crus uſque perveniebat, totus ex corio, ut ſunt quas hodie *bottinas* vocamus. hos calceos, & *Zanchas* & *tubulos* & *caligas* & *perones* etiam nuncuparunt. at *campagi* aliud erant: non enim integra ſolidaque pelle

pelle crura operiebant, ſed faſciis multis reticulatim implexis cingebant, de quibus nos alibi.

Si quid calciatus inducitur] Ut proprius ac ſuus togæ calceatus, ita & pallii. nam ut calcei togæ, ſic pallii ſoleæ. fallitur magiſter ille qui ad hunc locum notat calceos Latine dici quicquid pedibus inducitur. quod falſum eſt apud eos qui proprie loquuti. calceos ſupra Tertullianus proprium togæ tormentum eſſe dixit, ſi calcei togæ proprii, non pallii utique communes & togæ. calceos itaque & ſoleas ita Latini diſtinguunt, ut Græci ὑπόδημα, & σανδάλιον. & ſane vox κάλλιος, unde Latina *calceus*, κοῖλον ὑπόδημα ſignificabat. κοῖλα ὑποδήματα quæ & ὑποδήματα abſolute dicta, ἀπὸ τῶν σανδαλίων diſcernebantur. ad ſuendos & concinnandos calceos ſive κοῖλα ὑποδήματα forma lignea opus erat, quam Græci καλόποδα vel καλοπόδιον vocant. Pollux: περὶ ἃ γίγνεται καὶ περιῤῥάπτεται τὰ κοῖλα ὑποδήματα, καλόποδες οὐ κατὰ τὴν νῦν χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἀρχαίαν κέκληνται. at ſandalia ſive ſoleæ circum formam non ſuebantur: nam concava non erant, ſed plana, & ſolum πέλμα ſive κάττυμα habebant, quod ad pedem habenis quibuſdam religabatur circa digitos primores. Turpilius: *San-*

Sandalio innexa digitis primoribus. Pollux: καὶ ζυγοὶ δὲ τὸ περὶ τοῖς ὄνυξι τοῦ κοίλου ὑποδήματος, καὶ τοῦ σανδαλίου τὸ τοὺς δακτύλους συνέχον. Heſychius: ζυγὸς, ὁ παρακείμενος ἱμὰς τοῖς δακτύλοις τῶν σανδαλίων. & proprie ἱμάντες dicebantur. Pollux: Τυῤῥηνικὰ τὸ κάττυμα ξύλινον τετραδάκτυλον. οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι. σανδάλιον γὰρ ἦν. *habenas* reddidit Gellius ubi de ſoleis loquitur. ſed nos hæc alibi latius. *Subtelares* porro etiam Latini vocarunt hujuſmodi calceamenta, quæ calces plantarum infime tegebant: nam *ſubtel* Priſciano eſt infima pars pedis. inde *ſubtelaris* vel *ſubtolaris* calcei genus, quod ſubtel duntaxat tegebat. Iſidorus: *Talares calcei, ſocci ſunt, qui & inde nominari videntur, quod talum contegant, unde ſubtolares, qui ſub talo pedum ſunt, quaſi ſubtalares.* ita legendus ille Iſidori locus ex veteribus libris. ſed fallitur: nam *ſubtolares* ſive *ſubtelares*, ut potius ſcribi debet, ab ea parte pedis vocati quæ *ſubtel* dicebatur. inde vox Gallica *ſouliers*. Infimæ ætatis ſcriptores varie hanc vocem extulerunt & corruperunt, modo *ſubtlares* vocando, modo *ſubtulares*, & *ſolutares*, atque etiam *ſutulares*. ſed de variis ſandaliorum calceorumque generibus alibi dicendi locus. palliatorum igitur calceatus, ſolea vel crepi-

da.

Digitized by Google

da. Philoſophi Cynici de quorum calceatu heic loquitur auctor, ſoccos gerebant. Plautus in Perſa:

Cynica eſſe è gente oportet paraſitum probum,
Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium.

ſocci, ſandalii genus a voce Græca σύκχος. Heſychius: σύκχοι ὑποδήματα Φρύγια. συκχάδες etiam dicebantur. idem: συκχάδες ὑποδήματος εἶδος. Pollux: ἡ δὲ συκχὶς κρηπῖδι μὲν ἔοικεν, ὠνόμασται δ' ἐκ τοῦ συνέχειν τὸν πόδα. in Græco Epigrammate συκχὶς vocatur:

—— —— καὶ μονόπελμον
Συκχίδα.

baxeas Philoſophis tribuit Apulejus: baxea autem ſandalii ſpecies. ſic enim Mileſiarum II. *nec deerat qui pallio baculoque, & baxeis & hircino barbitio philoſophum fingeret.* at vetus Epigramma Leonidæ, βλαύτια Cynico aſſignat:

Ὁ σκήπων καὶ ταῦτα τὰ βλαύτια, πότνια Κύπρι,
Ἄγκειται κυνικοῦ σκῦλα Ποσωχάρεος.
Ὄλπη τε ῥυπόωσα, πολυτρήτοιό τε πήρης
Λείψανον, ἀρχαίης πληθόμενον σοφίης.

βλαύτια etiam ſandalii genus. Heſychius: βλαύτια, κρηπῖδες ἢ σανδάλια. Antiqui Chri-

Digitized by Google

ſtiani, qui Philoſophorum εὐτέλειαν in habitu & calceatu imitabantur, βλαύτας aut phæcaſia pedibus inducebant. ita enim præcipit *in ſuo Pædagogo* Clemens Alexandrinus: εἰ δὲ μὴ ὁδεύοιμεν, ἀλλὰ μὴ φέροιμεν τὴν ἀνυποδησίαν, βλαύταις χρηστέον, ἢ κονίποδας αὐτὰ ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τὸ πελάζειν μοι δοκεῖν τῇ κόνει τὼ πόδε. omnia hujuſcemodi calciamenta humili ſolo erant. unde & μονόπελμα dicebantur. Heſychius: καρβατίνη μονόπελμον ὑπόδημα. ſunt quæ vocamus Gallice, *ſouliers à ſimple ſemelle*. nam πέλμα Græci vocant, quam nos *ſemellam*. Eratoſthenes:

Πέλμα ποτιῤῥάπλεσμεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο.

tales erant & κονίποδες. Pollux: οἱ δὲ κονίποδες, λεπτὸν ὑπόδημα πρεσβυτικόν. τόδε κάττυμα κοῦφον ὡς ἐγγὺς εἶναι τῆς κόνεως τὸν πόδα. Calcei autem, hoc eſt κοῖλα ὑποδήματα, ut plurimum ſolo alto erant. ut ſimpliciſſimum autem & viliſſimum veſtimenti genus, hoc eſt philoſophicum pallium, veteres Chriſtiani induebant, ſic & philoſophicum quoque calceatum pedibus inducebant, ſandalia nempe, vel humiles ſoccos.

Si quid calceatus inducitur] *Induci* proprie calcei dicuntur. ſupra: *impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum*. Cornifi-

niſteius *libr.* 1. de Rhetorica ad Herennium: *ſolea lignea in pedibus inducta.* Corrigendus Plinius *libr.* 33. *cap.* 11. *noſtraque ætate Poppæa conjux Neronis principis delicatioribus jumentis ſuis ſoleas ex auro quoque induere ſolebat.* legi debet, *inducere.* Apulejus *lib.* 2. *& cum dicto juvenem quempiam linteis amiculis intectum, pedeſque palmeis baxeis indutum, & adusque deraſo capite producit in medium.* omnino ſcribendum: *pedeſque palmeis baxeis inductum*, id eſt, palmeas baxas pedibus inductas habentem.

Mundiſſimum opus eſt] Soleæ quæ mero ſolo conſtabant mundiſſimum opus erant, nihil quippe ſordidi aut immundi in illis viſebatur, quod oculos offenderet: nam præter habenas quibus religabantur, nihil habebant, quod ſordidari poſſet. at calcei ex pelle facti, & uſque ad medium crus aſcendentes, luto ſemper aut pulvere oppleti multam immunditiem oſtendebant: ideo *immundiſſimam pedum tutelam*, calceos ſupra dixit eſſe: non propter ſudorem, ut ſtupidi magiſtri argutantur, ſed propter lutum & pulverem, ut ad locum obſervavimus. nam ſudor aut non inquinat calceos, aut non videtur, quum inquinat. nam internæ illæ ſordes ſunt. at de im-

munditie illa loquitur auctor quæ in oculos incurrit. hoc niſi eſſet, nihil etiam ſordidius ſandaliis. nam ſolum eorum ſemper lutum & pulverem calcat, ut & calceorum.

Aut pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis] Si quid calceatus, inquit, inducitur à palliatis, ſandalia ſunt non calcei, quæ res mundiſſima eſt: frequentius tamen nihil omnino calceatus inducunt, ſed nudipedes agunt, quod virile magis eſt. Clemens Alexandrinus Pædagog. *lib.* 2. *cap.* 11. ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία, πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο, καὶ γὰρ πῶς ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. ἀσκητικώτατόν γέ τοι γυμνοῖς χρῆσθαι τοῖς ποσὶ, καὶ πρὸς ὑγείαν καὶ εὐκολίαν εὔθετον, ἔνθα μὴ ἀνάγκη τις διακωλύοιτο. De Cynicis autem heic loquitur Tertullianus, qui ſi quid calceatus inducebant, ſoccis aut blautiis calciabantur, ut paulo ante obſervabamus. plures tamen ex his nudipedalia magis celebrabant. ideo dixit auctor, pallio Cynico amictos ſiquid calceatus gererent, mundiſſimum opus eſſe, nudos tamen magis pedes habere, hoc eſt ἀνυποδητεῖν. nam Cynici plerumque ἀνυπόδητοι, ut ἀσκητικοί. nihil autem ἀσκητικώτερον, quam ἀνυποδησία, quæ propria erat Cynicorum, & omnium Phi-

Digitized by Google

Philoſophorum qui paulo auſteriorem ἄσκησιν profiterentur. Ariſtophanes *in Nubibus*:

Αἰβοῖ πονηροί γ', οἶδα τοὺς ἀλαζόνας,
Τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις,
Ὧν ὁ κακοδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.

Pythagoriſtæ quoque hanc eandem ἀνυποδησίαν exercebant, ut alibi obſervamus, ſed omnium maxime Cynici Philoſophi. Lucianus de Cynico: αὐχμεῖς, ἀχίτων εἶ, ἀνυποδητεῖς. vide & Dionem Chryſoſtomum in ea περὶ σχήματος. quare immaniter errat profeſſor Pariſienſis qui *pedes nudos magis* heic de ſoleatis accipiendos cenſet, quorum pedes intecti & nudi. nam ſolea pedem non tegebat, ſed plantam pedis tantum. Tacitus *Annal.* 11. de Germanico: *pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.* Græci quoque cum res Romanas tractant, ἀνυποδήτους interdum vocant, non qui prorſus calceatu carent, ſed qui calceos Romanos non habent, licet Græcanicas ſoleas inducti ſint. nam ὑποδήματα proprie calceos vocabant, ad diſtinctionem σανδαλίων. ſed hoc loco ita accipi neutiquam poteſt. nam hoc ſenſu Græco omnes ἀνυπόδητοι erant, qui cum ſoleis & crepidis incedebant. De Græcanico calceatu, & philoſophico heic ſermo eſt. Græci Philoſophi aut ſoleati

Digitized by Google

erant aut nudipedes, ſed calceos ſic proprie dictos nuſquam habebant. ſic *magis* heic poſitum eſt ἀντὶ τοῦ *potius*. pedes nudi potius, quam ſoleati aut ſoccati. nam frequentius nudis pedibus agebant Cynici quam ſoleatis. per hyemem fortaſſe in ſoleis vel ſoccis, æſtate nudipedes agebant.

Certe viriles magis quam in calceis] Clemens: ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία. contra mulieres calceatas ire decet, ne pedem nudum oſtendant. idem ibidem: γυναιξὶ μὲν οὖν τὸ λευκὸν ὑπόδημα συγχωρητέον, πλὴν εἰ μὴ ὁδεύοιεν. τότε δὲ ἀλειπτῷ χρηστέον. ἡλωμένων δὲ δέονται καττυμάτων αἱ ὁδεύουσαι. πλὴν τὰ πολλὰ ὑποδήμασι χρηστέον αὐταῖς. οὐ γὰρ ἁρμόζει γυμνὸν ἐπιδείκνυσθαι τὸν πόδα. Hinc *ſutrinas Venerias* ſupra dixit, & *perones effœminatos*.

L E-

Digitized by Google

LECTORI.

QUæ ſequuntur, Lector benevole, ALBERTI RUBENI ſunt, viri, non ſuo minus quàm ſuorum merito celeberrimi, in quibus per ſaturam cuncta hujus argumenti exhibentur, ut vel hoc ſolo nomine prætereundus hîc nobis non fuerit. Quod ſi gratum id tibi acceptumque animadverterimus, eſt quod nobis, eſt quod tanto viro gratulemur. Vale.

Digitized by Google

ALBERTI RUBENII
ex libro II
DE RE VESTIARIA
CAPUT I.
DE CALCEO SENATORIO.

Calceus Senatoriæ dignitatis inſigne. Antiquiſſimi Romanorum omnes perones portarunt: qui Magiſtratum curulem geſſerant calceos ex aluta mulleos. Cato menda purgatus. Calcei mullei alutati, aluminati. Mullei unde nomen acceperunt. Eos geſtarunt Albanorum Reges, & Romanorum, poſtea qui curulem Magiſtratum geſſerunt, ſed tantum diebus ſolemnibus, quum ludos celebrarent. Hi calcei inter triumphantium inſignia fuerunt. I. Cæſar contra conſuetudinem ſemper iis uſus. Cur? Mullei calcei differebant a Patriciorum calceis. Illi erant ex ſandaliorum ſive crepidarum genere. Cothurnus. Tyrrhenici Tuſci calcei. Mullei ſimiles cothurnis. Cothurnorum forma. Ad mediam uſque tibiam perveniebant. Crepida, ſandalia quid. Caliga militum crepida. Σανδάλια. *Calcei rubri Imperatorum Byzantinorum cothurnis mulleis ſimiles.*

Lo-

LOcus hic poſtulare videtur, ut cum de lato clavo Senatorio ſatis actum ſit, aliqua etiam de calceis dicamus: duo enim hæc Senatoriæ dignitatis ornamenta; unde Horatius ea conjungit:

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum demiſit pectore clavum.

Sed ut de lato clavo, ita etiam de calceis Senatoriis magna inter eruditos controverſia; dum alii rubros, alii nigros fuiſſe contendunt. Ego, quoniam nemo adhuc in hac materia mihi plene ſatisfecit, omiſſis aliorum ſententiis, hîc breviter opinionem meam in medium proferam. Olim quidem in ipſo naſcentis Reip. exordio tam Senatores, quam alii, Perones, id eſt, calceos cavos ex crudo corio portabant: ſoli illi qui Magiſtratum curulem geſſerant, calceos ex aluta habebant, & quidem mulleos, id eſt, rubros aut puniceos. Aperte id Cato indicat *lib.* 7. *Originum*: [a] *Qui Magiſtratum curulem cepiſſet, Calceos mulleos alutacinatos, ceteri Perones.* Qui locus mirum in modum torquet interpretes. Quidam enim emendant, [b] *Uncina-*

f 5

a *Apud Feſtum in Mulleos.* b *Scaliger in Feſtum.*

cinatos; nonnulli, [c] *lunutatos*; alii [d] *mulleos calceatus*. nec deſunt qui [e] *aluta cinnatos* legendum eſſe contendunt. Ego accedo iis, qui [f] *mulleos alutatos* legunt, aut, ſi mavis, *aluminatos*: ſic enim & Marcellus [g] *pellem aluminatam* dicit. Illo igitur tempore de quo Cato loquitur, non alii calcei ex aluta in uſu erant, niſi mullei, qui vel nomen à colore mulli piſcis acceperunt, ut Iſidorus aſſerit, vel id nomen piſci illi à colore mulleorum calceamentorum datum, ut Feneſtella apud Plinium exiſtimat. Hos autem mulleos Albanorum Reges portarunt [h], deinde & Romanorum Reges. Etenim & Romulus πεδίλοις ἐχρῆτο ἐρυθροῖς, *calceis utebatur rubris*, ut Zonaras ait *lib.* 2. *Annal.* Sed expulſis Regibus & Reip. forma mutata, mulleorum uſus perſtitit penes eos qui Magiſtratum Curulem geſſerant, ſi *Feſto* credimus. Nec tamen exiſtimo eos ſemper & ubique iis calceis uſos; ſed diebus ſolemnibus ſolum, ut quando ludos celebrabant aut thenſas ducebant. Tunc enim etiam palmatam, & cetera triumphantium ornamenta portabant, ut ſupra latius diximus, cum

c *Revard. l.* 1. *Variorum c.* 8. d *Savaro ad Sidonium Epiſt.* 20. *lib.* 4. e *Torrent. in Horatium Sat.* 6. *lib.* 1. f *Turneb. lib.* 19. *Adverſ. c.* 24. g *Apud Salmaſium Plinian. Exercitat.* h *Ut Feſtus ait.*

Digitized by Google

cum de palmata tractavimus. Unde credo etiam calceos mulleos inter inſignia triumphantium fuiſſe: illi enim eodem quo priſci Romæ Reges cultu utebantur, ut Dionyſius tradit. Atque ita conjunguntur veſtis triumphalis, & calcei puniceí in veteri inſcriptione de C. Mario: DE MANUBIEIS CIMBRICIS ET TEUTONICEIS ÆDEM HONORI VICTOR FECIT VESTE TRIUMPHALI CALCEIS PUNICEIS. Julius Cæſar autem inſolens in eo viſus eſt eſſe, quod diebus etiam non feſtis mulleos calceos geſtabat, nempe ut ſe ab Regibus Albæ oriundum teſtaretur, qui iis calceis olim uſi fuerant. Dio *lib.* 49. Καὶ τότε ἔπι καίπερ παρηβηκὼς ἐς κάλλος ᾔσκει. τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει, καὶ ταύτῃ μὲν ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον ἐχρῆτο. *Atque is jam provectiori jam ætate formæ ſtudebat; delicatiori enim veſte ſemper luxuriabat, atque jam calceamento, quo interdum quoque utebatur, alto & puniceo ex more Regum Albanorum, ad quos genus ſuum referebat ab Iulo.* Ubi videmus calceos Regum Albanorum mulleos fuiſſe, ſolo alto, & colore puniceo. Unde Salmaſius haud male

Digitized by Google

colligit, hos mulleos eoſdem fuiſſe cum Tuſcis aut Tyrrhenicis calceis. Quod ſi verum eſt, longe ſane differebant mullei à patriciis aut Senatoriis Romanorum calceis, qui cavi erant, & totum pedem tegebant, cum Tyrrhenici ex ſandaliorum ſive crepidarum genere eſſent, ut Pollux & Heſychius teſtantur. Sane mulleos *ſimiles eſſe cothurnorum* [i] Iſidorus ait. *Cothurnus* autem, ut idem aſſerit, *eſt calceamentum in modum crepidarum*. Et forte Tyrrhenici calcei iidem cum cothurnis, cum Ovidius cothurnum Lydium appellet, id eſt Tyrrhenicum aut Tuſcum:

Lydius apta pedum vincla cothurnus erat.

Sed ut hoc non auſim aſſeverare, ita non vereor affirmare mulleos Regum Albanorum fere ſimiles fuiſſe cothurnis. Utrique enim punicei erant, utrique etiam tibiatim calceabantur, ut de mulleis prodit Titinnius apud Feſtum, de cothurnis Virgilius

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

Sed optime omnium cothurnos deſcribit Sidonius *in Panegyrico Anthemii* de Româ Dea:

Perpetuo ſtat planta ſolo, ſed faſcia primos
Siſtitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
Mit-

[i] *Lib.* 19. *Etymol. c.* 34.

Mittit in adverſum vincto de fomite pollex,
Quæ ſtringant crepidas, & concurrentibus anſis
Vinclorum pandas texant per crura catenas.

Ex quo abunde videmus cothurnos hos, quamvis crepidæ ſive ſandalia eſſent, tamen ad mediam uſque tibiam perveniſſe. Crepidæ enim ſive ſandalia, appellantur omnia calceamentorum genera, quæ digitos pedum haud includunt, quamvis etiam medium crus tegant: ita & caligæ militum Romanorum crepidæ erant aut ſandalia, quamvis ad mediam uſque tibiam aſcendebant, ut conſtat ex arcu Conſtantini, ubi caligam clavatam videmus, quam exhibet Joſephus Caſtalio *decade* 2. *Obſervat. cap.* 4. Atque hinc haud male vetus Actorum interpres σανδάλια *caligas* vertit, ut & Gloſſæ σανδάλια *caligæ*. Etenim & caligæ ex ſandaliorum genere erant, quamvis tibiatim calceabantur: digitos enim pedum haud includebant. Quod non animadverterunt * viri eruditiſſimi, qui magno animorum motu diſputant, an caligæ ſandalia ſint, an verò calcei cavi. Illud non poſſum hic omittere, calceos rubros

* *Salmaſius ad Pallium. Kerkoëthius in Animadverſis.*

Digitized by Google

Imperatorum Byzantinorum ſimiles omnino fuiſſe cothurnis mulleis Regum Albanorum; erant enim crepidæ puniceæ, ut ex Nicephoro Gregora conſtat *lib.* 3. *c.* 8. quæ tibiatim calceabantur, ut Procopius aſſerit *lib.* 3. de Ædificiis. Hinc non improprie Corippus cothurnos appellat:

Purpureo ſuræ reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis.

Vetus Gloſſarium: *cothurnis* βασιλικὴ τζαγή.

CAPUT II.

Perones, calcei cavi ex crudo corio. Calceos ex aluta poſtea Romani geſſerunt. Perones effeminati. Mulleorum & patriciorum calceorum differentia contra Budæum, Lipſium, alios. Mullei crepidæ erant, patricii cavi. Patriciis calceis corrigia adſuta & lunula.

EX his quæ diximus ſatis conſtat, calceos mulleos Regum Albanorum crepidas fuiſſe, ſive cothurnos ex aluta rubra, quos ſoli illi portabant diebus ſolemnibus, qui Magiſtratus curules geſſerant; alii autem omnes illo tempore, de quo Cato loquitur, perones portabant, id eſt, calceos cavos ὠμοβυρσίνας ex crudo corio; hinc

Digitized by Google

hinc *crudus* pero Virgilio, & *ſetoſus* Sidonio. Sed poſtea Romani omnes cœperunt uti calceis ex aluta, qui tamen ut perones cavi erant, & totum pedem tegebant, quos ideo Tertullianus *perones effeminatos* vocat, quia crudi perones magis viriles ſunt. Patritii tamen calcei à plebe differebant; portabant etenim calceos patritios, quos omnes recentiores, Budæus, Revardus, Briſſonius, Lipſius, Petavius *ad Themiſtium*, & alii cum mulleis confundunt; ſed malè meo judicio. Si etenim omnes patricii iis utebantur; non video, quare Julius Cæſar notatus fuerit, qui ὑποδέσει ἐρυθροχρόῳ κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους ἐχρῆτο. *Calceamento puniceo utebantur, quale olim Reges Albani geſtarunt.* Julium enim Patritium fuiſſe omnes norunt. Adhæc mullei erant crepidæ, ut apertè probavimus, cum omnes calcei urbani Romanorum, tam patricii quam plebeji, cavi eſſent, ut totum pedem tegerent, ut omnes confitentur. Unde miror Feſtum ſcribere: *Malleos genus calceorum ajunt eſſe, quibus Regum Albanorum primi, deinde Patritii uſi ſunt.* Niſi forte illos ſolum patritios intelligit, qui magiſtratus curules geſſerant. Iſidorus ſane, qui multa ex optimis auctoribus habet, patritios à mul-

mulleis diverſos facit. Separatim enim utroſque deſcribit: *Mullei*, inquit, *ſimiles ſunt cothurnorum ſolo alto, ſuperiore autem parte cum oſſeis vel areis malleolis, ad quos lora deligantur: dicti autem ſunt à colore rubro, qualis eſt Mulli piſcis.* De patritiis ibidem: *Patritios calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, aſſutaque luna. Iis ſoli Patritii utebantur, luna autem in iis non ſideris formam, ſed notam centenarii numeri ſignificabat, quod initio Patritii Senatores centum fuerint.* Ubi duo notat in calceis Patritiis eximia, quatuor nempe corrigias, & lunulam adſutam; ut & Zonaras qui calceos Patritiorum aliis diverſos fuiſſe ait: τῇ τε ἐπιπλοκῇ τῶν ἱμάντων καὶ τῷ τύπῳ τοῦ γράμματος. *Inflexione lororum & nota litteræ.*

CAPUT III.

Patritii calcei quatuor corrigias habuerunt, quæ ad medium crus perveniebant. Dempſteri & Marcilii error. Plebeji unicam tantum ligulam, Patritii quatuor habebant. Lora patritia. Martialis obſcurus locus illuſtratus. Extrema ligula. Corrigiæ in calceis patritiis & Senatoriis ex nigra aluta. Non totus calceus niger, ſed ligula tantum. Non læſum pedem coccina aluta cingit.

Biblioteca Nazionale V. E. III - NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

cingit. Coccini oalcei ex Parthicis pellibus, eorum uſum ſibi ſoli Imperatores vindicarunt. Corippus correctus. Calcei patritiorum vel albi erant, vel coccinei, vel aurati, vel κεγτητοί.

PAtritii igitur calcei * quatuor corrigias ſive ligulas habebant, quæ ad medium uſque crus perveniebant, quod Horatius innuit:

Nam ut quiſque inſanus nigris medium
impediit crus
Pellibus.

Ad quem locum Acro: *Et circumdedit medium crus, quia altiores ſunt calceis Senatorum.* Ubi ſatis apparet, Acronem non loqui de altitudine ſoli, ut male exiſtimant Dempſterus *ad Roſinum l. 5. c. 36.* Marcilius *ad Perſium*, & alii; ſed de altitudine ipſius calcei, qui altius crus tegebat quam plebeius. Cum enim calcei plebeii unicam tantum ligulam ſive corrigiam haberent, qua religabantur: Patritii qua-

* Nec aliter conſulares. Sane enim Diptychon Leodienſe, quod Reverendo pariter & doctiſſimo. *P. Wilthemio* debemus, cum *Anaſtaſium Conſulem* lato clavo, toga picta, tunica palmata, ſubarmali profundo, mappa circenſi, ſcipione eburneo, & ſella curuli inſignem exhibuiſſet, calceos ei tribuit quatuor corrigiis tranſverſim ſupra pedem & medio crure tenus adſtrictos; Vide figuram hic. [& ſi lubet, cum hac compara Poſidippi ſtatuam in *t. 2. Theſauri Ant. Gr.* ubi ſimiles corrigias deprehendes.]

quatuor corrigiarum erant, ut Iſidorus ait, quæ inter ſe implexæ ad medium uſque crus aſcendebant. Ita Zonaras *lib.* 2. *Annal.* Patritiorum calceos inſignes fuiſſe ait τῇ τε ἐπαλλαγῇ τῶν ἱμάντων καὶ τῷ τύπῳ τοῦ γράμματος. atque has corrigias Seneca *lora patritia* vocat libro *de Tranquillitate animæ, cap.* 11. *Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augurale, & lora patritia, & ſordes comitentur, & exportatio, & notæ, & mille maculæ & extrema contemptio?* & ita in antiquo prope portam Numentanam Prætor qui mappam mittit, habet calceos cavos, quorum corrigiæ inter ſe implexæ uſque ad ſuras aſcendunt. Vide apud Philippum Rubenium *lib.* 1. *Elect. cap.* 30. Ex his quæ diximus forſitan explicari poteſt difficillimus Martialis locus *lib.* 2. *Epigr.* 29.

Rufe, vides illum ſubſellia prima terentem,
Cujus & hinc lucet ſardonychata manus:
Quæque Tyron toties epotavere lacernæ,
Et toga non tactas vincere juſſa nives.
Cujus olet toto pinguis coma Marcelliano,
Et ſplendent vulſo brachia trita pilo.
Non extrema ſedet lunata ligula planta,
Coccina non læſum cingit aluta pedem.

Et

Et numeroſa linunt ſtillantem ſplenia frontem.

Ignoras quis ſit? ſplenia tolle, leges.

Ubi illud, *non extrema ſedet*, male habet: omnes interpretes, & alii quidem ſubſtituunt, *non heſterna*: alii *non externa*: quidam etiam illud, *non extrema*, conantur exponere, ſed invito Apolline. Ego exiſtimo hic à Martiale ligulam illam, quæ in pede ſedet, non extremam dici, quia Stigmatias ille, in quem invehitur Martialis, calceos patritios quatuor corrigiarum portabat, atque ita ligula illa infima, quæ pedem tangit, haudquaquam extrema erat, cum contra in calceis plebeiis extrema eſſet: illi enim non habebant alias illas ligulas, quæ inter ſe implexæ uſque ad ſuras aſcendebant. Has autem corrigias in calceis patritiis & Senatoriis ex nigra aluta fuiſſe indubitatum eſt. Horatius:

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus

Pellibus.

An verò totus calceus niger fuerit, dubitari poteſt, cum Horatius ſolummodo loquatur de parte calcei, quæ crus tegebat, id eſt de ligulis ſive corrigiis: imo ex Juvenali contrarium elici poteſt: nempe haudquaquam totum calceum, ſed partem ſolum-

Digitized by Google

ſolummodo ſuperiorem ad tibias pervenientem nigram fuiſſe; ait enim *Satyra* 7.

Adpoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Si enim lunula hæc quæ circa talos adſuta erat, ſubtexebatur nigræ alutæ, ergo pars quidem calcei, quæ ſupra talos erat, & crus impediebat, ex nigra aluta erat; non illa quæ talos & pedem tegebat. Ad hæc verbero ille apud Martialem, qui omnia Patritiorum ornamenta ſibi arrogabat, pedes cingit coccina aluta:

Coccina non læſum cingit aluta pedem.

Ubi & illud notandum, quod Martialis reprehendit in eo, quod *non læſum pedem* coccina aluta cingit. Etenim illi qui pedes læſos habebant, ſine reprehenſione coccina aluta uti poterant. Parthicæ enim pelles, ex quibus coccini calcei concinnabantur, molliſſimæ erant, atque ideo læſis pedibus aptæ; quamvis poſtea cum Imperatores ſoli vindicarunt ſibi coccinos calceos, aliis omnibus interdictus fuerit illorum uſus. Corippus de Caligis Imp. Conſtantinop.

Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
Sanguineis prælata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris tactu molliſſima plantis.

In libris M. SS. eſt

Par-

Parthica campago dederant quæ tergora fucus.

Videndum an forte legendum ſit:

Parthica campago dederant quæ tergora fucis.
Sanguineis prælata roſis.

De campagis paulo poſt agemus. Sed ut ad calceos nigros revertamur, Scholiaſtes Juvenalis *ad Satyram* 1. negat Senatores tempore Juvenalis nigros calceos portaſſe. *Illo enim tempore* inquit, *necdum Senatores nigris calceis utebantur*. Quando autem iis uſi ſint, poſtea dicemus. Unde mihi perſuadeo, corrigias quidem & lora patritia ex nigra aluta fuiſſe; non vero ipſos calceos; qui vel albi erant, vel coccinei, vel aurati, vel etiam κεντητοί. De albis calceis Martialis *lib.* 7. *Epigr.* 33.

Sordidior cœno cum ſit toga, calceus autem
Candidior prima ſit tibi Cinna nive.

De coccinis idem:

Coccina non læſum cingit aluta pedem.

Et hos quidem etiam *mulleos* vocarunt deinde à colore, quamvis multum diverſi eſſent à forma mulleorum, quibus Albani Reges uſi ſunt. De auratis & κεντητοῖς Epictetus *cap.* 61. *Enchiridii*: Καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος ἐὰν τὸν πόδα ὑπερβῇς γίγνε-

ται

τιῃ κατάχρυσον ὑπόδημα εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. *Ut & in calceo ſi ultra pedem progreſſus fueris, fit auratus calceus, deinde purpureus, deinde acu pictus.* Ad quem locum Simplicius: Ταύτῃ δὴ ἦν ὡς ἔοικε παρὰ Ρ᾽ωμαίοις καὶ περὶ τὰ πορφυρᾶ καὶ κεντητὰ φιλεργία, ὥστε καὶ τῶν καταχρύσων αὐτὰ προτιμᾶσθαι. *Tanta videtur apud Romanos in conficiendis calceis purpureis & acu pictis fuiſſe curioſitas, ut auratis etiam præferrentur*, κεντητὰ autem ὑποδήματα ſunt quæ arte Phrygionis laborata ſunt & acu picta, ut Salmaſius ait *in Fl. Vopiſcum*. D. Chryſoſtomus *Homil. 22. ad populum Antiochenum*: Καὶ γὰρ πολλοὶ πρὸς τοῦτο βλακείας καὶ ἀσωτίας ἐξώλισθον, ὡς καὶ τὰ ὑποδήματα καλλωπίζειν, καὶ πάντοθεν αὐτὰ ποικίλλειν οὐχ ἧττον ἢ τὰς ὄψεις ἕτεροι. *Eo mollitiei & luxuria multi prolapſi ſunt, ut etiam calceamenta variis coloribus fucent, & ubique pingant: non ſecus ac alii vultus.* Et hæc quidem ſentio de calceis patritiis Romanorum, a qua opinione non admodum abit doctiſſimus Petavius *in Notis ad Orationem* 14. *Themiſtii.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

Lunula patritii calcei ornamentum Cur iis adſuta. Error Zonaræ & Joannis Antiochenſis. Lunula hæc non fuit fibula eburnea lunæ corniculantis ſpecie. Fibulæ ſuperiori parti pedis appoſitæ. Uncinati & lunati calcei confuſi. Salmaſius refellitur. Lunulæ talis appoſitæ. ἐπισφύριον non fuit fibula. Heroum ocreæ ex candido ſtanno: illarum ornamenta circa malleolos ἐπισφύρια. Lunulæ Patritiorum erant eburneæ ad formam mediæ lunæ. Lunatis calceis utebantur non tatum Senatores patritii: ſed & ii, qui patritii generis erant, ante Senatoriam ætatem. Calcei Senatorum, qui non patritii erant, ſimiles ferè erant patritiis, excepta lunula. Differebant etiam inflexione ligularum.

ALterum patritii calcei ornamentum erat lunula adſuta, de qua videndus Plutarchus *Problem.* 86. ubi diverſas ejus rei rationes ponit, quarum tamen nulla placet viris doctis, qui magis probant eam quam Iſidorus aſſignat: *Luna autem*, ait, *in eis non ſideris formam, ſed notam centecarii numeri ſignificabat, quod initio Patritii Sena-*

Senatores centum fuerint. Unde male Zonaras, qui, cum alibi legiſſet, littera centenarium numerum deſignante calceos patritios ornatos fuiſſe; id de R littera interpretatus eſt, quæ apud Græcos nota eſt numeri illius. Nec diſſimilis error Joannis Antiochenſis cujus locus extat apud Cl. Salmaſium *in Notis ad Pollionem*, & *ad ſcriptionem Regillæ.* Communis Doctorum opinio hoc inſigne calcei patritii fuiſſe fibulam eburneam lunæ corniculantis ſpecie in malleolo pedis. Ita Alexander ab Alexandro *cap.* 18. *lib.* 5. Cœlius Rhodiginus *Lect. Antiquarum lib.* 20. *cap.* 26. Pierius *lib.* 4. *Hieroglyph cap.* 23. Iſaacus Grangæus *in Satyram* 7. *Juvenalis*, & alii. Quæ ſententia quamvis haud tam abſurda eſt, ut eam exiſtimat M. Zuerius * Boxhornius; tamen mihi haud omnino probatur. Video enim in antiquis ſtatuis fibulas calceorum non apponi malleolis pedum, ſed in ſuperiore parte pedis. Iſidorus de mulleis: *Superiore autem parte, cum oſſeis vel areis malleolis ad quos lora religantur.*

Alii per lunulam patritiam uncinum intelligunt, in fronte prima calcei infixum, unde uncinatos ſive repandos calceos cum

luna-

* *Ad quaſt. Rom. Plutarchi fol.* 132.

lunatis confundunt. Ita Cl. Salmaſius *in notis ad Dedicat. Statuæ Regillæ*, & M. Zuerius Boxhornius, quos ſatis refellit Philoſtratus, dum ait, lunulas has non in parte anteriore calcei, ſed circa talos pedis fuiſſe appoſitos. Totum illius locum adſcribam, quia nemo plenius patritias lunas deſcribit. Sic igitur ille *lib.* 2. *de Vitis Sophiſtarum* in Herode Attico: Ἐπὶ τούτοις ὡς ἀληθέσι γράφεται αὐτὸν φόνου Βραδούας ὁ τῆς Ῥηγίλλης ἀδελφὸς εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις, καὶ τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένος τῷ ὑποδήματι, τοῦτο τέ ἐστιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς, καὶ παρελθὼν ἐς τὸ Ῥωμαίων βουλευτήριον, πιθανὰ μὲν οὐδὲν διήει περὶ τῆς αἰτίας ἣν ἐπῆγε, ἑαυτοῦ δὲ ἔπαινον ἐμακρηγόρει περὶ τοῦ γένους. ὅθεν ἐπισκώπτων αὐτὸν ὁ Ἡρώδης, σὺ ἔφη, τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις. Id eſt: *Ob hæc, quaſi vera eſſent, ipſum cædis accuſat Braduas Regillæ frater, celeberrimus inter Conſules, & nobilitatis notam appoſitam calceis geſtans; hæc vero nota eſt* ἐπισφύριον *ex ebore, lunæ inſtar. Inde cum in Senatum Romanum veniſſet, nihil probabile de crimine quod accuſabat enarravit, ſed laudes ſuas proſapiæ ſuæ longo ſermone produxit; unde Herodes irridens eum: Tu, inquit, nobilitatem in pedum malleolis habes.* Ubi videmus, lunulam Patritiorum fuiſſe ἐπισφύ-

ρεον ἐλεφάντινον μηνοειδές. Sed difficultas vertitur in voce ἐπισφύριον, quæ etiam extat apud Homerum *Iliados γ.* & *Iliad. τ.*

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
Καλὰς ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας,

Quos verſus ita reddit Eobanus Heſſus:

——— ——— *Tum cruribus aptat*
Ære renidentes ocreas, quas fibula loris
Arctabat niveis.

Et ſic etiam omnes lexicographi recentiores τὸ ἐπισφύριον *fibulam ocrearum* exponunt. Unde Cœlius & alii etiam lunulam patritiam fibulam eſſe exiſtimarunt; ſed obſtant omnes veteres Grammatici, qui aliter hanc vocem interpretantur. Didymus: ἐπισφυρίοις] τοῖς τῶν σφυρῶν καλύμμασιν, *malleolorum tegumentis.* Heſychius: ἐπισφύρια τὰ καλύπτοντα τὰ σφυρὰ ἐπισφύρια, *quæ tegunt malleolos.* Vide etiam Euſtathium, & alios. Unde arbitror, antiquorum Heroum ocreas, quæ erant ἑανοῦ κασσιτέροιο, id eſt, ex candido ſtanno, ut Homerus, circa talos aut malleolos pedum ornamenta quædam habuiſſe ex argento vel auro, quæ Homerus ἐπισφύρια vocat, quia malleolos pedum tegunt. Atque ita etiam Patritios Romanorum calceos eodem in loco ornamentum eburneum ad formam mediæ lunæ habuiſſe,

quod

quod à Philoſtrato ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς vocatur. Unde *in veteri Inſcriptione*, quæ dedicationem ſtatuæ Regillæ continet, hi calcei dicuntur πέδιλα ἀστερόεντα περὶ σφυρῷ. Omnes verſus qui ad hanc rem faciunt apponam, quia unice opinionem noſtram confirmant:

Αὐτὰρ ὁ ἀστερόεντα περὶ σφυρῷ παιδὶ πέδιλα
Δῶκεν ἔχειν τὰ λέγουσι καὶ Ἑρμάωνα φορῆναι
Ἦμος ὅτ' Αἰνείαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν
Νύκτα διὰ δνοφερήν. ὁ δὲ οἱ περὶ ποσὶ σαωτὴρ
Παμφανόων ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος αἴγλης
Τόνδε καὶ Αἰνεάδαι παρεναρράψαντο πεδίλῳ
Σύμβολον Αὐσονίοισιν ἐϋγλυφέεσσι γέρειον.
Ὥ μιν ἐκόσμησεν καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα
Περσήνων ἀρχαῖον ἐπισφύριον γέρας ἀνδρῶν.

Quos ſic vertit Salmaſius:

At princeps lunata pedum dat vincula
nato:
Qualia Mercurius quondam geſtaſſe putatur,
Cum flamma Æneam, belloque eduxit
Achivûm
Per noctem: at multa cum luce ſalutifer
illi
Circulus hærebat pedibus, luna æmulus
orbi.
Quem talo adſutum mox nexuit Æneadum gens,

 Nobi-

Digitized by Google

Nobilibus clarum Auſoniis inſigne futu-
rum
Cecropidem quamvis, Grajaque ab gente
profectum,
Hunc talare decus Tuſcorum exornat
avorum.

Lunatos hos calceos portabant omnes Senatores Patritii, ut à novitiis diſtinguerentur. Interpres Juvenal. ad illud *Sat.* 7.

Adpoſitam nigra lunam ſubtexit aluta,

Patritius Senator eſt, nam adſuta calceis lunula diſcernuntur Patritii à novitiis. Sed & Patritii ante ætatem ſenatoriam, immo ante prætextam depoſitam, lunulas habebant in calceis. Papinius *lib.* 5. *Sylvarum:*

Sic te clare puer genitum ſibi Curia ſenſit,
Primaque patritia clauſit veſtigia luna,
Mox Tyrios ex more ſinus, tunicamque
potentem
Agnovere humeri.

Supereſt ut videamus, quibus calceis Senatores, qui non erant Patritii, uſi fuerint florente Imperio. Nam ſane haudquaquam lunatos fuiſſe eorum calceos, ſatis in confeſſo eſt, & tamen diverſos fuiſſe à plebeiis, ex Cicerone conſtat 13. *Philippica: Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem, mutavit calceos,*

Pater

Pater Conſcriptus repente factus eſt. Servius Senatores crepidas olim geſtaſſe ait ad illud *ex* 8. *Æneidos:*

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis:

Tuſca calceamenta: & dicit crepidas, quas primo habuere Senatores, poſt Equites Romani, nunc milites: alii calceos Senatorios volunt, quia hoc genus calceamenti à Tuſcis ſumptum eſt. Quæ vera ſunt, ſi illa reſtringamus ad Senatores, qui Magiſtratus curules geſſerant. Si enim, ut ſupra diximus, aliquando geſtabant crepidas mulleas, quæ ſimiles Tuſcis calceamentis, ut Salmaſius probat. Neque aliter Servius explicari poteſt; alii enim Senatores omnes ſemper calceos cavos portabant; crepidæ enim antiquis temporibus ſemper probroſæ Senatoribus. Vide D. Petavium *ad Orat.* 14. *Themiſtii*, Joannem Sarium Zamoſcium *in Tractatu de Senatu Romano*, ubi Servii ſententiam damnat, quam tamen defendere conatur H. Magius *lib.* 3. *Miſcellaneorum cap.* 3. Mihi ſane indubium videtur, Senatores Romanos florente imperio calceos cavos portaſſe atque eos quidem haudquaquam multum diſſimiles patritiorum calceis, ſi lunulam eburneam excipias, quæ propria Patritiorum. Etenim

Digitized by Google

nim & corrigias illas nigras habebant, quæ crus tegebant. Horatius:

Nam ut quiſquam inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum demiſit pectore clavum.

Tamen etiam aliqua differentia fuiſſe videtur inter calceos Patritios & Senatorios in ipſa inflexione ligularum: quod elicio ex Zonara *lib.* 2. *Annal.* ubi de Servii Tullii regno agens, ea occaſione, quod Regem illum plurima plebi indulſiſſe dixerat, addit, eum aliquos etiam ex plebe in Senatum legiſſe; qui olim quidem plurimis in rebus deteriore quam Patritii jure uſi fuerint. Tandem vero, ſi inter regnum & Sacerdotia quædam excipias, exæquati ſunt Patriciis, ita ut calceis ſolummodo differrent: Τοῖς γὰρ εὐπατρίδαις inquit, τὰ ὑποδήματα ἀστικὰ καὶ τῇ τε ἐπαλλαγῇ τῶν ἱμάντων, καὶ τῷ τύπῳ τοῦ γράμματος ἐκεκόσμητο. *Patritii habebant calceamenta, quæ & inflexione corrigiarum & nota littera ornabantur.*

CAPUT V.

Calcei Senatorii mutati ſub Imperatoribus. Caligas ſumpſerunt pro cavis calceis. Campagis eæ ferè ſimiles erant. Campagis Diaconi Romani uſi. Origo hujus moris. Forma

ma multum differebant a calceis Patritiis florentis Imperii, contra Salmaſium. Campagi fuerunt ſandalia. Amalarius emendatus. Campagi intrinſecus ex albo corio erant, extrinſecus nigri, & Conſulum illius temporis calcei. Candido linteamine illuſtrabantur. Fuerunt inciſi. Campagi reticuli. Sandalia quædam apud Græcos inciſa. Pedules. Udones. Ὀδώνια Pedules Senatorum & Clericorum ex lino, aliorum ex lana. Conſtantiniana Donationis lux.

HÆc vero forma calcei Senatorii, quam modo deſcripſimus, mutata fuit ſub Imperatoribus poſterioris ævi; tunc enim caligas ſumpſerunt Senatores. Tertullianus, ſive quis auctor eſt *Carminis in Senatorem Iſacum*:

> ——— *Caligaque remota*
> *Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.*

Ex quo ſatis liquet, Senatores illo tempore, abdicatis calceis cavis, caligas portaſſe, quod ſane non fecerunt florente Imperio, quo milites ſoli caligas habebant, ut notum eſt; non tamen has Senatorum caligas ſimiles omnino fuiſſe caligis militaribus exiſtimo; ſed ex illo caligarum genere, quas poſterior. ætas *Compagos* appellavit, qui ſane haud multum diverſi

Digitized by Google

erant à caligis. Unde Julius Capitolinus, caligam & campagum confundit in Maximinis: *Nam* inquit *cum eſſet Maximinus pedum, ut diximus octo & prope ſemis, calceamentum ejus, id eſt, campagum regium, quidam in luco, qui eſt inter Aquilejam & Arziam, poſuerunt, quod conſtat pede majus fuiſſe hominis veſtigio atque menſura; unde etiam vulgo tractum eſt, quum de longis atque ineptis hominibus diceretur, Caliga Maximini.* Non tamen omnino ſimiles inter ſe fuiſſe campagos & caligas teſtatur Trebellius Pollio, qui caligas & campagos diſtinguit de Gallieno: *Caligas gemmatas annexuit, cum campagos reticulos appellaret.* Senatorias autem caligas campagos fuiſſe, colligi poteſt ex Juliano veteri Novellarum interprete, qui *Novella* 126 ubi interdicitur Advocatis & aliis, ne, cum cauſas agunt non præſente Imperatore, dignitatis ſuæ inſignia aſſumant, togam nempe & calceos; ibi calceos hos *campagos* exponit. Hi campagi poſtea Diaconis Romanis conceſſi ſunt. Papias: *Campagi calceamenti genus, quo utebantur Diaconi Romani; vel quibus à Pontifice conceſſum eſt.* Recte: etenim & Meſſinenſes Diaconi ex privilegio Pontificum campagos portabant. D. Gregorius *lib.* 7. *Epiſt.* 28. *Pervenit*

itaque

Digitized by Google

itaque ad nos, Diaconos Eccleſiæ Catanenſis calceatos campagis procedere præſumpſiſſe. Quod quia nullis hactenus per totam Siciliam licuit, niſi ſolis tantummodo Diaconis Eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe conceſſum, bene recolitis. Vide Alb. Puciolum *de Antiquo jure Siculæ Eccleſiæ cap. ult.* Natus autem hic mos, ut Diaconi Romani calceis Senatoriis, ſive campagis uterentur à Conſtantino Magno. Ille enim, ſi Donationi ejus credimus, Clericis Romanis calceos Senatorios conceſſit. Verba Donationis ſunt: *Et ſicut noſter Senatus calceamentis utitur cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis, ſic utantur & Clerici.* In Græco eſt, ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ δι' ὀθονίων. Ubi ſatis videmus, calceos, ſive campagos Senatorios illorum temporum, ſandalia fuiſſe, non calceos cavos; unde forma multum differebant a calceis Patritiis florentis Imperii, quamvis contrarium videatur Cl. Salmaſio *in Trebellium.* Etenim & * Amalarius *Eccleſiaſt. Offic. lib. 2. cap.* 18. ſandalia Epiſcoporum *campagos* vocat. *Quia*, inquit, *uſque ad pedes Bedæ pervenit differendo de lineis veſtibus, congruum eſt, ut noſmet ipſi abſolvamus de ſandaliis,*

* *T. 9. Bibl. Patrum fol.* 339.

daliis, *ſive*, *ut alio nomine*, *Campagis*, *qui ſuperſunt in pedibus*. Ita legendum; non, *campobis*, ut editum eſt. Idem *cap*. 25. Sandalia hæc Clericorum, quæ a Campagis Senatorum fluxerint, accurate deſcribit, ut & Honorius Auguſtodunenſis *in Gemma animæ lib*. 1. *c*. 210. Ubi inter alia tradunt, albo corio intrinſecus circumdata fuiſſe ſandalia hæc, extrinſecus verò nigra fuiſſe: unde facile exiſtimo, etiam Senatorios campagos hac forma fuiſſe; etenim & Scholiaſtes Juvenalis cum negat Senatores Juvenalis tempore nigris calceis uſos, ſatis oſtendit, id ſuo tempore in uſu fuiſſe; ſic enim ſcribit ad illud ex *Satyr*. 1.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis:

Oſtendit plus honoris videri in calceis, quam in perſona: illo enim tempore nondum Senatores nigris calceis utebantur. Sed obſtare videntur verba Donationis Conſtantinianæ, * ibi enim vocantur hi campagi ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ δι' ὀθονίων, unde vulgo exiſtimant, ſandalia hæc fuiſſe alba, ex lino. Sed verba Latinæ Donationis evincunt, quæ non alba fuiſſe ipſa calceamenta, ſed candido linteamine illuſtrata oſtendunt.

* *Vide Bulengerum de Veſte Pontificali*, *cap*. 14.

Digitized by Google

dunt. *Et ſicut noſter Senatus calceamentis utitur cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis.* Unde cenſeo campagos hos inciſos fuiſſe καὶ πλυχιδεῖς, ut & olim ſandalia quædam apud Græcos, de quibus * Cephiſiodorus, Σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν. *Sandalia ex tenuiter inciſorum genere.* Ita Honorius Auguſtodunenſis de campagis ſive ſandaliis Epiſcoporum: *Eſt autem genus calceamenti inciſi, quo pes partim tegitur, partim nudus cernitur.* Hinc Gallienus *campagos reticulos* appellabat: *Quia interciſi erant, ut æſtivi calcei hodieque ſunt multifores*, ut ait Caſaubonus *in Notis ad Trebellium.* Quam rationem improbari à Salmaſio haud mirum ſane, cùm ille credat, campagos eoſdem eſſe cum calceis antiquis patritiis. Sed præter hos campagos ita interciſos habebant etiam Senatores & Clerici pedules ſive udones ex lino, qui tranſparente per inciſuras calceamentorum candido linteamine, campagos illuſtrabant. Hoc patet ex verbis Conſtantinianæ Donationis, ſi recte ea intelligamus: *Et ſicut noſter Senatus calceamentis utitur, cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis.* Udones ſive ὀδώνια ut viri docti obſervant, ſunt τὰ περιαπλόμενα τοῖς ποσὶν ὑφάσματα. Viden-

* *Apud Pollucem l. 7. c. 22.*

dendus Salmaſius *in Notis ad Ælium Lampridium*. Meurſius *in Lexico Græcobarbaro* ὀδώνια. Cum autem alii portarent udones ex lana, Senatores, & eorum imitatione Clerici Romani, portabant pedules ex lino, ut ex hoc loco apparet, & ex Amalario *lib.* 2. *de Eccleſiaſt. Officiis cap.* 18. *Sicut per linum, quo pedes veſtiuntur, caſtigatio pedum ſignificatur; ita per ſandalia profectus ad prædicandum.* Atque ita calceamenta candido linteamine illuſtrabantur, & erant λευκὰ δὶ ὀθονίων ſive ὀδονίων.

IN-

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM,

Qui tam in NIGRONO, quàm SALMASIO, & RUBENIO laudantur, corriguntur, aut illuſtrantur.

Abraham Rabbi. 11
Accurſius. 67
Achmet. 108
Acro. 137
Acta Apoſtolorum. 6. 18. 23. 39. 44. 45. 65. 109
Agellius. 22. 32. 33. 34. 43. 46. 68. 82. 83. 120
Alcuinus. 9. 42. 43. 47. 83
Alexander ab Alexandro. 29. 90. 144
Amalarius. 153. 156
S. Ambroſius. 8. 39. 51. 61
Ammianus Marcellinus. 30
Apuleius. 121. 128
Aquila. 9
Arcus Triumphalis Conſtantini. 82. 83. 86. 88. 90. 98. 101
Ariſtophanes. 125
Arrianus JC. 74
Aſconius. 7
Athenæus. 99. 114
S. Auguſtinus. 7. 43. 54. 64. 71. 83. 91. 100
Anton. Auguſtinus. 17. 89
Aurelius Victor. 15. 18. 72
Auſonius. 14. 72

B.

Alduinus. 68
Barradas. 55
Barradius. 57
Bayſius. 11. 31
Beda. 43. 44. 47. 70
S. Benedictus. 7. 52. 66. 68. 83. 85
Benedictus Juſtinus. 44. 55. 100
Beroaldus. 17
Boxhornius. 144
Briſſonius. 75. 135
Bynæus. 10

C.

Ajetanus. 54
Calepinus. 5. 32
Cangæi Gloſſarium. 68
Canticum Cantic. 38. 45
Capitolinus. 19. 23. 152
Caſaubonus. 97. 155
Caſſianus. 40. 54. 64. 65. 69. 109
Caſtalio. 98. 133
Caſtritius Rhetor. 33. 35
Cato. 64. 71. 129. 130.
Celſus. 51
Cephiſodorus. 155
Chryſologus. 58
S. Chryſoſtomus. 38. 142.
Ciacconus (Alfonſus) 81. 82
Ciacconus (Petrus) 17. 44. 56. 68. 65
Cicero. 8. 25. 26. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 59. 148
Clavius. 27
Clemens Alexandrinus. 28. 99. 100. 101. 115. 122. 124. 126.
Cluniacenſis. 52
Codex J. Civilis. 6. 77
Cœlius Rhodiginus. 144. 146
Columna Trajani. 25. 44. 46. 49. 80. 81. 83. 86. 88. 98
Conſtantinus. 115.

g 7 *Corip.*

Corippus. 134. 140
Cornificius. 123
Corpus Canonicum. 24. 89
Cujacius. 24. 67. 75

D.

Daniel. 8. 9. 11
Datus (Georgius) 15
Davanzatus. ibid.
Delrio (Martinus) 17. 23. 38. 39
Dempſterus. 137
Didymus. 146
Digeſta. 29. 89
Dio Caſſius. 15. 20. 21. 39. 72. 95. 114. 131
Dio Chryſoſtomus. 125
Diodorus. 11
Dionyſius Carthuſianus. 44
Dionyſius. 131
Diptychon Leodienſe. 137
Donatus. 17. 32
Durantus. 6. 42

E.

Eduenſis. 42
Epictetus. 141
Epigramma Gr. 121
Eratoſthenes. 122
Euclides. 35
Euſebius. 109
Euſtathius. 146
Ezechiel. 48. 57

F.

Faber. 24. 34. 40. 42. 75
Feneſtella. 130
Fernandez. 6. 55
Fernandius. 38. 39. 48
Feſtus. 89. 92. 97. 112. 118. 130. 132. 135
Fronto. 66
S. Fructuoſus. 52. 69

G.

Galenus. 101
Galeſinius. 6
Gaudentius Brixianus. 41
S. Gaudentius. 35
Gloſſa Accurſii. 6. 77
Gloſſa interlinearis. 44. 152
Gloſſa Benedicti. 66
Gloſſarium Camberonenſe. 35
Gloſſarium vetus Lat. Græcum. 43. 94
Gothofredus (Dionyſius) 97
Grangæus. 144
S. Gregorius Papa. 70. 92. 152
Gregorius Turonenſis. 66
Gretſerus. 6. 17. 45. 56
Gronovius. 93
Gruterus. 22. 73. 76. 90

H.

Hegeſippus. 78. 95
Hervetus. 100
Heſychius. 10. 107. 120. 121. 122. 132. 146
S. Hieronymus. 7. 8. 9. 28. 35. 40. 41. 47. 48. 54. 61. 62. 63. 64
Homerus. 146
Honorius Auguſtodunenenſis. 154. 155
Horatius. 7. 34. 58. 88. 89. 129. 137. 139. 150
Hugo Cardinalis. 44

I.

Iacobus (à Vitriaco) 52
Janſenius. 56
S. Joannes. 46. 64. 91
Joannes Antiochenſis. 144
Joannes a Turrecremata. 52
Joſephus. 21. 47. 78. 94. 97
Joſue. 20
Iſaias. 40. 65
S. Iſidorus. 8. 21. 34. 47. 66. 68. 69. 70. 83. 84. 86. 89. 91. 97. 98. 120. 130. 132. 138. 143. 144
Julianus. 152
Junius (Hadrianus) 6
Juſtinianus Imperator. 78
Juſtinus. 18. 19. 76. 98
Juvenalis. 91. 95. 97. 100. 139. 148. 154

Juve-

INDEX AUCTORUM.

Juvenalis interpres. 66. 141. 148. 154
Juvencus Poëta. 54

K.

Kerkoëtius. 133

L.

Lambinus. 89
Lampridius. 156
a Lapide. 39. 47
Lazius. 95. 96
Leo. 115
Leonidas. 121
Lippomanus. 38. 39
Lipſius. 17. 73. 79. 135
Livius. 117
Lorinus. 8. 45. 51. 87
Lucas. 20. 46
Lucianus. 125
Lucillius. 92. 93. 94. 98
Lyranus. 48

M.

Magius. 149
Maldonatus. 9. 11. 12. 42. 54. 56
Manutius (Paulus) 23. 25. 31. 34
Marcellus. 130
Marcilius. 137
S. Marcus. 20. 41. 43. 53. 57. 65. 108
Martialis. 50. 58. 111. 138. 140. 141
Matthæus. 20. 28. 40. 42. 46. 53. 54. 56. 108
Mercurialis. 56
Meurſius. 156
Moyſes. 8. 18. 20. 37. 39. 41. 46. 47. 48. 51
Muſonius. 115

N.

Nebriſſenſis. 6
Nicephorus Gregoras. 134
Nizolius. 5
Nonius. 92. 98

O.

Odo Cluniacenſis. 64
Oleaſter. 39
Olivarius Aizignanenſis. 27
Oppianus. 28
Origenes. 47
Ovidius. 8. 11. 62. 116. 13[illegible]

P.

Pamelius. 35. 36. 60. 74. 88
Papias. 152
Philo. 47
Philoſtratus. 28. 145. 147
Petavius. 135. 142. 149
Pierius Valerianus. 17. 144
Pithœus. 24
Plato. 28
Plautus. 22. 58. 68. 93. 94. 99. 121
Plinius. 22. 29. 58. 68. 73. 75. 95. 96. 97. 98. 99. 113. 123
Politus (Hadrianus) 15
Pollux. 107. 119. 120. 121. 122. 132
Pomponius Mela. 11
Pontanus. 8
Prado. 57
Priſcianus. 120
Puciolus. 153

Q.

Quinctilianus. 26. 29

R.

Raderus. 58
Regius. 54. 55. 57
Revardus. 130. 135
Rhenanus. 60
Ribera. 47
Roſinus. 137
Roſweydus. (Heribertus) 36. 37. 44. 63. 66
Rubenius (Philippus) 138
Rubenius (Albert.) 128. & ſeqq.

S.

Sa. 39. 44
Sabellicus. 50
Salmaſius. 105. &c. 130. 131.

Digitized by Google

131. 133. 142. 144. 145. 147. 149. 153. 156
Salmeron. 23. 44. 56. 117
Saluſtius. 117
Sanctius. 16. 27. 38. 39. 45. 46. 47. 48. 49
Sappho. 114
Savaro. 130
Scaliger. 88. 93. 129
Seneca Philoſophus. 58. 72. 75. 138
Septuaginta interpretes. 20. 21. 39. 40
Serarius. 42. 100
Servius. 106. 114. 149
Sidonius Apollinaris. 15. 28. 89. 92. 130. 132. 135
Simplicius. 142
Sirmondus. 89
Smaragdus Abbas. 22. 52. 68. 69. 83. 85. 86
Smetius. 96. 101
Soſipater Chariſius. 22. 96
Sperlingius. 92
Statius. 148
Stephanus Eduenſis. 42
Stephanus (Henricus) 9
Stephanus (Joſeph.) 24. 42
Stobæus. 115
Suetonius. 7. 14. 17. 19. 26. 27. 49. 72. 76. 79
Suidas 10
Sympoſius. 84. 91. 97. 98. 100

T.

TAcitus. 11. 15. 17. 18. 72. 76. 125
Terentius. 58
Tertullianus. 19. 35. 36. 60. 74. 79. 88. 90. 118. 135. 151
Theodotio. 97
Theophraſtus. 36. 96
Theſaurus Antiq. Græc. 93. 96. 137
S. Thomas. 54
Tiraquellus. 90. 178
Titinnius. 89. 132
Toletus. 56
Torrentius. 17. 26. 49. 50. 97. 130
Trebellius. 19. 24. 50. 152. 155
Turnebus. 130
Turpilius. 119
a Turrecremata. 52
Turſellinus. 22

V.

VAlerianus. 111
Valerius Maximus. 18. 19. 27. 29. 50. 99
Valtrinus. 17. 77. 84. 87
Vatablus. 39
Velſerus. 90
Venulejus. 74
Victorius. (Marianus) 62
Victorius. (Petrus) 85
Villalpandus. 57
Virgilius. 116. 118. 132. 135. 149
a Vitriaco. 52
Ulpianus. 92. 67. 74
Urſinus. 56. 58

W.

WIlthemius. 137

X.

XEnophon. 28

Z.

ZAmoſcius, 149
Zonaras. 130. 136. 138. 144. 150

Digitized by Google

INDEX

Rerum ac verborum memorabilium in NIGRONUM, SALMASIUM, & RUBENIUM,

Quos auctores littera majuſcula N. R. S. *denotant.*

A.

AEgyptii Monachi ſandalia, non calceos geſtabant. S. 109
Albanorum Reges mulleos geſtarunt. R. 130
Aluta coccina cingit pedem non læſum. R. 140
Anaſtaſius Conſul. R. 137
Anthemii nummus. N. 89
Antiquiſſimi Romanorum perones portarunt. R. 129
Ἀνυπόδητοι quales. S. 125
Apoſtolici calcei quales. N. 45
Apoſtolis ὑποδημάτων, ſeu calceorum uſum interdicit Dominus, non ſandaliorum ſeu ſolearum. S. 108

B.

Baxeæ Philoſophorum quales. S. 121
Blautæ, Blautia quales. S. 121. 122
Borzacchini quales calcei. N. 16
Braccæ ſeu Bracchæ, quid denotent apud Eccleſiaſticos. N. 8. *&c.*
quid apud profanos Scriptores. 10. *&c.*
conciliantur inter ſe. 12
Bulgari ſine feminalibus. N. 51

C.

CAlcearius pro calceo. N. 68
Calcei & ſoleæ differentia. S. 106
Calcei togæ proprii. S. 105. 119
Calcei repandi. S. 112. 113
uncinati. *ibid.*
Lunati. *ibid.*

Mul-

Digitized by Google

Mullei. S. 113
Tyrrheni. 114
Calcei cur *immundiſſima pedum tutela* dicti. S. 110. 111
Calcei Senatorii mutati ſub Imperatoribus. R. 151
Calcei Senatorum qui non Patritii erant. R. 148.
Similes erant patritiis excepta lunula. Differebant etiam in flexione ligularum. 149. 150
Calcei Senatorii quatuor corrigiarum expreſſi. R. 137
Calcei Patritiorum vel albi erant, vel coccinei, vel aurati, vel κεντητοί. R. 141
Calcei mullei, alutari, aluminati. R. 129. 130
Calcei Fratrum Capucinorum quales. N. 45
Calcei an cum ſuppigmentis. N. 92. 93
Calceorum opifex, ut dicitur Latine. N. 22
Calceos ex aluta poſtea Romani geſſerunt. R. 135
Calceus quid propriè. S. 106
Calceus unde dictus. S. 119
Calceus immundus. S. 123
Calceus Patritius & Senatorius non totus niger. R. 139
Sed tantum ligula. *ibid.*
Calceus Senatoriæ dignitatis inſigne. R. 129
Calciari & vinciri parum differunt. S. 115
Caliga quid ſit. N. 7
Eſſe calceum probatur multis argumentis. 14. *&c.*
Eſt militare calceamentum. 72
Significat interdum militiam. *ibid.*
Sub ſoleis continetur. 43. 88
Caliga expreſſa. N. 81
Caliga duplex. N. 81
ſine obſtragulo. 83
Caliga clavata expreſſa. N. 102
Caliga ungebatur axungia. N. 71
Caliga ligatur nudo pedi loris ſeu habenis. N. 83. 88
fiebat ex corio. 83
ſine ſoccello ligneo. 84. *& ſeq.*
non attingebat mediam tibiam. 87
Caliga differt a Mulleo. N. 89
erat confixa clavis. 90
multis & minutis. 97

Digitized by Google

interdum æneis, aureis. 98
Caliga differt a ſocco. N. 86
Caliga ſpeculatoria. N. 19. 60
Caligæ militum crepidæ. R. 133
Καλοπόδιον quid. S. 119
Κάλτιος vox Sicula. S. *ibid.*
Calzari quid Italis. N. 16
Campagis Diaconi Romani uſi. R. 152
Origo hujus moris. 153
Forma multum differebant à calceis Patritiis florentis Imperii contra Salmaſium. *ibid.*
Campagi fuerunt ſandalia. R. *ibid.*
Campagi intrinſecus ex albo corio erant. R. 154
extrinſecus nigri. *ibid.*
& Senatorum illius temporis calcei. *ibid.*
candido linteamine illuſtrabantur. 154. 155
fuerunt interciſi. 155
Campagi reticuli. R. *ibid.*
Campagus quid. N. 24. S. 118. 119
Catonis Cenſorii dictum argutum. N. 71
Cernuus qualis calceus. N. 93
Chriſtiani diu non uſi Femoralibus. N. 51. *&c.*
Chriſtus an interdixerit calceos Apoſtolis. 53. *&c.*
Chriſtus accumbebat menſæ more Romanorum. N. 56
accumbendi modus expreſſus. *ibid.*
Chriſtus deponebat ſandalia accubiturus. N. 58
Clavarium. N. 97
in eo error Nigroni. *ibid.*
Clavati calcei an omnes Caligæ. N. 101
Clavi caligares. N. 96
Clavis ſuffixi Ruſticorum calcei N. 96
Clavorum caligarium cuſpides an terram tangerent. N. 100. *&c.*
Coccini calcei ex Parthicis pellibus. R. 140
eorum uſum ſibi ſoli Imperatores vindicarunt. *ibid.*
Columna Trajana admirabilis. N. 80
Κοϊλόποδες qualia calceamenta. S. 122
Conſtantinianæ donationis lux. R. 155
Corrigiæ in calceis Patritiis & Senatoriis ex nigra aluta. R. 139
Cothurnus. R. 132

Cothur-

Cothurnorum forma. R. 132
ad mediam uſque tibiam perveniebant. 133
Crepidæ quid & quales. N. 82. R. 133
Crudus Pero. S. 118
Cruralia. N. 29
Crepidæ Pallii propriæ. S. 106
Cynici ſoccos gerunt. S. 121
nudipedes. S. 124. 125

D.

DEcorum non ſervabatur in ferendis intra urbem Caligis & Gallicis. N. 31. 33
violatum a Pompejo & Clodio in Faſciis & Caligis. 29. 30
Dempſteri error. R. 137
Diadema regium quale. N. 29
Diſſertationis diviſio. N. 12

E.

E'πισφύριον non fuit Fibula. R. 146
Error multorum in Caligæ notione. N. 5. 6
Expedire alicui & aliquem. S. 111
Extrema ligula. R. 139

F.

FAſciæ cretatæ quid. N. 25
crurales. 29
Feminalia & femoralia quid. N. 7
non habebat in carcere Petrus. 47
non ferebant Hebræi, Romani, & aliæ gentes. 49. *&c.*
Fibulæ ſuperiori parti pedis appoſitæ. R. 144
Frigus Romæ moderatum. N. 27
Fulmenta & Fulmentum quid. N. 92. 93

G.

GAllia mulier, terra, pro Gallica. S. 117
Gallica an differat à Caliga. N. 33. *&c.*
Gallica caſtrenſe pedum calceamentum. N. 34
etiam paſtorum. 36
ſub genere Solearum eſt. 33
Græci diſcalceati. N. 27

H.

HEbræi nudis tibiis incedebant. N. 46

ſine

Digitized by Google

ſine Femoralibus. 48
Corrigias in calceis ferebant. 46
Heroum Ocrea ex candido ſtanno. R. 146
illarum ornamenta circa malleolos ἐπισφύρια. ibid.
Hypodema quid ſit. N. 20. 42
differt a Sandalio. S. 106. 119
non eſt divitum tantum. N. 54

I.

ILlatio non fit à diverſis. N. 89
Impedire aliquem & alicui. S. 112
Inducere calceos proprie. S. 122. 123
Joannes Antiochenſis refutatus. R. 144
Italia terra, pro Italica. S. 117
Julianus Centurio caligatus. N. 78. 94
Julius Cæſar contra conſuetudinem mulleis utebatur. R. 131
cur? ibid.

L.

LApides antiqui Romani illuſtrantur. N. 22. 73. 74. 77
Legibus diverſis lux data. N. 29. 77
Ligula extrema. R. 139
Lixæ Officium. N. 77
Lora Patricia. R. 138
ex nigra aluta fuere. R. 141
Lunaris calceis utebantur non tantum Senatores Patritii, ſed & ii qui Patritii generis erant, ante Senatoriam ætatem. R. 201. 202
Lunula Patritii Calcei ornamentum. R. 143
cur iis adſuta? ibid. &c.
Lunula hæc non fuit fibula eburnea Lunæ corniculantis ſpecie. R. 144
Lunulæ talis appoſitæ. R. 144
Lunulæ Patritiorum erant eburneæ. R. 146
ad formam mediæ Lunæ. ibid.

M.

MAgiſtratum curulem qui geſſerant calceos Mulleos geſtarunt diebus ſolennibus, cum ludos celebrarent. R. 130
Marcilii error. R. 137
Maria Magdalena quomodo

Digitized by Google

modo rigavit pedes Chriſti. N. 55. 56
Milites caligati qui. N. 74
viles; gregarii, infimi ordinis. 75
Militia caligata. N. 74
Μονόπελμα calceamenta. S. 122
Mulieres calceatas eſſe oportet. S. 126
Mullei unde nomen acceperint. R. 130
Mullei inter triumphantium inſignia fuerunt. R. 131
Mullei calcei differebant à Patritiorum calceis. R. 132
juxta Nigronum mulleus erat calceus Patritiorum. N. 89
Mullei ſimiles cothurnis. R. 132
Mullei Crepidæ erant, Patritii calcei cavi. R. 135
Mulleorum & Patritiorum calceorum differentia. R. *ibid.*
Mulleus calceus Imperatorum. N. 89

N.

Nuditas pedum Romanorum & Græcorum. N. 27
crurum Romanorum. 25. 26
aliarum gentium. 28
femorum Hebræorum. 48
aliarum gentium. 49. *&c.* S. 124. 125

O.

Ocrea Heroum. R. 146
Ὀδώνια. R. 155. 156

P.

Pallii ſoleæ vel crepidæ propriæ. S. 106. 119
Patritii calcei & Senatorii cavi erant, & totum pedem tegebant. R. 132
Patritii calcei quatuor corrigias habuerunt, quæ ad medium crus perveniebant; horum figura expreſſa. R. 137
Patritiis calceis corrigiæ adſutæ & Lunula. R. 136
Pedules quid ſint. N. 66. R. 155
diſtinctæ à caligis. N. 67. 68
Pedules Senatorum & Clericorum ex lino, aliorum ex lana. R. 155. 156
Πέλμα quid. S. 132
Pero crudus. S. 118
Perones effeminati. R. 135

Digitized by Google

Perones calcei cavi ex crudo corio. R. 134
Phæcaſia qualia. S. 122
Plebeii unicam tantum ligulam, Patritii quatuor habebant. R. 137
Pythagoriſtæ nudipedes. S. 125

Q.

QUæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe. N. 35.42
T. Quintius Cincinnatus. N. 96

R.

RIgere pro frigere & pro rigidum eſſe. S. 112
Romani nudis cruribus incedebant. N. 25
interdum excalceati. 27
ſine feminalibus. 49
antiquiſſimi perones geſtabant. R. 129
Romanorum Reges Mulleos geſtarunt. R. 130
Ruſtici calceos clavis ſuffixos gerunt. N. 96

S.

SAlmaſius refellitur. R. 145
Sandalia quid. N. 35. 40. R. 133
forma ejus. N. 43. S. 119
Σανδάλια calcei rubri Imperatorum Byzantinorum Cothurnis mulleis ſimiles. R. 134
Sandalia quædam, apud Græcos inciſa. 155
Sandalia Apoſtolis à Domino permittuntur. 40
Sandalia Pontificum. N. 40
Σανδάλιον, & ὑπόδημα differunt. S. 106
juxta Nigronum unum & idem ſignificant. 42
non eſt pauperum tantum. N. 54
Senatores poſtmodum Caligas ſumpſerunt pro cavis calceis. R. 151
Campagis eæ ferè ſimiles erant. *ibid.*
Sigma quid N. 58
Soccus qualis. N. 86. S. 121
Soleæ quid ſint. N. 43. S. 119
Soleæ & Calcei differentia. S. 106
Soleæ Pallii propriæ. S. 106. 119
Souliers unde. S. 120
Subtel, Subtelares, Subtolaris quid. S. 120
Suppactum quid ſit. N. 94

T. Ti-

Digitized by Google

T.

Tibialia non habebat in carcere Petrus. N. 47
Toga ſine Calceis non ſumebatur. S. 105
Trajani columna mirabilis Romæ. N. 80
Triclinium quid ſit. N. 57
Tubuli. S. 118
Tyrrhenici Tuſci calcei. R. 132
Tyrrhenici calcei ex Sandaliorum ſive crepidarum genere. R. *ibid.*

V.

VDones. R. 155
Venetiæ ſutrinæ, pro Venetæ. S. 117
Viros decet pedum nuditas. S. 126
Ulyſſes redux. N. 93
Uncinati & Lunati calcei confuſi. R. 144. 145
Ὑπόδημα quomodo differat a Sandalio. S. 106. 119

Z.

ZAnchæ. S. 118
Zonaras refutatus. R. 144

p. 92. c. 2. l. ult. pro *negat* lege *putat*.

523642

R. BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. III. NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

523 6/12

Digitized by Google

100 —

Digitized by Google

Digitized by Google